



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


WIDENER LIBRARY



HX Q49Y .



HARVARD  
COLLEGE  
LIBRARY









**A P U L E I I**  
**OPERA OMNIA**  
**EX EDITIONE OUDENDORPIANA**  
**CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE**  
**IN USUM DELPHINI**  
**VARIIS LECTIONIBUS**  
**NOTIS VARIORUM**  
**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**  
**ET**  
**INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS**  
**ACCURATE RECENSITA.**

---

---

**VOLUMEN SEPTIMUM.**

**T**

**LONDINI:**  
**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**  
**1825.**

La 44.135

HARVARD COLLEGE LIBRARY

1629  
1771  
1782

# NOTÆ VARIORUM

IN

## APULEII OPERA.

---

### APOLOGIA.

**ARGUMENTUM.** Magicarum artium multi Romæ insimulati postulatique fuerunt, etiam priscis Reipublicæ temporibus. Crimen enim hoc in Italia et in ipsa urbe olim increbuisse, leges Decemvirales declarant, quæ capitesanxerunt mala, id est, Magica carmina, et si quis frugem alienam excantasset. Iudicium exercitum publicum et nobilissimum de hoc crimine apud Livium legimus inter Albinum et Furnium. Etiam Magi no-

bilissimi et antiquissimi in Italia enumerantur, Picus et Faunus, alique nonnulli; et cum iis Numa rex. Sed patescente latius Imperio, ut reliquæ artes atque doctrinæ laudandæ omnes, sic vitia et maleficia, et superstitiones, ritusque externi in urbem influxere. Hinc jam sub imperio Principum creberrima mentio Chaldæorum, Magorum, et (hoc enim nomine honestissimo sua flagitia velabant) Mathematicorum. Nec remedia se-

ra fuerunt; sed multis Senatusconsultis malum coercitum, plerumque irritis, et ideo multis. 'Genus hominum' (inquit Cornelius Tacitus i. histor.) 'potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper, et retinebitur.' Causa, non solum cupiditas ingenii humani semper vetita et inconcessa vel cum periculo deligendi ac persequendi: sed potentia eorum, qui iis studiis attinebantur. Principes etiam ipsi, licet nulli magis quam nationi illi Mathematicorum infensi infestique essent, ob prædictiones, quibus leves animi ad res novas et mutationes dominorum sperandas, aut procurandas impellerentur; tamen eos inter instrumenta anle, arcanaque domus plerique habuerunt, ut Tiberius Thrasyllum intima familiaritate sibi adiunxit, ipse *ἐμπειρότατος τῆς δὲ τῶν ἰσχυρῶν ματι- κῆς*, ut ait Dio. Sed omnium nobilissimos ob Magiam Cæsarum temporibus comperior, Apollonium Thyænæ, et Appuleium hunc nostrum Madaurensem. Uterque etiam publice earum artium adensati, Apollonius apud Imperatorem Domitianum, Appuleius Carthagine apud Maximum Claudium Africæ proconsulem sub imperio Divi Pii, vel Hadriani (nam circa illa tempora vixit). Ipsique sese snaque studia, nullo adjuvante, defenderunt; sed Appuleius noster inficiando, Apollonius ultro profitendo et insultando. Tanta certe fama uterque fuit, ut ethnici homines, religionis nostræ hostes, non alios Christo Servatori nostro opponere, et præponere maiestate miraculorum consueverint, ut Lactantius lib. v. cap. 8. D. Augustinus in Epist. ad Marcellinum scribit. Sed Thyænæ certissimus Magnus, et præstigiator fuit, lisque præstigiis iudicio se, et poenæ eripuit, quum repente e media cognitione conspectusque iudicum eva-

nuisset. Appuleius absolutus fuit. Et meruit hæc ejus Oratio: non enim temere dixerim, innocentia; ne quid præjudicatæ omnium ejus sæculi hominum et Christianorum in primis scriptorum opinioni detrahā; et quia non obscure ipse se Magicarum artium studiosissimum fuisse, earumque etiam experimenta cepisse, non uno loco operis illius sui Mileasii demonstrat. Neque in hac pulcherrima Apologia tam se negat Magum, quam talem Magum, ut vulgo id nominis accipiebatur, id est, maleficum, et acientia numinum, naturæque arcanorum investigatione, ad res improbas sceleratasque, abutentem. Brevis, Philosophum sese esse, et cultorem Deorum, familiæque Platonicæ alumnum, quæ nihil nisi sanctum, et lætum, et festivum probaret. Prævidit tamen sibi aliquando negotium futurum hac de causa, lib. iii. ejusdem operis extremi: 'Ne, si rursus asino remoto prodirem in Lucinum, evidens exitium inter manna latronum offenderem, vel artis Magicæ suspicione vel indicii' (malo iudicii) 'futuri criminatione.' Plane mihi et hæc Oratio, et ejus incredibilis singularisque doctrina, et summorum omnium virorum qui illis temporibus vivebant, amicitia persuadent, bonum et temperantem virum fuisse, etiamque, quod paulo ante nondum ausus dicere, innocentem; si nulli injuriam fecisse ostendatur, sed contra plurimorum commodis atque honori servisse, subvenisse egestati: quæ ipse de se, ut omnibus notissima et in hac oratione proficitur et aliis in operibus. Neque vitio aut crimini dandum, si lacunas illas rei familiaris explorare honesto et locuplete matrimonio voluit. Neque Magicis artibus aut incantamentis, ut inimici objecerunt, opus ei fuit ad Pudentillæ sibi animum nuptiasque conciliandas, juveni quum eximia forma, tum nobi-

litate et eruditione et amicitia florentissimo; quum illa vidua esset, vergensque ætate, et intestinalis viscerum ob desuetudinem viri sancia, et certe adversus tot insidiatores, impietatemque filiorum, non magis marito egens, quam tutore et defensore: et satis constat, sæpiusque in hac Apologia inculcatur, Magiæ crimen inductum ab inimicis Appuleii fuisse, non alia de causa, quam ob invidiam et dolorem, quod bona Pudentillæ, quæ spe cassa devorant, ab Appuleio marito possideri viderent. Quæ ratione olim perculsus Servilius Taurus Africæ Proconsul, cujus hortis Agrippina quum inhiaret, adensatorem ei subiecit Tarquitium Priscum ejus legatum, qui panca repetundarum crimina, cæterum Magicas superstitiones objectabat, inquit Tacitus lib. xix. Annal.

Adeusatores Appuleii fuerunt Pudens, ipsius privignus, admodum puer, et Sicinnius Æmilianus, et Herennius Rufinus, hic Pudentis socer, ille patruus ac tutor. Sed solus Pudens palam et cominus, illi eminens; et investigator potius ac machinatores calumniæ quam adeusatores, vel subscriptores fuerunt. Duo primario objecerunt, Magicas artes, et possessionem contra privignos, atque eversam Pudentillæ domum. Etenim duo filii Pudentillæ fuerant ex Sicinnio Claro suscepti, Pudens, quem dixi, et Pontianus, natu major, qui ante hanc adeusationem jam decesserat, inimico animo in vitricum, et idem ansurus, si vixisset. Magiæ crimen pluribus verbis eloquentissime a se amolitur, magnamque defensionis partem in illo diluendo consumit: quod, eo refutato, alterum facile refutatum esset. Libro v. Anthologiæ Græcorum Poëtarum, exstat elegans Epigramma Christodori, Thebani Poëtæ, in laudem Appuleii nostri, cum inscriptione hac, Εἰς Ἀπυλλέιον τὸν μάγον, ut adpareat hoc ei quasi cognomen

adhæsisse. Sed quam Magiam intelligat, in ipso epigrammate demonstrat, quum enim μάγον ἀπύλλου σοφῆς ἀπellaτ, Mystem, et sacerdotem arcanæ sapientiæ, quod in hac Apologia Christodorus legerat, ubi id pluribus verbis explicatur. Vulgo hæc oratio, quasi dum esset, inscribitur: atque ita passim ab omnibus etiam viris doctissimis adlegatur, Apologia prima, Apologia secunda, quod temere factum videtur, ut P. Colvius primum suboluit, et probavit postea doctissimus Casaubonus. Una enim Oratio sive Apologia fuit. Atque ita D. Augustinus ejus meminit, copiosissimam orationem appellans, quæ certe non esset copiosissima, si in duas divisa esset. Nec hujus divisionis ulla ratio. Melius et eruditius liber vocetur, ut ab Erasmo liber de Magia: neque enim ita dicta est ut scripta nisi fallor. Semel quidem dixisse, non his, quum ex tota serie adparet, tum ex illis verbis, 'At non usque adeo tuæ indulgebo benevolentia, ut mihi permittam jam prope modum fesso in causa prorsus ad finem inclinata de egregiis virtutibus ejus nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus et tempori libero servem.' Quam inepte hæc dicerentur, si altera esset actio sive oratio, cujus initium ab illo loco trahunt: 'Nunc tempus est ad epistolas Pudentillæ prævertere.' Quam hoc ipsum absonum, ita nulla præfationcula, ac ne nomine quidem quesitoris, Cl. Maximi, appellato, ad alteram et novam actionem integris viribus accedere! Immo, ut inquit Caius noster, in foro causas dicentibus nefas videtur esse, nulla præfatione facta, iudici rem exponere. Non tamen nego potuisse Appuleium, vel alium quemvis, qui se defendat, his dicere. Nam et in veterum Græcorum oratorum libro duas Apologias de eadem re scriptas legimus. Sed fecisse id Appuleium nego. Nec longi-

tudo duas probat: quum Ciceronis aliquæ sint etiam longiores. Nec in duas divisit, quum scriberet, quam unam et semel pronunciaverat: quum adferri hujus consilii ratio nulla possit. Tametsi non ignoro, disertissimum et prudentissimum Isocratem Apologiam suam *repl. ἀντιβόρεως* sic legi velle, ut in ipsamet oratione scribit, ne primo impetu tota perlegatur, sed tanta ejus pars, quanta non adferat auditoribus molestiam. Scripsit eam orationem tantum, non etiam habuit Isocrates: et cur ita legi vellet, aperuit. Nec absurdum foret, si diceretur hanc orationem duabus esse actionibus ab Appuleio dictam, ut canasa M. Fonteii a Cicerone dicitur duabus orationibus perorata, duabusque Fonteius actionibus adcusatus. Idem Cicerone quatrduo Corneliū defendit, quas actiones (inquit Pædianus) contulisse enim in duas Orationes, adparet.

Postremo de Judiciis, apud quos Appuleius hanc orationem habuit, brevis absolvam. Fuere illi Ethnici omnes, Cl. Maximus, Africū Proconsul, et alii qui in consilio erant. Quod (ut alia testimonia taceam) in hac ipsa oratione clarissime adparet, præsertim ep loco, ubi Appuleius Mercurii sigillum in manus Maximi tradit. Nec notarem id; nisi ridicule in ea re lapsus fuisset eruditus alioqui juvenis P. Colvius, qui initio notarum suarum Christianos hos Judices fuisse affirmat. Credo, verbis Augustini inductus, quæ supra retulimus ex libro viii. de Civitate Dei, quibus tamen contrarium evincitur, et manifeste ex toto illo D. Augustini capite cognosci potest.

De Variis pœnarum generibus, quibus jam olim Magi adfici consueverint, Albericus Gentilis, optimus et doctissimus frater meus, brevis ille quidem et concise, ut solet, sed accurate et diligenter exposuit in Commentario ad Titulum Codicis de Ma-

leficiis et Mathematicis. *Scipio Gentilis.*

PAG. 400 *Apologia*] D. Augustinus de Civitate Dei l. viii. scribit Appuleium apud judices Christianos de Magicis artibus accusatum fuisse. Scilicet tunc has Apologias scripsit, aut potius hisce sese ante tribunal defendit. Sed etiam idem ibidem D. Augustinus arbitrari nos facit, non duas Apologias separatim, sed unam duntaxat continens oratione a Nostro conscriptam fuisse. Ait enim: 'Hujus autem Philosophi Platonici copiosissima extat oratio, qua crimen artium Magicarum a se alienum esse defendit.' Quod jam mihi valde sit verisimile. Et, bene consideres, series ipsius orationis id quoque convincere videri possit. *Colo.* In emendando elegantissimo isto libro usum veteri edit. Romana, quæ omnium prima Anno MCCCCXXIX. eusa est. ea nobis ad manum semper manuscriptorum loco fuit. Ejus ope mendas ex tantulo scripto plurimas et gravissimas sustulimus: ut qui eorum negligentiam excusam nescio, qui hoc ipsum ante nos professi, tam leviter collatione illius libri sint defuncti. Nos contra eam editionem, ut omnium mihi correctorum manus expertam, et proinde minus corruptam, per omnia secuti sumus: nisi ea manifeste vitiosa esset. Nam et ipsa, præterquam quod Græca fere non habuit, graves nec paucas mendas continet: quas nos, Dei virtute, plerasque omnes sagaci conjectura abstersimus. Ejusmodi est quod falsam *ἐννύμφην*, quæ orationem unicam, et ut J.Cti loquuntur, actum legitimum, qui necessario continuus esse debet, male dispescebat, emendavimus, quæque vitio separabantur, conjunximus, et in pristinam integritatem restituvimus. Auctoris non esse eam sectionem, nemo sanus in controversiam vocare potest. Nam quare, obsecro, in scribendo orationem

divisisset, quam uno tenere apud Procos. pronuntiasset? quo exemplo? aut quam ob causam? an quia liber longior erat futurus? nugæ: quasi non multæ hodie extant et Græcorum oratorum et Romanorum longiores. Deinde quis non videt, totum orationis contextum una propositione contineri, uno epilogæ claudi? Non ergo Auctoris erat illa *τομή*, quam propterea jure merito sustulimus; præsertim cum auctoritate summi viri Aurelii Augustini factam nostrum tueri possimus: qui 'orationem copiosissimam' hunc libellum appellat. Nimirum ejus ætate nondum exortum erat istud ingeniosorum hominum genus, qui partim ignorantia, partim *περιεργία* intolerabili, in bonos auctores pridem grassantur. Ejusmodi hominibus partitionem hanc acceptam ferre debemus: qui etiam Floridorum librum primum in duos non minore flagitio tribuerunt: non enim quatuor, sed tres solum libri Floridorum ab Appuleio sunt relictæ. Male etiam iidem Philosophica hujus Auctoris scripta digresserunt: cum enim tres libri hi, De dogmate Platonis, de Philosophia, et *Περὶ ἐμπειρίας* unum opus sint, et corpus novum debeant efficere, hodie aliter edantur, non secus ac si separati sint, et libri singulares. Atqui ita, ut diximus, rem habere, testis ipse Appul. qui non præcul a libri de Dogmate Platonis principio ita scribit, de Platone loquens: 'Quoniam treis partes Philosophiæ congruere inter se primas obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium.' Pollicetur se tres libros scripturam de totidem philosophiæ partibus, ex disciplina Platonica. Quære ab iis qui nobis concinnarunt hæc editiones Appuleii, ubi illi tres libri sint: negabant, opinor, integrum opus ad nos pervenisse: id vero pervenit, hodieque extat: tres illos sane libros quin habeamus nemo negabit.

Primus est ille ipse, qui *τὸν πρώτου τόμου* complectitur: secundus is, qui de Philosophia hodie index est, in quo *ὁ δεύτερος τόμος* continetur. Ejus initium, 'Moralis philosophiæ caput est.' Tertium soli debitare eum esse, qui postremum locum obtinere solet in vulgatis Edd. et *περὶ ἐμπειρίας* inscribitur. nam eo complexus Auctor *τὸν λογικὸν τόμον*. Principium ita habet, 'Studium Sapientiæ, quod Philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species habere, Naturalem, Moralem, et, de qua nunc dicere proposui, Rationalem.' Sed redeo ad Romanam editionem; ex qua scire vole lectorem plerasque omnes emendationes promittas, quarum ratio hæc libris non reddetur. Porro quis ille fuerit qui primus tantum flagitium admisit, et tot monstra nobis post illam editionem protulerit, præ certe compertum non habemus. Puto tamen Bernardum Philomathem Pisannum fuisse, qui eam editionem curavit quæ anno M.DXXII. Florentiæ prodit: quod ex illius gemina epistola ei editioni præfixa facile quis intelligat. Illi tamen viro, utcumque de cæteris merito, Græca non pauca, quæ primus ex anis libris descripsit et edidit, debemus. *Casab. A. M. P. pro se apud Cl. Virum Claudium Maximum Procons. de Magia oratio*] Sic Romana et Aldina editio; Florentinæ membranæ titulum talem exhibent, *Apulei Platonici Madaurensis pro se apud Cl. Maximum Procons. de Magia Liber*: quasi illam orationem scripsisset, non coram Judicibus pronuntiasset Appuleius. In omnibus autem editis et manu exaratis Codd. in duo membra separatim illa dividitur. Omnino male, ut eruditi viri jam pridem demonstrarunt, et satis liquet ex B. Augustino, qui *copiosissimam et disertissimam orationem* eam appellat de Civit. Dei lib. VIII. c. 19. *Element. Appuleii Madaurensis pro se apud Claud. Maximum Apologia sive de*



*magia Liber*] Hunc titulum concepi ex Mss. in quibus tamen vox *Apologia* non exstat, uti nec in Ed. Bip. sed eam non omittendam putavi, quia hoc titulo citari solet hic liber. Librum autem potius hanc Apologiam, quam orationem fuisse appellandam monuit Scip. Gent. [vid. sup.] ut Ciceronis Verrinæ, *Libri*: et consentiant in eo Mss. O. e quibus Pith. *Apulei Platonici Madaurensis pro se apud Claudium de Maximum liber incipit.* Lips. *Liber Apul. Plat. Mad. de Magia incipit apud Claudium Maximum Marinum.* Coll. Voss. *Liber de Magia incipit apud Claudium Maximum Marinum.* D'Orvill. *Incipit primus liber Apulei Platonici Philosophi de Magia.* De reliquis Mss. vide notitiam Codicam et Edd. Appuleii. Edd. Ald. Vic. Junt. Basil. L. *Apuleii* (Vic. Junt. Bas. *Madaurensis Platonici*) *Apologia sive defensionis Magia* (Ald. *Magia*) ad (Ald. *apud*) *Claudium Maximum Procons.* Oratio prima (addunt, Vic. pro se. Junt. Bas. pro se ipso). Vulc. Edd. L. *Apul. Apologia Prima*: sed in textu non est divisa. Si quis tamen cum Elmenh. orationem appellare malit, auctoritate Augustini l. cit. et Epist. 5. ei non valde refragabor: tanti enim res non est. *Pro se* addunt Mss. et Edd. permultæ, ac potuit sane alius cuiusdam Apologiam scripsisse Appuleius. Quæ in Edd. ante Vulcan. item Elmenh. Florid. et Bip. adduntur *apud Claud. Max. &c.* ea librorum additamentum puto: confirmantur tamen a Mss. plerisque, quare et ego illa retinui. J. Bosscha.

*Proque vero obtinebam*] Obtinere, antiquè dixit pro existimare, vel judicare, Ita Sallustius Oratione 1. de Republica ordinanda, statim initio: 'Populus Rom. antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare, item alia, quæ per mortales avidè cupiuntur.' Sed placet vehementer quod in duobus Mss. legitur: *Pro vero antea obtinebat, regna atque*

*imperia, &c.* Quæ lectio et ab elegantia, et ab hac, quam observavimus, Appuleii imitatione confirmatur. Cui consequens est, ut, *Obtinebant*, illic legamus, vel, *P. Rom. pro vero*: facili libraril lapsu. Ita enim Sallustius hominum tum opinioni mox opponit experientiam certiozem. 'Sed contra res docuit,' inquit, 'id verum esse, quod Appian ait, Fabrum esse suæ quæmque fortunæ.' *Scip. Gent.*

*Maxime Claudii*] Maximus Claudius is videtur esse, quem philosophum M. Antoninus Philosophus audivisse scribitur a Jul. Capitol. in ejus vitæ cap. 8. monente Latino Latinio in Bibl. Sacra et Profan. Meminit ejus ipse M. Antoninus in l. 1. de vita sua § 15. In Ms. Pith. simpliciter conspicietur A. J. B.

*Consilio*] Alii, *concilio*, male. *Consilium cunctipior*, sive consensus. *concilium cunctipior*, cætus amplior, ut erudite notat Wowerius ad Sidonium pag. 403. Elmenh. Mss. Pith. D'Orv. Coll. Voss. cum plerisque Edd. recte *consilio*. Cic. pro Quintio cap. 10. 'Quæso, C. Aquilli, vosque, qui estis in consilio:' vid. Ern. in Cl. Cic. et VV. DD. ad Lat. Pacat. Paneg. c. 1. cf. Act. Apost. 25. 12. et Pric. ad h. l. cuius commentarium in Apol. partim in Append. Appnl. exhibebimus, partim textui subjiciemus. De confusione *cū* *consilium* et *concilium* vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XLV. 2. J. B. *Maxime Claudii, quique in Consilio estis*] Infra: 'Ut medius fidius verear Maxime, quique in Consilio estis.' Iterum: 'Testor igitur te Claudii Maxime, vosque qui in Consilio estis.' Et ita fere Cicero, cum Iudice quæstionis compellans Adversores: nominatim in Pro Quinctio. De hujusmodi *Consiliariis sapientibus* multi multa. Adhuc Tit. Cod. de Assess. et domest. Cancell. *Pric.*

*Notissima*] In malam partem. ut Cic. Phil. xi. 5. 'multos secum habuit notos et insignes latrones.' Gell.

1. 5. 'notissimæ saltatriculæ.' *Dracunculæ* in *marg.* Cf. Pric. ad h. l. et Ern. in Cl. Cic. *J. B. Senem notissimæ temeritatis*] Sic in Pacati Panægyr. 'Notissimæ pietatis mater.' Suetonii Vespasiano, 'Vir notæ impudicitie.' Valerio libro VII. cap. 8. 'Vir notæ insanie.' Nostro Miles. x. 'Medicus notæ perfidie.' Pric.

*Penuria criminum, solis convitiis impleturum*] *Æschines* περί παραπροβελίας. *Ὅστος* ὁδὸν ἀληθὲς εἶπεν, ἀλλὰ ψεύδεται, καὶ κατηγορεῖν ὁδὸν ἀληθὲς ἔχων, παρεβόηται. Ammianus ubi supra: 'Quum autem ad inopiam venerint muniendarum allegationum, ad effrœnatam deflectunt convitiandi licentiam.' Et statim: 'Ferociam maledicendi tunc effutinat, quum commissarum sibi caussarum infirmitatem rationibus validis non possunt convelare,' (malim *convellare*, ut supra *muire*). Eleganter Optatus contra Donat. lib. VI. 'Livore interveniente facile est iratis jactare, sed semper dum intenditur crimen, necessaria probatio est.' *Idem.*

*Purganda apud imperitos Philosophia*] Sic infra: 'Sustineo non modo meam, verum etiam Philosophiæ defensionem.' Et in fine: 'In omnibus non modo criminibus, verum etiam maledictis, procul a culpa Philosophiam tuitus sum.' Hansit hoc artificium Noster ab Apollonio, cuius defensio in hoc passim incumbit, ut ostendat objectum ei crimen Philosophiam esse, perperam imperitiæ multitudini pro Mægia habitam. Ipso Apologiæ limine verba ad Domitianum faciens, πρὸς φιλοσοφίαν ὀδῶμεν λέγει διαβεβλήσθαι δόξαι. Ibid. δέξω αὐτὸν (Ἀντοκράτορα) φιλοσοφίαν ἀδικῶντα. Noster inquam (quod et infra prout usus venerit, ex locorum collatione ostendemus) indubie lectam habuit Apollonii defensionem, eam quæ superest e Philostrato necne, non affirmo. (potuit id sane, neque enim Appuleio recentiore puto:) certe

aliquam ab Apollonii æquali quopiam memorie traditam, aut (quod proclive credere est) a seipso scriptam. Philostratus: Καὶ λόγος μὲν αὐτῷ ἐνεργέστερος τις ὢς πρὸς ἑαυτὸν ἐς τὴν ἀπολογίαν ἀφηγήσασθαι. *Idem.*

*Ad difficultatem defensionis*] Quis, nempe, non satis mihi reliquerunt spatii, ad cogitandum: ut recte interpretatur Floridas. Male Scip. Gent. vid. ejus et Pric. notas. *J. B. Ista calumnia, ut prima specie graves, ita ad difficultatem defensionis repentina fuere.* Sic etiam infra verbis disertissimis: 'Omnis ista accensio temeraria et repentina fuit.' Quem locum si contendisset Scipio cum presenti, eum quidvis potius prompturum fuisse puto quam quæ in medium talit. Pric. *Quamquam ista calumnia, ut prima specie graves, ita ad difficultatem defensionis repentina fuere.* Quum primum hanc orationem legerem, hoc mihi dicere Appuleius visus est, difficiles sibi defensu fuisse has calumnias, utpote repentinas, et ad quas respondere ex tempore oportnerit, etiam respondit, de quo mox. Et eo pertinet, quod Cicero ait in Oratione pro Cluentio, 'falsam invidiam vehementes habere repentinos impetus.' Sed contrarium plane Appuleius dicit, nimirum facile sibi fuisse eas calumnias refutare, ut ex sequentibus apparet. *Scip. Gent.*

*Quintus an sextus*] Ms. D'Orv. aut: ex glossa. Cic. ad Div. VII. 9. 'Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidam est.' Anr. Vict. de Vir. Ill. cap. 73. 'anrum, dolo an scelere Cæpionis, partum.' Tac. Ann. I. 13. 'Tiberius, casu an manibus ejus impeditus, procliderat.' et sæpe. cf. Mercer. ad Septim. de B. Troj. I. 10. Contra p. 404. infra, pro *macula* aut *inhon.* Ms. Pith. m. an *inh.* Sed non nisi in re dubia locum habet; quod ibi secus est. *J. B. Nam, ut meministi, dies abhinc quintus, an sextus est.* Quid ais Luci? ut ne aliquis tibi credat, hanc tum copiosam

et eraditam, omniumque prope sententiarum sententiis confertam, orationem uno vel altero die a te compositam esse? nam tres, quatuor dies ab aduersatore occupati fuerunt; quamvis et hoc exiguum sit, et minutissimum quiddam: nec id solum; si veterem publicorum Iudiciorum morem consideres, quum per intervalla et intermissis diebus reus destinabatur, deferabatur, referebatur inter reos, interrogabatur, denique accusabatur: sed etiam remotis ambagibus, vix ac ne vix quidem fieri hoc potuit. Maximus magus est, qui talia uno et altero die potest efficere. Citius credam orationem quæ 'Voluit a prima divina Philippica fama,' a Cicerone vel ex tempore habitam esse, utpote meram invectivam et versantem in rebus notissimis, quam tribus vel quinque diebus hanc ab Appuleio confici potuisse. Nihil vero in numeris mutandum, nam et infra satis clare Appuleius dicit, 'Bene quod festinatio iudicii vos antevertit,' et quæ ibi sequuntur. Quid igitur? mihi videtur dicendum, aliam fuisse orationem, quam Appuleius dixit, aliam hanc, quam scripsit, ut Ciceronis Oratio pro Milone alia dicta, alia scripta, et contra oratio Crassi pro lege Servilia, quæ edita postea est, non omnia habuit, quæ dicta fuerant a Crasso, ut Cicero in Bruto significat. Quod in omnibus fere orationibus convenisse puto. Certe Cornelius Nepos, quasi pro re inusitata et rara notavit, Orationem pro Cornelio a Cicerone iisdem verbis, quibus edita est, peroratam fuisse se præsentem, ut refert D. Hieronymus epist. lxi. Et Cato major apud Ciceronem: 'causarum Illustrum,' inquit, 'quascumque defendi, nunc quam maxime orationes conficio.' Liber igitur hæc Apologia fuerit potius, quam Oratio adpellanda: Ut Ciceronis Verrinæ, Libri. Egregius quidem Erasmus citat Librum Appuleii de Magia, hanc orationem

intelligens, in adagio, 'Vulpina lingua.' *Scip. Gent.*

Quum me causam, pro uxore mea, Pudentilla, adversus Granios adgressum] Advocatus enim Appuleius fuit, nec Carthagini solum, ubi hoc iudicium peractum, sed etiam Romæ, non sine gloria et emolumento; ut ipsemet proficitur lib. xi. Metamorph. extremo. Sed initio ejusdem operis præfatæ veniam: 'si quid,' inquit, 'exotici ac forensis sermonis, rudis elocutor offendero.' *Idem. Pro Uxore mea Pudentilla.* Id officii et tamquam advocatus suscepit, et tamquam maritus. Jure antiquo in tutela maritorum erant uxores, quod jus postea abolevit. Ceterum causæ uxoris suæ agere potest, etiam sine mandato, dum de rato caveat. Lib. xxi. Cod. de Procurator. Si de rebus dotalibus vel paraphernalibus agatur, ne de rato quidem satisfacat. L. ult. Cod. de pact. conv. tam sup. dot. Appuleiam de rebus propriis uxoris vel receptitiis egisse verisimile est, quod tamen sibi dotem constitutam infra dicit, quum alias opulentissimæ mulier esset. *Idem.*

Patroni ejus] Cujus Patroni? an Pudentillæ? ita videtur, neque enim ad Granios referri hæc vocula potest. Sed Pudentillæ ipsi erat Appuleius patronus et advocatus. Igitur ad Sici-nium Æmilianum referendum est: qui enim nunc Æmiliani patroni sunt, iidem tunc, quum causa pro Pudentilla ab Appuleio contra Granios ageretur, Graniorum erant. *Idem.*

Ac denique necis Pontiani privigni mei capere] Insimulatus videtur Lucius, vel, quod ipse privignum necasset, vel quod noluerit alia conditione Pudentillam, matrem pueri, ducere, quam illo amoto: ut Catilina, qui captus amore Aureliæ Orestillæ, quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum morte, pro certo creditur necato filio vacuum domum scelestis nuptiis fecisse; inquit Sal-

lustius. Ejusdem sceleris exemplum in Cluentiana, ubi de Oppianico et Sasia. Vere igitur imperator Constantianus de mulieribus iterum nubentibus, 'eas novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere.' L. xxii. Cod. de administrat. tutor. Contrarium superioribus exemplum maxime memorabile vide apud Agellium, libro xii. cap. 7. nec minus memorabile Dolabellæ Procos. Judicium, vel potius Areopagitarum. *Idem.*

PAG. 401 *Non tam crimina Judicio*] Neque enim cum Graniis actum est, nisi de rebus Uxoris Pudentillæ, et Judicio Civili: in veteri Codice scriptum alunt, *Judicio*. *Idem.*

*Objectamenta jurgio prolata*] Infra: 'Hem tibi ista accusatio jurgii inlta.' *Pric.*

*Ibi vero Æmilianus*] Cur se hic Æmilianus interposuit, quum Graniorum patroni ea objecissent Appuleio et ab Appuleio provocati ad accusandum essent? Existimo, id ea re factum, quod patroni illi auctorem eorum maledictorum nominassent Æmilianum, qui et ipse illa eadem maledicta sua voce confirmaverit. Sequitur enim de ipso Æmiliano, 'Pontianum fratris sui filium cum paullo prius a me occisum clamitaret.' *Scip. Gent.*

*Rem factam*] Nil mutandum. Respondent hæc superioribus: 'non tam crimina judicio, quam objectamenta jurgio prolata:' et est sensus: Quum jam flagitationibus Appuleii videret Æmilianus, jam non *verbis* velitandum amplius esse, sed *rem* esse factam, non intra *jurgium* objectamenta sua posse contineri, sed tamquam crimina, in *judicium* deductum iri, querere cocepit, &c. *Rem* hic valere *litem* monuit jam *Pric.* quem vide. *Verba* autem de jurgii dixit etiam Terent. And. ii. 4. extr. ubi cf. Ruhnken. et Hec. iii. 1. 33. ibique Donat. Possis etiam h. l. *ex verbis rem factam* ita explicare, ut nostrates dicunt: *en dat*

*het van woorden tot daden gekomen was.* J. B. *Ex verbis rem factam videret*] Et quidem capitalem. Livius alieni: 'Ne sermones cum amatore habitos in rem non modo seriam, sed capitalem duceret.' Terentius 'verba ad rem conferri:' intelligit Appuleius ex Jurgio judicium natum, ex minis litem. Ita 'rem in medium vocare' eleganter Cicerone, et alii dixerunt, pro litem movere vel controversiam. Aliud est, 'Rem factam habere,' Martiali libro vi. Epigram. ix. 'Rem factam Pompilius habet, Faustine; legetur, Et nomen toto asperget in orbe suum.' *Scip. Gent. Ex verbis rem factam*] Id est, *Litem*. Ansonius: 'Imperium, litem, Venerem, cur una notat res?' Varro de L. L. i. vi. 'Quibus Res erat in controversia, vocabatur *Lis*, ideo in actionibus videmus dici, QUAM REM SIVE LITEM DICERE OPORTET.' Et in xii. '*RES SIVE LITIS TREIS ARBITROS DATO.*' *Ἀκριβολογία* Ciceroni derisa in Pro Muræna: 'Jam illud' (inquit) 'mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, post tot annos, etiam nunc statnere non potuisse, utrum diem tertium an perendinum: Judicem an Arbitrum: Rem an Litem dicere oporteret.' Et a *Re* (eodem teste ii. de Orat.) vocabantur *Rei* non solum criminis qui arguebantur, generatim autem omnes de rebus quorum disceptabatur. Gallus apud Festum: 'Reus est qui cum alio Litem contestatam habet, sive is egit, sive cum eo actum est.' *Pric.*

*Quæ facilius infamatur*] L. qua. Burm. Male. *Oud.* Burm. ad Petron. cap. 62. citans h. l. obiter monuit leg. esse *qua*, non *quæ*: et sic sane loquitur Seneca Ep. 99. 'Hi sunt qui nobis objiciunt nimium rigorem et infamant præcepta nostra duritia:' quum idem Ep. 22. habeat: 'non est quod quisquam illos apud te temeritatis infamet:' quemadmodum Aur. Vict. de V. ill. c. 78. 'impudicitiam

infamatus est.' Insolentior constructio hujus verbi est apud Ann. Marc. lib. xxviii. c. 1. § 48. 'Enmenius et Abienus infamati in Fausianam feminam non obscuram.' *Infamare Magiam* tamen recte dici posse videtur, pro, intendere alicui crimen Magiæ, quemadmodum 'probare Magiam' h. l. et infra p. 450. aliquem convincere crimine Magiæ. J. B. *Calumniam Magiæ, quæ facilius infamatur, quam probatur*] Tacitus lib. xv. Annalium: 'Glitio Gallo, atque Annio Pollioni, infamatis magis, quam convictis, data exilia.' *Scip. Gent.*

*Eam solam, &c.*] Possit videri jam scribendum. Sed nihil debet mutari. Est enim 'Ελληνισμός familiaris huic scriptori, apud quem sæpe reperias eam dictionem *παράλογον*. Infra: 'quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, eam violet.' Tolle *eam*: sententiæ nihil detraxeris. Ita autem Græci, Herodotus præsertim et Pausanias, atque e recentioribus Agathias, etsi id proprie Hebræorum dialecti esse certum est. *Casaub.* *Eam solam, &c.*] Τὴν *εὐαρίστην*. Scævola l. libertis § ult. D. de aliment. et cib. leg. 'Quos libertos meos, ubi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari jubeo.' Plura de Hellenismo isto *Casaubonus. Pric.*

*Dat libellum*] Per libellos accusatores crimina deferebant, denuntiabant. Noter infra Apol. ii. 'Ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum?' Horum mentio in L. Mariti D. ad L. Jul. de Adult. l. Libellorum, de Accusat. Juvenalis Sat. vi. 'Nulla fere causa est, in qua non femina litem Moverit: accusat Manilia, si rea non est: Componit ipsæ per se, formantque libellos.' Ambrosius de obitu Valentiniani Imp. 'Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniam pronuntiaturus, accusatum libere, donec præfectus

cognosceret, obversari jussit.' His subscribere cogebatur accusator, eoque profiteri sese talis, aut talis criminibus reum postulas; ut, si falso quem accusaret, hæc subscriptio temeritatis falsitatisque eum coargueret, multaque debita afficeret. De quo multi loci in jure nostro. Sed de eo ante omnes vide doctorem nostrum J. Cujacium Observ. lib. i. c. 20. *Colo.* Infra: 'ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum?' *Elmenh.*

PAG. 402 *Novo more, &c.*] At Impp. Gratianna, Valentinianus, et Theodosius postea constituerunt, eos, qui accusationem aliorum nominibus præsumpissent, delatorum numero esse ducendos et plectendos. Lib. viii. c. de Calumniatoribus. *Colo.*

*Plecteretur*] Pœna talionis. V. Vultei. de Judic. ii. 4. p. 215. *Drakenb. in marg.*

*Quietus est*] Malim scripturam Basil. l. *quietus est*. In Ms. erat *quitus est*. Sic infra Apol. ii. 'Sola virginitas, cum semel accepta, reddi nequitur.' Non aliter Plautus, Lucretius, Terentius, Gellius, alique veteres. Prisc. lib. viii. Diomed. lib. i. apud quem versus Attii ita legendi: 'Nam neque Pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quita sum.' *Colo.* *Ne sic q. quitus est*. Sic Rom. Ed. cur mutarunt homines *ἡμεῖς*? Vulgo enim *quietus* est. Terentius [Hec. iv. 1. 57.] 'forma in tenebris nosci non quita est.' Utitur et alibi Lucius nosster. *Casaub.* *Ubi ut com. propellis*. Tò ubi non est in Flor. ... Flor. *percellis*. recte. *Elmenh.* *Ne sic quidem quitus est*. *Ubi ut cominus ageret propellis etiam*. Hæc est vulgaris lectio, minime sana. Pro *quitus est* in Ms. Pith. exstat *Quintius est*, in Lips. *quitus est*. Edd. Ald. Colv. Vulc. habent *quietus est*: præeunte Junt. post. Sed in vocabulo tam vulgari non tam facile errasset librarii: imo, hoc est contra mentem

Auctoris, si modo bene locum perpendas. Melius itaque in reliquis Edd. *quitus est*, quod et Lexica jam pluribus exemplis probant. Verum cur, quæso, *Æmilianus* non potuit accusationem proprio suo nomine sustinere? at vero, omnino potuit, sed non ausus est. Dein his idem dicitur: 'nam eam jubere proprio nomine accusationem sustinere,' et, 'propellere ut cominus agat,' prorsus sunt *τρωτόλογα*. Porro τὸ ubi in nullo est Ms. nec in Ed. Elm. qui post *etiam* addidit et e Florent. Totum locum, ne littera quidem mutata, sic lego: *ne sic quidem quitus est, ut cominus ageret, percelli, sed jam adversum te, &c.* Prima littera τὸν *set* (ut scribitur in Mss.) male juncta fuerat τῷ *percelli*: hinc corruptus locus. Pro *etiam*, in Ms. D'Orv. *et*: unde Oudend. margini adlevit *ut cominus ageret percellis, at adversum te*. Sed major distinctio post *quitus est*, quæ locum turbat, omnino tollenda. Gruter. Suspici. Ineditarum lib. xx. c. 10. *ne sic quitus est tibi ut com. ag. propelli*. Male: nam ubi, unde ille fecit tibi, contra Mss. irrepsit. Tandem vulgares Edd. *propellis*. Ms. D'Orv. *perpellis*. Florent. cum Edd. Junt. post. et Scriv. *percellis*. Infra p. 420. 'Cœlitem Venerem ... nullis ad turpitudinem stimulis vel illecebris sectatores suos percellentem.' J. B. *Ne sic quidem quitus est*] Quid igitur? Licuitne contemnere jussum Proconsulis impune et toties? Licuit, quum *Æmilianus* jure aperto nitetur, quo cautum, ne invitus quis agere vel adcusare cogatur: ut mox dicam. *Scip. Gent. Quitus est*] Id est, compelli ad adcusandam non potuit. Perperam alii, *Quietus*, ut amicus nooster eruditissimus hic notat, illud Terentianum allegans: 'Forma in tenebris nosci non quita est:' unde nequitur recte dixeris. Priscianus in Dionysio de situ orbis: 'Hic nasci linum, qui tacto adensus ab igni Ex-

tingui nequitur.' *Idem. Ubi ut cominus ageret*] *Cominus* est, proprio nomine, quod antea dixit, *de professo*, alludens ad formulam inscriptionis, quæ extat in l. libellorum ff. de adcusat. Cur ergo infra dicit, 'cujus fuerat professor et machinator?' Sed hoc pertinet ad *Æmiliani* jactantiam extra jus, qui profiteri et gloriari solebat, suo machinatu Appuleium reum factum, ut alio loco infra scriptum est. Vel *cominus* est, Directo et per sese et principaliter, suo nomine. Nam et subscribens, quasi alieno adcusare videtur, qui non est princeps in agendo. Cornelius Nepos in vita Pomponii Attici: 'Neminem neque suo nomine, neque subscribens adcusavit.' Quanto minus is, qui ne subscripsit quidem, ut hic *Æmilianus*? sic stipulatio dicitur a Vennuleio fieri debere cominus, quod nemo possit stipulari nisi præsens et de se ipso, et loquens conceptis directisque verbis, l. continuis ff. de verb. oblig. *Idem. Ubi ut cominus ageret percellis, &c. eminus calumniis velitur*] Miles. v. 'Videane quantum tibi periculum velitur fortuna eminus? ac nisi longe firmiter præcaves mox cominus congredietur.' Et viii. 'Ut discernere prorsus nequiremus quam potissimum caveremus cladem, cominus canum, an eminus lapidum.' *Pric: Calumniis velitur*] Ut Milesia viii. 'Velitari jocis.' Afranius: 'Verba jactare et velitari labiis.' Festus: 'Velitatio, ultro citroque probrorum objectio.' *Idem: 'Advelitatio, jactatio verborum.' Idem.*

*In assistendi venia*] Narrat Appul. adversarium suum Sicinium *Æmilianum* primarie causæ diffidentem, ne periculum incideret, quod in accusando ex subscriptione subennandum erat, latibulum quæsisse. Libellum enim postera die nomine pueri porrexisset, inibi adscripsisse se pupillo accusanti tantum assistere: quorum verborum sententia mihi quidem (ne-

scio an tibi quoque) postulare videtur, legerem, in *assistendi umbra perseveravit*. Constitutum autem ab Imp. Arcadio et Honorio, ut in causis criminalibus inscriptiones præponerentur l. in Causis, c. de accus. et inscriptionibus. L. momentariz, c. unde vi. L. unic. c. de abigis. L. libellorum, ff. eod. tit. epistola D. Trajani ad Plinium, de Christianis cōhibendis: eo videlicet, ut alterutram partem digna legum tenere possit auctoritas: dicta l. in causis, et l. si cui, ff. de accusationibus; neque in punita sit mentiendi licentia, cum calumniantes ad vindictam pōcat similitudo supplicii. L. accusationis, c. de accusationibus. *Stewech. Ab accusandi periculo profugus*. Id est, ab accusando, in quo erat periculum. Sic statim eleganter vel breviter, in *assistendi venia perseveravit*: ἀντὶ τοῦ in assistendo, ubi spes veniæ. Hoc moneo, quia reperti sunt tam corrupti palati homines, quibus vulgata lectio non saperet, ac legi vellent, in *assistendi umbra*. O acumen! *Casaub. Fulvius, in ass. vice*. Et mox, de consilio clarissimorum virorum. Sciopp. in Symb. Ideo autem dixit veniam, quia officii necessitas et tutoris fides excusata esse debet, ut ait Tryphonius noster, quare nec legatum sibi testamento relictum, quod falsi vel inofficiosi adensat, placet eum perdere, nec repelli a bonorum possessione contra tabulas, si libertum patris pupilli ani nomine capitis adensaverit. L. tutorem ff. de his quib. ut indign. L. ult. ff. de postul. Non male tamen in quibusdam Mss. In *assistendi vice*, legi putem: id est, munero et partibus fungi adstantis perseveravit. *Scip. Gent.* Non male tamen in quibusdam Mss. In *adstantendi vice*, legi putem: id est, munero et partibus fungi adstantis perseveravit. *Idem.* Mstos, in quibus sit *vice*, ego non novi, nisi unum Fulv. e quo illud adnotavit Wew. sed vi-

detur potius esse mera conjectura Fulvii, quem minime sequor. Manifeste sibi opponuntur *periculum* et *venia*: quare non audiendus quoque Gruter. Susp. Ined. xx. 10. aliens probabiliter Stewechium emendasse umbra. J. B.

PAG. 408 *Si quidpiam veri in me explorasset*] H. e. si invenisset quod vero posset objectare mihi. Sed Græmolæsat Appuleius. *Æschines* jam citato loco: οὐδὲν ἀληθὲς κατηγορεῖν ἔχων, τὴν παρεβηται. *Prie.*

*Pertinacia*] Rom. ed. *perviciacia*. Casaub. Accedunt Vic. Vule. Wow. Vid. Oudend. ad Met. l. v. p. 379. b. ubi absque Mstorum auctoritate id probat quoque V. Cel. et edidit Ruhnken. Accedit autem h. l. quod *perviciacia* est vocabulum forensæ, quo ejus significatur obstinatio animi, qui, gemino judicio superatus, rursus provocat. V. Brissou. de V. S. Noster de Deo Soer. p. 370. Ed. Flor. *pervicaci audacia, pertinaci spe*, distinguere videtur: sed utrumque in bonam et malam partem adhibetur. J. B.

Cum *Lollius Urbicus* V. C.] Vid. Brissou. de Form. III. 26. Videtur autem is esse Lollius' Urbicus, quem, legatum Antonini Pii, Britannos videri, testatur Capitol. in Anton. Pio cap. 5. Diversa ab illo Lollius Urbicus, qui temporibus Macrini et Heliogabali vixit, et historiam sui temporis scripsit. Vid. Lamprid. in Diadumeno cap. 9. *Idem.*

*Verum videri*] Id est, *Esse*. Miles. ix. 'Die sequenti moræ, quæ maxima videbatur, matutinus adstitit.' Sexta: 'Impares nuptiæ, et præterea in villa, &c. factæ, legitime non possunt videri.' Probus in Notis: I. E. C. V. 'Justa ejus causa videtur:' sic et Græci νομίζω καὶ δοκεῖν usurpabant οὐ πάντως ἐν ἀμφισβόλου, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἐν τοῦ ἀληθείου. notat Ulpian. ad Olynth. l. quod et postea in Patrum Conciliis obtinuisse docet Savaro ad Sidon. Vide Brissoum de

Formul. II. 3. *Pric.*

*De consilio consularium virorum pronuntiavit*] Solemne in pronuntianda sententia D. C. S. id est, Val. Probo interprete, 'De consilii sententia.' Livius lib. XLV. 'Silentio per præconem facto, quæ sibi ex consilii sententia visa essent, pronuntiavit.' Huc allusit Sep. Tertullianus lib. de Pudicitia: 'Lusit igitur et de suo spirita, et de virtute domini, si, quod de consilio eorum pronuntiaverat, rescidit.' *Colo. Consularium.* Sive, qui in consilium adhibebantur. *Drakenb.* Quia in senatoribus aliqui erant consulares, propterea totum consilium non potest vocari *consulares*: quod voluit Floridus. Videtur id sensisse quoque Lips. qui (fortasse e suo Cod. nam Coll. Voss. ita habet) legi malebat *consiliarium*: quam vocem, pro *consiliariorum*, defendunt Bynkershoek. Obs. t. 26. et Duker. de Latin. Vet. Jurisc. p. 372. Vid. Heins. ad Brissson. de V. S. in V. Sed de consilio *consiliarium* non videtur esse ab Auctore. Fulv. Grosiot. et Salm. coniecere *Clarissimorum*; uti passim Senatores vocantur. Eandem vocem, ter intra tam breve spatium repetitam, non tulisset quoque App. Nil contra Mss. mutandum. *Consulares* sub Imperatoribus vocabantur, qui provinciis Augusti præerant, quamvis non semper Consules fuissent. Vid. Salm. ad Scriptt. Hist. Aug. t. I. p. 198. 375. t. II. p. 346. et Wagneri Ind. II. in Ammian. Marcell. J. B. *De consilio consularium virorum*] Consulares et senatores quinque Romæ in consilio aderant, item quinque equites: in provinciis XXV. Recuperatores, peregrini appellati, ut scribit Theophilus lib. I. Institut. Tit. VI. ubi nomine *συγκλητοῦμενων συγκλητικῶν*, Consulares intelligere licet, et interpretari ex hoc Appuleii loco: nisi distinguendum putes inter Prætorem, de quo Theophilus et Præfectum urbi, ut hic Consulares, ille Senatores tau-

*Delph. et Var. Clas.*

tum in Consilio habuerit. *Scip. Gent. Pronunciasset.* Proprie, nam non alius *pronunciat* quam qui jus cognoscendi habet. Lib. XLVI. D. de verb. signif. *Pronunciabat* e Tabella autem. Vide Elmenhorstium ad primum Floridorum: doctiss. Deald. Heraldum ad Tertull. Apologiam. *Pric.*

*Contra clarissima voce*] Sic nos emendavimus corruptam lectionem omnium librorum, *contra clarissimam vocem*. Enimvero ea scriptura manifesto falsa: ista enim *clarissima vox* vox Æmilianæ est non Lollii Urbici: quod ex sequentibus clarum. Elegantissime autem Appuleius hominem enim *χαρπαρῆς* quem Theophrastus *ἀνορενομήτρον* vocat: quod malam causam tanta confidentia tueatur: quod juret tam facile, imo pejeret: quod alta et clara voce vociferetur: eadem Theophrastus. *Casaub.* Casaubonum deinceps Editores secure sunt secuti. Si quid tamen video, unice vera est scripta et vetus lectio, *contra Clarissimam vocem*, i. e. contra sententiam, quam pronunciaverat *Vir Clarissimus*, magistratus judicium gubernans: nam sic demum intelligi possunt aeqq. 'quam quidem vocem,' &c. Ubi tamen vid. Florid. J. B.

*Ab ejus perniciæ temperari*] Referendum hoc ad pœnam illorum, qui iudicibus conviciam faciunt, eorumque sententias reprehendunt, qui infamia notantur. L. XLII. ff. de Injur. L. VIII. ff. de Appellat. Paulus Sentent. l. v. c. 35. arbitrio principis hoc delictum vindicari scribit. *Colvius.* Adeo ut *agere Lollius Urbicus ab ejus perniciæ temperari*. Id est (inquit Gentilis) *agere* mans abstulit a tam impudenti convitiatore. Insulæ. Notum quid *Pernicies*, duntaxat quum de Foro res. Tacitus Annal. IV. 'Cremucius Cordus postulaturo novo, ac tunc primum audito crimine, quod, &c. id perniciosum reo visum, h. e. capitale.' Opponitur *Salus*. Infra Nostrer: 'Posse literas ejus ad per-

*Apul.*

9 H



niciem, non posse ad salutem.' Iterum: 'Cedo tu Aviti Epistolas, ut quæ semper mihi ornamento fuerunt, sint nunc etiam salutis.' *Pric.*

*Quam quidem vocem*] Male Floridus, ut supra diximus. *J. B.* *Quam quidem vocem*] Obscura oratio, sed hoc Appuleius vult: dixerat antea Æmilianum in adensatione falsi testamenti victum, contumeliose in Lollium Præfectum Urbi locutum esse. Similis recordiæ vocem ab eo erupturam in Claudium Maximum Proconsulem anaguratur hoc iudicio Appuleius, fretus et æquitate Maximi, et innocentia sua. Quorum utrumque pariter ad condemnationem Æmiliani valere videbat: unde ille dolore adensus similibus recordiæ vocem in Claudium erumperet. In V. C. legimus: 'Mea innocentia fretus, subit hoc quoque iudicio.' *Scip. Gent.*

*Erupturam*] Scribo et distinguo, *erupturum: quippe, qui sciens innocentem criminatur.* 'Erumpere vocem,' dictum *εμπρηξάναι*, ut apud Terent. 'erumpere gaudium:' apud Ciceron. 'erumpere stomachum in aliquem.' Qui non animadverterant, in superiore loco legendum *clarissima voce*, eos ne istum quidem recte accipere petuisse certum est. Hoc ait: sperare se fore, ut Æmilianus, isto quoque iudicio victus, idem recordiæ specimen edat, ac fecit superiore illo. Id prius iudicium Romæ, non in provincia fuit celebratum, apud tribunal Q. Lollii Urbici præfecti Urbis: de quo vetus lapis extat Romæ: *APOLLINI. Q. LOLLIVS VRBICVS. PRÆF. VRB. CASAVB.* Rursus hic revocanda vetus et scripta lectio, quam cum *Casavb.* mutarunt *Vulc. Wow. Flor.* *Erumpere* elegans est h. l. verbum. In causa tam manifesta poterat iudex statim pronunciare, sed vocem ejus aliquandiu reprimebant legitimæ ac necessariæ iudiciorum moræ. Vox autem repressa proprie dicitur *erumpere*. De persona in *quippe* qui

intelligenda dubitari nequit. *J. B.*

*Apud præfectum urbis*] Nam is de falsis testamentis cognoscere solitus. Scævola J. C. 'Filia quæ de inofficioso agere instituit et transegit, postea cum heredibus, stipulatione interposita, et subjecta doli clausula, apud præfectum de falso testamento agit, nec probavit.' L. cxxxv. de Verbor. Obligat. *Colo. Præfectum Urbi.* Sic exquisitius *Ms. Pith. et Ed. Jant. post.* In reliquis *pr. Urbis*: ut semper variatur, quemadmodum in *præf. prætorii et prætorio.* Apud *Ammian.* Marcell. semper est *præf. Urbis*: in Historiæ Augustæ scriptt. utrumque passim, *J. B.*

*Namque peccatum*] Suetonius de Nerone cap. 27. 'Paulatim invalescentibus vitis, jocularia et latebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad majora palam erupit.' *Elmenh.*

*Integrat*] *R. iterat.* Lips. Utitur sæpe verbo *iterare* Noster: v. Ind. sed et *integrare* est in lib. II. Met. p. 133. 'voluptatem integrantes.' p. 166. 'iterum cachinnum integrant.' Lib. VII. p. 453. 'Martius cohortis facies integraretur.' *J. B.*

PAG. 404 *Ad rem aggredior*] 'Aggredi rem' dicitur, qui meditatatur de re incipienda, ut *Mela* Præf. 'Orbis situm dicere aggredior.' 'Aggredi ad rem' qui jam incipit: *Plaut. Asin. III. 2. 91.* 'Quin ad hunc Philenium aggredimur.' *Cic. de Or. II. 44.* 'cum aggredior ancipitem causam et gravem ad animos iudicium pertractandos.' Noster infra p. 363. *Ed. Scriv. [446. Flor.]* 'Aggredior jam ad ipsam crimen.' p. 275. [446.] 'Ut sit mihi tempus aggredi ad cetera.' *Drakenb.*

*Proximam crimini*] *Vet. lib. proxime crimine.* Unde *Lipsio* scribere visum, *pro summo crimine.* *Colvins.* In *vet. cod.* erat *proximo crimine.* Id quod rectum, *pro obvio atque manifesto.* Sic infra, 'proxima humanitate,' *Claudius Maximus* alloquens: 'Ne tu,

Claudi Maxime, nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate.' Vane ergo conatus V. Cl. Justi Lipsii rescribentis, *pro summo crimine*. J. Meursius. *Pro maximo crimine*. Sic reposui ex Flor. 2. Vulgo, *proximam crimini*. Elmenh. Meursius *Proximo crimine*, ut infra: 'Proxima humanitate.' Lipsius *Pro summo crimine*, remote nimis. *Pric.* *Proximo crimine* exstat in Mss. D'Orv. Lips. Pith. Fux. Coll. Voss. (nisi quod in D'Orv. sit *crimen*) et Ed. Junt. post. probante Meursio. Sed recte *pro maximo crimine* e 2. Florent. edidit Elm. cum Scriv. Flor. Bip. ut legendum esse margini adscriptis Oud. et obiter notavit ad Cæsar. lib. III. de B. G. cap. 29. Reliquæ Edd. *proximam crimini*: bene, si Mss. addicerent. Phædr. 1. 10. 5. 'Negabat illa se esse culpæ proximam:' ubi cf. Schæff. et Burm. sic 'affinis culpæ' apud Cicéron. et 'confinis crimini' Noster infra p. 484. J. B.

*Propter quod?* Quidam, *propterea quod*, male. Tertullianus de Testimonio animæ: 'Et concubumbentibus sortem suam exprobrare non possis; debes adulari propter quod latius vivis.' Cole. Nescio ubi Colv. invenerit *propterea quod*. Sensus sane id videtur postulare: nam quomodo cum Florido explicari hic possit 'qua de causa,' non video. Interim, quod sciam, Mss. et Edd. nihil variant. *Propter quod* dictum videtur pro *propterea quod*, ut 'præter quod' pro 'præterquam quod,' (vid. Ind.) Exemplum tamen frustra quæsi: nam in Tertulliani loco, quem Colv. citat, legitur *propter quos lentius vivis*. J. B.

*Mercenaria loquacitas?* Ut apud Tertullian. Apolog. 'Mercenaria advocatio.' Zenon. Veronens. Sermon. de Avarit. 'Mercenaria ac duplex lingua.' Plantum in Stieh. 'Venditaria,' et Ovid. in Amor. lib. 1. Epist. 48. 'Empta.' Symmach. lib.

III. Epist. 175. 'In mercedem linguæ ornamenta corrumpere.' Isid. Pelus. διὰ φιλοχρημασίαν καπηλεύειν, χρυσὸν προτίειν τὴν ψῆφον, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ζυγὸν ἀλήματι παρασάλευειν. Nicetas in Andron. χαριτολογατοῦντες, καὶ πρὸς ἀργύριον λαλοῦντες. *Pric.*

Ob mercedem et auct. impud. *deprehensa haberi?* Nescio quid hic vocabuli *deprehensa*. Festus: 'Deprehensa dicitur genus militaris animadversionis, castigatio major, ignominia minor.' Quod quomodo huc trahendum æque nescio. Forte mutanda saltem distinctio. *Acidalius*. H. e. pro manifesto falsis et satia revictis. Quid si tamen scribamus, *ob mercedem et auctoramenta impudentia depensum*, pro, repensum. Casaub. Fulvius conjiciebat *depensum*. Sclopp. in Symb. Rectius visum *depensum*. Wower. *Deprehensa haberi*, id est, quasi manifesto falsa, vel *depensum* cum Casaubono legendum. *Acidalius* annotat ex Festo: 'Deprehensa dicitur genus militaris animadversionis,' &c. Sed quomodo huc trahendum, ignorare se dicit. *Scip. Gent.* Fulv. et Casaub. *depensum hab.* Elmenh. Locus qua a verbis vitiosus, qua ab interpretatione. Scribe: *Futiliter blatterata ob mercedem et auctoramenta, impudentia depensum haberi*: omnino sic legenda hæc et distinguenda. *Impudentia depensum*, ut apud Marc. Capell. 'Jurgis pendere.' 'Indocta rabidum quem videre secula Jurgis caninos blatteratus pendere.' *Pric.* Quæ etsi possunt ab his utiliter blatterata ob mercedem, et auctoramento impudentia depensum, haberi. Ita legendum e Mas. i. e. blatterata a patronis Æmillani in suam ipsorum utilitatem, ob mercedem, qua se ad me accusandum obstrinxerunt. 'Auctoramento impudentia depensum,' i. e. persoluta. Quod autem habetur blatteratum ob mercedem, et auctoramento impudentia depensum, id ut frivolum prætermitti potest; attamen Appu-

leio vel sua causa paucis refellenda videbantur. Probavit hanc lectionem Oudend. noster ad Cæsar. de B. G. 1. 44. quem vide etiam ad Nostri Met. 1. x. p. 667. a. imo, edidit jam Scriv. sed alia, minus bona, ni fallor, distinctione: *quæ etsi possunt ab his utiliter, blatterata ob mercedem, et auctoramento impudentia, depensa haberi.* Videamus jam de singulis. *Utiliter* a Colvio mutatum esse in *futiliter* supra jam vidimus. *Auctoramenta impudentiæ deprehensa* est in Edd. excerpta Scriv. omnibus, nisi quod in Junt. post. sit *auctoramento*, adstipulantibus Mss. Florent. Pitb. Lips. Coll. Voss. et probantibus Salmas. forsan e Fnx. Cod. et Gronov. ad Arrian. vii. 6. *Pro deprehensa extat depensa* jam in Ed. Vic. et ex conj. Fulvii in Ed. Wow. addicentibus Mss. Bemb. et D'Orr. *Utiliter*, i. e. in suam utilitatem. Noster de Dogm. Plat. lib. 1. p. 586. Ed. Flor. 'cum impedimentum istud utiliter provenit, res illa Felicitas nominatur.' Ovid. Her. Ep. 1. vs. 67. 'Utilitas starent etiam nunc mœnia Trojæ.' id. Fast. iii. vs. 464. 'Utiliter nobis perfidus ille fuit.' 'Auctoramentum impudentiæ' dicitur, ut 'auctoramentum sceleris' Met lib. 1. x. p. 617. ubi adi Oudend. J. B. *Depensa*. Sic legit etiam J. a Costa ad Decretales p. 80. *Id. in Addend.*

*Lingua sua virus*] Cælius Symphosius: 'Effundit mala lingua virus atrum.' Sidon. Apollin. 'Loquens venenum.' *Pric.* *Quo ferina solent lingua sua virus alieno dolori locare*] 'Mercenaria loquacitate,' ut paulo ante dixit. Ammianus lib. xxx. de Caussidicina sui temporis: 'Ad expugnandam veritatem ora mercenaria producentes, per prostitutas frontes,' &c. Quod Orator noster, 'ob mercedem, et auctoramenta impudentiæ.' *Scip. Gent. Ferina lingua virus*] Id est, viperinæ. Sic infra: 'Viperæ ritu niveo denticulo

atrum venenum inspirare.' Ita accipiendum in illo dicto Augusti ad Pollionem, de Tlmagine virulentissimo homine, et qui ipsum Cæsarem acerbissimis dictis confixerat, et interdicta illi Cæsaris domo ad Asinium Pollionem confugerat, *Θυγορροφῆς*, id est, 'viperam alis.' Ut refert Seneca lib. iii. de Ira, cap. 25. Etiam ingrati animi vitium eo verbo, et impietatem in se Cæsar notare voluit. A sono autem et sibilu Græcus poeta litteram *Θ* *θυγρόν* adpellavit, Lucilius litteram R caninam: 'Irritata canis, quam homo, quod planius dicat:' Ita enim emendandus is versus apud Donatum est. Hieronymus adversus Rufinum cap. 1v. Demosthenem scribit a cane Rho litteram didicisse. 'Canina facundia' apud eundem, et alios: item 'canina lingua' apud Lucillum referente Velio Longo, libello de Orthographia: eo sensu, hic 'viperina lingua.' *Idem.*

*Alieno dolori locare*] Male Florid. interpretatur: 'aliis, ut dolorem suum ulciscantur.' Est enim *dolori alieno* dictum pro, in dolorem sive perniciem aliorum. Ms. D'Orr. *dolore*: quæ sit ablat. pretil. Belg. *ten koste van*. J. Bos.

*Ne quid macula, &c.*] Miles. x. 'Ignominie maculam.' Cicero Verr. ii. 'Adolescentie maculas, ignominiasque.' Noster heic infra, 'Omni criminis maculam.' *Pric.*

*Inhonestamenti*] Glossæ Vindocinens. Ms. 'Dedecoratus inhonestus.' lege *inhonestatus*. *Idem.*

*Videar cuipiam, si quid ex frivolis prateriero, id agnovisse potius quam contempsisse*] D. Cypriau. Tractat. contra Demetrian. 'Ultra tacere non oportet, ne jam non verecundie, sed diffidentie esse incipiat, quod taceamus: et dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere.' *Idem.*

*Prudentis animi*] Amplector istam lectionem præ altera, *Pudentis*. *Pric.*

Cum *Præmo* faciunt *margo* Baill. Vulk. Ed. tert. et Floridus. Sed in *Mss.* et *Edd.* ceteris est *pudentis*, quod mutandum non est: *Verecundus* et *pudens* eleganter junguntur. Cic. ad Div. II. 6. 'Verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Grave est enim homini pudenti, petere,' &c. Ovid. Trist. I. IV. el. 4. vs. 50. 'Nostra verecunde vota pudore carent.' Immo plane ut hic Noster, Cic. Verr. III. c. 41. 'Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficillime possunt.' J. Bos.

*Etiam hi qui sibi delicti alicujus concessi sunt, tamen quum male audiunt, impendio commoveantur* Tacit. de Nerone Annal. xv. 'Ut faciendis sceleribus promptas, ita audiendi quæ faceret insolens.' Salvian. de gubern. &c. Lib. VIII. 'Omnes admodum se laudari volunt, nulli grata reprehensio est: imo (quod pejus est,) quamlibet perditus, mavult mendaciter prædicari, quam jure reprehendi. Neque enim quisquam tam malus est, ut malus videri velit.' Fabius lib. III. cap. 8. *Pric.*

PAG. 405 *Quisque rudes et imperitas aures* Ms. cod. *quisse rudes et imparatas aures*: Bas. 1. et 2. *rudis et imperitus*. Ald. *rudes et imperitas*: quam sequenti sumus. Colv. Rectum est illud a Manuscripto *imparatas aures*: quod cur mutaretur, causæ nihil erat. *Imparatus* pro *Rudi* et *Imperito* eo ævo accipiebatur: et invenire est apud Arnobium nostrum non semel, annotavimusque id jam olim in Critico. *Meurs.* *Quisque* deest *Edd.* Vic. Ven. Bas. In Vic. Junnt. Ald. Bas. Cas. *Pric. rudis. Vic. aures.* Al. *aures* vel *aureis*. *Imparatus* ex Cod. Lips. edidit Scriv. sed *imperitas* revocavit Florid. et ex eo Ed. Bip. Eadem varietas in Justin. lib. XXXI. c. 2. 'Virum ad prospicienda cavendaque pericula peritum:' ubi nunc ex *Mss.* editur *paratum*, cum *peritus* ad ne La-

tinum quidem esse putent VV. DD. Sane qui dixerit *peritus ad litteras*, vel sim. eum male Latine dixisse, non dubium est. Sed 'peritus ad pericula cavenda,' pro, peritus eorum, quæ faciunt ad pericula cavenda, recte defendi posse existimo. Valet tum *peritus* idem quod *expertus*. Cic. pro Font. c. 15. 'Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem,' &c. Est igitur *imperitus* h. l. *inexpertus*, *inadversatus*, plane ut Liv. VI. 18. dixit: 'animum inexpertum ad contumeliam.' *Imperitus* quoque melius jungitur *et rudis* quam *imparatus*. Noster Flor. n. 7. 'rudes, sordidi, imperiti.' Quare unius Cod. auctoritate vulgarem lectionem non mutavi. J. B.

*Laudis assuetudine contumeliam insolens* Cicero Verr. III. 'Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficillime possunt.' Hesiodus *Ἔργ.* "Ἵβρις γὰρ τε καὶ δειλὴ βροτῶ, οὐδὲ μὲν ἰσθλὸς ἔργῳ δῖος φερέμεν δόναται, βαρὺ δὲ θ' ὄν' ἀβρῆς. *Pric.*

*Multo tanto* Ubique multus est in hac *φράσι* Lucius noster. Exemplum in medium ferre otiosæ diligentiae foret. Varro ipse de L. L. I. VI. 'Quod intervallum multo tanto propius nobis:' ubi temere vir eruditissimus tanto expungendum putat. *Idem.*

*In principio adcusationis* Duo proœmia diversa adcusationis in se institutæ recitat Appuleius: unum hoc, 'Adcusamus apud te,' &c. alterum in fine hujus Orationis, tale, 'Hunc ego, Domine Maxime, reum apud te facere institui,' &c. sed unum est principium libelli adcusatorii: ut ipse Appuleius ibi demonstrat: alterum hoc, adcusationis ipsius, id est, orationis perpetuæ patronorum adcusatoris. Scip. *Gent.*

*Quidem disertissimus* M. Ven. Rom. *quidem non disert.* Colv. Restituimus negationem ex Ed. Rom. Ea vera

lectio et ex Apuleii mente, qui etiam infra Tannonio eidem infantiam objicit: de eo enim sunt hæc, 'sed eloqui propter infantiam cansidicus summus nequiret.' Mox, 'At ego illi contra justius expronaverim, quod qui eloquentiæ patrociniū vulgo profiteatur, etiam honesta dicta sordide blatteret, ac sæpe in rebus nequaquam difficultibus fringuliat, vel omnino obmutescat.' *Casaub.* *Non disertissimus.* Sic omnes libri Mas. Recte: et infantiam ejus infra ridet sæpius. V. D. in marg. Ed. Colv. e Bibl. Reg. Casaubonum secuti sunt reliqui. *J. B.* *Homo vere ille quidem non disertissimus*] De eodem Tannonio; infra: 'Quas Tannonius ille, quum eloqui propter infantiam, cansidicus summus, nequiret.' *Non disertissimus* igitur hoc loco est, maxime infans et indoctus: figura veteribus usitata. Sic Homerus de Achille, *ὁ γῆδον*, id est, summe dolens, aliaque similia. *Scip. Gent.*

*Quod utinam*] Quemadmodum quod abundat in 'quod si,' 'quod ubi,' &c. (Vide ad Met. l. iii. p. 201. b. Burm. ad Virg. *Æn.* ii. 141. Perizon. ad Sanct. Min. iv. 5. 9.) ita etiam in *quod utinam.* Cic. ad Div. xiv. 4. 'Quod utinam minus vitæ cupidi fuissetus!' Plura dabit Cort. ad Salust. Jug. c. 14. add. e Nostro Flor. n. 18. 'Quod utinam pro amplitudine auditorii proluxa oratio suppeteret.' N. 23. 'Quod utinam sicuti cygnocantum indulset, ita huic quoque vocem tribuisset.' *J. B.* *Quod utinam tam gravia formæ et sacundia crimina vere mihi opprobasset*] En Oratoris nostri astutiam! hæc Tannonius ei non ut crimina objectavit, sed ut Judicem circumspectiorem redderet, ne lactaretur lenociniis hisce, alio Apuleius torquet, nempe ut Adversarii deridiculo habeantur, quasi tam pulchra tamque laudabilia objicientes tanquam vitia. Artificium loci istius non præterit eruditiss. Vossium

Orat. Instit. iii. 3. *Pric.*

*Non difficile ei respondisset quod Homericus Alexander Hecatori*] Et ex eo Diogenes Cynicus apud Lærtium, qui derisus *ὅτι παρ' Ἀντιπάτρου* (fullo) *τριβάνιον ἔλαβεν*, addixit hunc ipsum versiculum in excusationem sui. Respondisses etiam (nec incommode) quod non nemo apud Lævium: 'Eorum quæ objecta sunt, partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescam.' Ant certe risu merito excepiasses enim ut Mnsæ Marsyam, ob non dissimiles dotes elevantem Apollinem. *Idem.*

PAG. 406 *Sese philosophum nuncupavit*] Vulg. *esse se phil. nunc.* Meminit Diog. Lært. lib. i. in princ. et lib. viii. Augustin. de Civit. Dei lib. xviii. cap. 25. et cap. 27. Ambrosius lib. iii. de Virginib. Colv. Clem. Alexandrin. lib. i. Stromat. fol. 129. *Πυθαγόρας δ' ὑπερέκδου γένεως φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀπηγγέλευσεν.* *Elmenh.* *Pythagoram qui primum se Philosophum nuncupavit.* Florid. ii. 'Pythagoras primus Philosophiæ nuncupator et conditor.' Clem. Alexandr. *Πυθαγόρας, &c. φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀπηγγέλευσεν.* Et Jamblich. *Ἀέγει δὲ Πυθαγόρας πρῶτος φιλόσοφον ἑαυτὸν προσγορεύσαι.* Adde quæ in Minuc. Octav. et in Epist. Ausonius. At hæc post Ciceronem otiosa sunt, quem vide fusius narrantem ea v. Tusculanarum. *Pric.*

*Eum sui sæculi excellentissima forma fuisse*] Porphyrius: *τὴν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον, καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην καὶ κόσμον, ἐπὶ τε τῆς φωνῆς, καὶ τοῦ ἔθνους, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔχων.* Florid. ii. Noster: 'Pulchritudine apprime insignis.' Neque sui tantum sæculi, sed et Trojani: (de Pythagora loquentes enim cur non *μετεμψέχωσιν* memoremus?) vide ut a pulchritudine extollit eum, adhuc Ephorbum, Apollonius apud Philostrat. lib. viii. cap. 3. Et in cor-

pore Alces meretricis Gellius iv. 11. *Idem.*

*Primus omnium dictionem*] Τὸ δictionem male abeat a Florentinis. Hic enim primus Dialecticam invenit, ut ait Laërtius in ejus vita. *Elmeh.* Floridus interpretatur: 'qui primus ingeniosissima arte divisit orationem in duas partes;' Rhetoricam scilicet et Dialecticam: Zenonem enim φασὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν διαλεκτικὴν, teste Suida, quocum faciunt alii, citati ab Harles. ad Fabr. Bibl. Gr. lib. ii. cap. 24. § 29. Verum ambifariam non est in duas partes, sed, in utramque partem: ut in Flor. N. xviii. 'anceps argumentum ambifariam proponere.' Dein dictio non potest dici divisa esse in Rhetoricam et Dialecticam. Quare melius, ni fallor, verba 'dictionem sollertissimo artificio ambifariam dissolvere' interpreteris, de dictione, sive sententia aliqua, in utramque partem sollertissime et captiose disputare; qua in re Sophistas faciem præbuit Zeno: unde et Dialectices inventoris nomen meruit. Vid. omnino Harles l. c. Hinc ἀποτορεβόλωσεν eum vocat Timon apud Diog. Laërt. ix. 25. Hæc igitur Auctoris mens: sed in verbis latet quid. Nam nec in Ed. Junt. post. nec in Mss. comparet τὸ δictionem: unde Oudend. in marg. pro omnium conjecit orationem. An omnem dictionem ... dissolverit; vel, propius ad Mss. omnia ... dissolverit? ut prius omnia mutatum sit in omnium, et tunc intrusum dictionem ad fulciendum sensum. Cic. de Or. ii. 38. 'Dialectici reperiant ea, quam ipsi non possint dissolvere.' Non muto tamen dictionem, de cujus vocis significatione vide Burm. ad Petron. vi. cf. Ern. in Cl. Cic. Mss. D'Orv. Pith. Lips. cum Ed. Junt. post. dissolveret. Male, Pythagoram, qui ... nuncupavit: Zenonem, qui dissolveret. J. Bos.

*Eum quoque*] In Ms. D'Orv. deest quoque: pro quo Schottus Obs. v. 15.

perperam reponi voluit inquam, quæ vox locum habet in geminatione cum emphasi: ut apud Ciceron. Phil. ii. 26. 'bona (miserum me! consumptis enim lacrimis, tamen infixus animo hæret dolor) bona,' inquam, 'Ca. Pompeii Magni voci acerbissimæ subjecta præconis.' cf. de Fin. ii. 22. ubi vero nulla est emphasis, et perspicuitatis tantum gratia e superioribus aliquid repetitur, apud bonos auctores semper igitur locum habet: ut apud Ciceron. sæpius. Noster Flor. N. vii: 'Alexandro illi, ... enim igitur Alexandrum:' vel simpliciter pronomen is, ea, id. Vide Oudend. ad Flor. l. c. quam Appuleiani stili proprietatem ignorabat Schottus ibid. quum 'eum quoque Zenonem' glossema putaret. *Idem.*

*Ut Plato autumat*] Scribo, et Plato autumat. Locus Platonis in Parmenide, initio libri. Colv. Recte ut non et, quod quibusdam placet: qui non vident et præcedentia et sequentia pendere a verbo respondisse. Autumat est λέγει, ut recte vertitur in Glossario. Zenonem Plato vocat εὐμήκη καὶ χαρίερα θεῶν. Casaub. Et Plato Colv. Ego, et Platonem autumat. Brant. Ita emendavit Casaubonus noster quum antea et Plato legeretur. Est autem, Autumat λέγει, ut in veteri glossario: et docet Gellius adversus Nigidium lib. xv. cap. 3. Forte aliquid in hoc loco Appuleii deest; suspicabarque legendum, et Parmenidem, ut Plato autumat: eos enim ambos in dicto libro Plato conjungit, commendatque pariter a forma, dicens Parmenidem καλὸν καὶ ἀγαθὸν τῇ ὁψί, id est, aspectu decorum, ut Ficinus vertit, ad hæc Appuleii forte respiciens, quem ut bonum Platonium optimus ipse lectitavit. Scip. Gent. Ut præbant recte Mss. nisi quod in D'Orv. prorsus deest. Pessime Brant. qui ignorasse videtur locum Platonis in Parmenide, e quo tamen non ausim cum

Scip. Gent. suspicari Parmenidis nomen hic excidisse. J. B.

*Gratiam corporis*] D'Orv. *corporum*: sed. eleganter singulari num. ponitur membrum, quod pluribus, sed singulis adscribitur; in quo tamen sæpius corruptus est App. noster. V. Oudend. ad Met. lib. II. 109. a. *Idem*.

*Continuatio literati laboris*] Pallor enim consanguineus studiorum. Martianns Capella de nuptiis Philologæ lib. I. pag. 13. 'An vero quisquam est qui Philologæ se asserat pervigilia laborata, et lucubrationum perennium nescire pallorem.' Theodosius Imp. Novella I. de autoritate cod. Theodosiani: 'Sæpe nostra clementia dubitavit, quæ causa faceret, ut in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit soliditatem perfectæ doctrinæ.' *Elmenh.*

*Colorem obliterat*] De florido pallidum facit. Non minima Satyræ VII. Juvenalis pars hujus argumenti est. Thomas Magister (ex bibliotheca eruditissimi Renati Moræi) ad Aristophan. Νεφέλ. ἀχρυσίντες καὶ ἀνυπὶδῆ-τοί εἰσι, (οἱ φιλόσοφοι), ἐπειδὴ μόνῃς ἀρετῇς φροντίζοντες, οὐ τρυφῇς διακονοῖ τὸ ἀπέρριτον. *Pric.*

PAG. 407 *Capillus quem isti, &c.*] Notant Apuleium ob promissum capillitium. E contra Christiani eos reprehendebant, qui tonsorem diligebant. Vincentius Speculo Histor. lib. XII. cap. 17. ex actis Tiburtii Martyris: 'Torquatus, diu est, quod se Christianum esse mentitus est. Credas hunc Christianum esse qui in lenocinio suo molliendo capicio fimbrias obmittit, qui tonsorem diligit, qui sic molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, fœminas libenter intuetur?' *Elmenh.*

*Promissum dixere*] Sic de cæsarie Apollinis I. Florid. 'Præmissis antillis, et promissis caproneis:' ita doctissimus Bourdelotius, vulgo *promul-sis capr.* *Pric.*

*Horroris implexus, &c.*] Putabam emendari posse, *implexus, atque impleditus, stuppeo* tornamento ass. voce derivata a torrendo. Cic. 'Id ita terminavit, ut nihil effici possit rotundius:' sequitur mox: 'ab ineunte ævo unis studiis literarum ex summis viribus deditus:' energiam habiturum videtur et summis. Stewech. Mavult doctissimus Scaliger *horr. implexus*. Ego nihil mutarim. Sic in Glossario veteri alibi: 'Implexibarbatus,' et 'Implexa barba, Ἀσυνάγων.' *Colo.* Gloss. 'Implexa barba, ἀσυνάγων:' non ἀσυνάγων, ut quidam: sunt qui scribant *horroris implexus*. Sic in Glossario, 'Implexa ἀσυνάγος, φρυγὴ.' et ita lego in alio ejusdem libri loco 'Horridus, ἀσυνάγος, φρυγός. ubi vulgati libri valde corrapte *σινάγος φρυγός*. Sed magis placet lectio omnium librorum *implexus*. Utraque voce usus Agathias elegantissimus scriptor, in eadem sententia, οἱ πλεόκαμοι τῶν Τούρκων τε καὶ βαρβάρων ἀπύκνητοι καὶ ἀύχηροι, καὶ βυπῶντες, καὶ ἐνέροι ἀπεπῶς ἀναπεπλεγμένοι. *Casaub.* Alii *horroris implexus a. i.* Synesius in Encomio calvitii fol. 64. 'Ἀναστὰς ἔθεν καὶ τοὺς θεοὺς προσεπῶν, ὅτε εἶδα ἐπεμελούμην τῆς κόμης καὶ γὰρ ἐτύγχων μαλακώτερον σῶμα ἔχων· ἡ δὲ ἡμέλγητο ἐκ πλείονος· πάντῃ γοῦν συνέστραπτο καὶ συνεπέλεκτο τὰ πολλὰ αὐτῆς ὅλα τῶν ὧν τὰ περὶ τοῖς ἐκείσιν αἰρούμενα· πολλὸ δὲ ταῦτα σκληρότερα, ὥς ἂν ἐκ λεπτοτέρων συνεπελεγμένα, τῶν τριχῶν. ἦν οὖν ὁφθαλμοὶ τε ἄγρια ἡ κόμη καὶ βαρεῖα. μόλις δὲ διελέγτο, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῆς ἀπεσπίαστο· καὶ διετέλετο. *Elmenh.* Male in quibusdam libris *Implexus* legitur. Tibullus lib. I. el. 3. 'Tisyphoneque implexa feros pro crinibus angues.' Glossæ: 'Implexa barba, ἀσυνάγων.' Sic apud Marcian. Capellam: 'Crines tortuosi et nexiles,' quos infra eod. loco vocat *implexum capillitium*. *Pric.* Recte *Mss. implexus*, uti sæpe hanc vocem passive usurpat App. V. Oud. ad

Met. lib. II. p. 85. a. lib. x. p. 699. b. et Inttpp. h. l. quibus add. Auct. Consol. ad Liv. vs. 223. 'Salice implexam muscoque et arandine crinem.' J. B.

*Stuppeo tormento*] Funi e stappa torto, tento. Auctor Priapejorum: 'Totamque hanc sine fraude, quantacunque est, Tormento citharaque tensiorem, Ad costam tibi septimam recendam.' Funem torquere enim est *σχεῖν πλέκω*, ut bene notatum a doctissimo Scaligero. Propertius: 'Dignior obliquo funem qui torqueat ocno.' Horatius: 'Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.' *Colo*. Mihi videbatur frigidius, ut capillus capitis funi (id enim est *tormentum*) assimilaretur; legebam igitur *tomento*: nihil tamen pronuntio. Rom. Cod. *stappa* t. Casaub. Non probo amici meo conjecturam, qui *Tomento* scribi mallet, quod, ut ait, frigidius sibi videretur, ut capillus funi (id enim est *tormentum*) adsimilaretur. Sed aperte Lucius ita vocat, quod implexus et globosus, et congestus et inenodabilis diutina incuria discriminandi et expediendi esset; his enim aliisque verbis eum depingit, quem tormento et funi potius conveniunt. Simillimus locus apud Julianum in Misopogone adversus Antiochenas: *ὁμοίς δὲ φασὶ καὶ σχοῖα δεινὰ πλέκω ἐπὶ δὲ καὶ ἐτοίμως παρῆεν ἔχειν, ἢ μόνον ἔλαυν διατρίβειν, καὶ μὴ τὰς ἀνθρώπων καὶ μαλακὰς ὁμῶν χεῖρας ἢ τραχύτης αὐτῶν δευρὰ ἄργεσθαι*. et mox dicit hircorum similem barbam. Quid quod ex crinibus mulierum, tormenta sempe in bello facta, legimus? Servius lib. II. *Æneid*. 'Quum Galli Capitolium obsiderent, et decissent funes Romanis ad tormenta facienda.' et mox, 'crines, unde tormenta facta.' Idem apud Cæsar. de Bel. Gall. Pansan. lib. VII. alios. *Scip. Gent.* Edd. Rom. Vic. Ven. *stappa*: quod non prorsus improbandum, ut sit genit. pro adjectivo. v. ad Met. lib. II.

p. 92. b. lib. VI. p. 439. b. Flor. N. XXXIV. Dein tormento habere videntur Mss. nisi quod Grosiot. adnotavit e Pat. *tomento*: uti conjecere Faber in Semestr. lib. II. c. 15. Casaub. cum Lat. Latin. et Tit. ad Gratian. Cyneg. 26. atque edidere Vulc. et Elm. quod propugnant quoque Gruter. Suspici. Ined. XX. 10. Burman. ad Anthol. Lat. lib. V. Ep. 6. et Gronov. Obs. lib. IV. c. 22. aliena, *tomento* non nisi unum *πλόκαμον* sive sertum, aut suggestum sertorum recte comparari posse; uti et in Paulin. carm. 14. de sertis crinibus usurpatur; quem locum et alia, quæ 'stupenum vinculum,' atque adeo unum *πλόκαμον* spectant, in suam sententiam citat Pric. qui cum Colv. Scal. ad Catal. p. 187. et aliis, defendit *tormento*. Sed *tormenta* ita intorquentur, ut facile expediri possint: et Appuleii capillus prorsus erat *enenodabilis*, et similis *tomento*, i. e. glomeri cannabæ indiscriminatæ. Imo 'torti capilli' ad corporis cultum, feminarum et molliorum hominum, pertinebant. Ovid. Art. Am. II. vs. 304. 'Torsit igne comam, torte capille, place.' Vid. Burmann. ad Anthol. Lat. lib. V. Ep. 46. Quare accedo Vulc. et Elm. *Tomentum* abiit quoque in *tormentum* in 2. Mss. et Edd. Sueton. Tib. c. 54. et in Plin. lib. XIX. cap. 1. et alibi sæpius. J. B. *Stuppeo tormento*] Alii Scriptores vocant 'stupenum vinculum.' Virgil. *Æn.* II. 'Et stupea vincula collo Intendunt.' Vetus Epigrammaticus Carmine de Funambulo: 'Stupea suppositis tenduntur vincula lignis.' Lucanus lib. X. 'Nec piger ignis erat per stupea vincula, perque Manantes cera tabulas.' Ennodius Declamat. V. 'Et lassatæ rudentibus manus stupea rursus vincula meditentur.' Porro *tormentum* Appuleio funis est, et ita hoc crinium argumento sumpsere alii: adeo frustra *tomento* legebat Faber et Casaubonus in Semestr. lib. II. c.



15. Florus II. 5. 10. 'In tormentorum vincula Matronæ crines suos contulerunt.' Paulinus Carm. 14. 'Aut implexarum strue tormentoque comarum.' Julianus de barba sua: *Μισοπογ. ἤμας δὲ φάρε καὶ σχοινία πλέκειν ἐθέλοντε*. Plura apud Gentilem vide, et Scalig. in Priapeis. Græci has capilli convolutiones a serpentibus *σινεπας* vocant, quæ vox me mox oportune ut Pollucem purgem. Lib. II. cap. 2. *Ἐθούτησαι δὲ λέγον* (inquit) *τὰς τριχάς, καὶ τὸ ἐνέπειρον, εἶδος τριχῶν πλέγματος, ὡσπερ καὶ σινεπας*. 'Turbat τὸ ἐνέπειρον, uti et ἐνέπειρον, quod legendum alunt: cætera autem quæ sequuntur tota irreptitia sunt. *Pric.*

*Inenodabilis*] Gloss. 'Inenodabilis, *Δυσχερής, ἀλντος, πλεακός*. Gloss. Vindocinens. 'Enodabile, dissolubile.' Eædem: 'Enodabile, quod solvi non potest.' aut legend. *inenodabile*, aut quod solvi potest. Idem.

*Discriminandi*] Alibi ad pecten retulit, ut Miles. II. 'Vel nunc guttis Arabicis obnuctus, et pectinis arguti dente tenui discriminatus.' Clandian. etiam in De Nupt. Honor. et Mar. ... 'hec morsu numerosi dentis æburno Multifidum discrimen arat:' heic autem minus concinne pectinationem intelligendam puto, sed referendum ad id quod præcessit, *comendi*: neque est ut objicias *comere* pro *ornare*, cum et infra heic disertius voce ea *κρενισμὸν* expresserit: 'marinum pectinem' (inquit) 'comendo capillo quæsitum.' Est ergo hoc loco *Discriminare*, crines extricare, neque aliud quam *συνέννυμον* appositæ vocis 'Expediendi.' Idem.

*Quasi ut capitale*] Vulg. quasi capitale. Colv. Deleturus eram istorum alterutrum quasi ut; cum in mentem venit superioris loci lib. de Deo Socr. quem in vetustioribus Codd. ita legimus: *Verbo subito sumpta sententia est, quia de repentino oborta est. Quasi velut in materia lapidis teme-*

*rario interjectu poni necesse est: et jam ea forma satis placet. Acid. Vulgati, quasi ut capitale: quod probat Val. Acidalius, adfertque illum Oratoris nostri locum lib. de Deo Socrat. ut in vetustioribus Codd. legi ait: Verbo subito sumpta sententia est, quia de repentino oborta est, quasi velut in materia lapides temerario interjecta poni necesse est. Scip. Gent. Locus ab Acidalio citatus est Flor. N. XXIII. ubi Wow. perperam delevit quasi. Alterutrum abundat Appuleiano stilo. V. Ond. ad Met. lib. I. p. 58. a. Verum h. l. illud ut fluxit ex emendatione Colv. quem secutus est Vulc. in Ed. pr. Quum autem Mas. et Edd. reliquæ simpliciter agnoscant quasi; ut ab Auctore profectum non videtur. J. B. Satis, ut puto, crinium crimen refutatum est: Apollon. ubi supra: *Μὴ πλεῖς διαλέγμεθα ἐντὶ τῆς κόμης*. *Pric.**

*Ab incunite ævo, h. e. unis studiis literarum*] Florid. III. 'Ab incunite ævo bonas artes sedulo colui.' Idem.

*Ad hoc ævi*] Infra: 'Nulli Deo ad hoc ævi supplicavit.' Symmachus (Appuleianæ dictionis captator mirus): 'Quem ad hoc ævi nulla actuum culpa fuscavit.' Idem.

*Cum despectu*] Languet sententia: non displiceat, certe cum despectu. Idem. *Cum despectu et dispendio bona valitudinis eam quævissem.* Infra: 'Hereditatem avitam cum despectu salutis sum quævissem.' Sarrasburien. de Intestinis loquens lib. V. cap. 9. 'Nec unquam sine salutis sum dispendio exterioribus exponuntur.' Id.

*Si quid*] Idem cod. si quidem. Colv. Accedunt Coll. Voss. et Pith. Non male: ut si quidem notet, non quandoquidem, ut apud Nostrum alibi, sed si scilicet: ut apud Terent. Aud. III. 1. 7. 'Actum est, si quidem hic vera prædicat.' *Promovere*, sine casu sequente, est et apud Gell. N. A. V. 10. 'quum ... in studio quidem faciundis abunde promovisset.' Noster

Florid. N. III. ' paullo largius in arte promovissae.' Restituendum id verbum quoque Sept. de B. Troj. i. 11. ' contestandi magis gratis, quam aliquid ea oratione promoturus: ' sic enim Ms. Periz. in Bibl. Leid. vulgo *profuturus*. cf. Obs. Misc. Nov. t. i. p. 8. J. B.

*Potius spero quam praesto*] Cicero Philip. i. 4. ' Nec enim sperabam id, nec praestare poteram: ' malim e converso *N. e. praestabam id, nec sperare p.* Pric. Contra Mas. et Gell. XIII. 1. *Oundend.*

*Statum Cæciliū*] Sic hic vocatur Comicus etiam a Sedigito apud Gellium lib. xv. cap. 23. et Fulgent. de Prisco Serm. in ' Capularia. ' Colo.

*Innocentiam eloquentiam esse*] Maternus apud Authorem Dial. de Oratoribus: ' Statum hucusque ad securitatem, melius innocentia tneor, quam eloquentia. ' Hujus loci est et quod infra occurrit, ' Vir bonus, dicendi peritus. ' Pric. *Innocentiam eloquentiam esse*] In dialogo Adriani et Epicteti: ' Quæ est vera libertas? Innocentia. ' Sed Cæciliū sententiam, et Appuleii pluribus explicat D. Chrysostomus lib. III. adversus Gentes, ubi ait, Eloquentiam neminem unquam adsecutum esse sine probitate morum, quum per flagitia tempus consumeret. Anacharsidis, Cratetis, Diogenis, Socratis exempla affert, qui omnes Eloquentiam contempserint, veritate et innocentia freti. cf. Nep. in Arist. i. *Scip. Gent.*

PAG. 408 *Cum risu illis succensentem*] Ita in Milesiis quater, vel uno Libro sexto: ' Latissimum cachinnum extolles, et qualem solent furenter irati, contortis anpercillis subridens amarum. ' Iterum: ' Renidens exitabile: ' et demum, ' Risu maligno salutant. ' Isidor. Pelusiot. lib. v. Epist. 199. *ἀλόφρον τι καὶ σσηοὺς προσμειδάσας, ὅλον εἰλόθει εἴποτε ὀργῆς ἐμυλῆσθαι.* Ibid. Epist. 196. *μεϊβανια θυμῷ κεκραμένον.* simile illud

Silli Italici, ' Arridens sævum. ' Taciti de Tiberio, ' Renidens falsum. ' Mercera ad Aristænetum vide, et Bourdelotium ad Petronium. *Pric.*

*E Ludicris*] Ex his Nonius citat unum versiculum. *Vir Doct.* V. Fragm. Appuleii. J. B. *Ludicris meis*] Titulus operis quo carmina amatoria continebantur, et alia similia, cujusmodi epistolum versibus scriptis hic refert Catullus ad Manlium, ' Quod scriptum lacrymis mitis epistolum. ' Elegeiam, ni fallor, Manlii intelligens. *Scip. Gent.*

*Ad quemdam Calpurnianum*] Atqui familiarissimus Lucio fuit: sed per contemptum sic adpellavit, a quo læsus erat. Illud ridiculum quod Pausanias de Scipione Africano loquens, ' Quidam Scipio, ' inquit. Sed tamen eodem modo veterem et prudentem historiographum Quadrigarium locutum reperio: ' Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, summo genere nato. ' Vide Gellium lib. ix. cap. 13. *Idem.*

*Non vidit*] Rom. Ven. alii, *invidit*: quod fortassis ita olim scriptum: et idem sit, quod *non vidit*. Ut Jus imminutum, id est integrum, apud Paulum l. 44. de Bonis libert. Charisius lib. ii. ' Inaurate pro, non aurate. ' Titinnios in Barathro: ' Inaurate atque inlautæ mulieris. ' Similis sententia huic loco in Arnobii lib. i. ' Quale sit istud quod dicitur, calumniarum libidine non videtis. ' Colo. Omnino placet mihi lectio quæ in quibusdam libris reperitur, *invidit pr.* Digna vox eruditione Appuleii *invidere* pro non videre: ut *invisus* pro non viso etiam apud M. Tullium. Si quis propter huiusmodi voces fastidiendam putet hujus eruditissimi acriptoris orationem, eum ego censeo quid sit Latine scribere prorsus ignorare. Nam certum est optimos quoque Latinitatis auctores plerisque compositis cum re vel in re ex multifariam utisolitos: quod et veteres cri-

tici pridem monuerunt: et nos ad Persium et Suetonium cit. paucos menses, Deo faciente, ostendimus. *Casaub.* *Invidit prof.* Sic recte Aldinus codex, quod Pithœus Advers. l. II. c. 11. male novavit in *non vidit profecto*. Elmenh. Primus sic legend. monuit Fruterius. *τὰ ἴα ἐστὶ ἀπορρυδν.* Miles. v. 'Post opimas dapes quidem introcessit, et cantavit invisus.' Fulgent. Mythol. 'Ut invis vespertinus advenerat, ita crepuscula etiam incognitus discedebat.' Onomast. vetus *Invisus*. *Ἀόλατος*. Sic immutatum l. XLV. D. de bon. libert. *Pric.* Ms. Pith. *nil vidit*. *Invidit* quod est in Edd. Rom. Ven. Ald. Junt. post. Elm. *Pric.* Flor. probantibus Groslot. in marg. et Fruterio Veris. I. 17. e nullo Cod. notatum invenio. Meram tamen librariorum aberrationem esse vix pntem. Adjectivi *invisus*, pro non visus, exempla sunt bene multa; et sic ad eandem normam 'inscriptum pecus' apud Varron. de R. R. II. 1. de eo, quod quis apud publicanos non est professus; *inprotectus* apud Amm. Marc. XXVI. 8. § 10. *inpropugnatus* apud eund. XXVII. 12. § 15. et alia similia adjectiva, aut, si malis, participia: sed verbi *invidere* pro non videre, exemplum non inveni, et ex hoc solo loco illud citant Lexicographi. cf. infra ad pag. 488. Sunt quidem in Appuleio plura *ἄρα τὸν λειψύμενα*, v. Oud. ad Met. I. v. p. 380. b. sed sine scripti Codicis auctoritate talia non facile admittam. *Invidit* tamen h. l. servavi quia exstat in optimis Edd. antiquis, quarum Junt. post. Matorum lectiones exhibere solet. J. B.

*Misi ut petisti*] Magnus error admixtus erat in digerendis hisce versibus, quem sustulimus: ita enim absque dubio debent hæc edi, ut sunt a nobis collocata [*Misi ut pet. &c. Nitelas oris ex Arab. frag. (nisi forte in eo reprehendendus usque ad pumicare gingivam.)* et tum *Tenuem, &c.* J. B.] non

ut in prioribus Edd. Proferendi hujus epistolæ occasio prima fuit, ut probaret petitu Capurniani dentifricium se misisse: ergo illa verba *Misi ut petisti* male post parentheses ponuntur. Jam vero ipsius parentheses dedere occasionem illa verba, ex *Arabicis fragibus*: perperam igitur illi subjiciuntur: sed et alias confusa ista edebantur, quæ jam planissima sunt. *Casaub.* Quos versus miror post tot examina tam confusos esse; imo Parenthesin ipsam quæ præcipue in oculis Casaubono, etiamnum luxatam, nec invenisse limites suos. At vir egregius ille (quod jam alibi monuimus) non nisi levi opera hæc defungi voluit; nos accuratius inespiciamus: itaque nec mirum, nec invidiosum sit, si quod illum præterit, a nobis deprehensum est. Sed eccecum versus ipsos, quos cum Parenthesi ita digerendos pnto: *Calpurniane autem properis versibus, Misi, ut petisti, myndicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis fragibus: Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum, Complanatorem tumidula gingivula, Converritorem pridiana reliquia: Ne qua visatur tetralabes sordium, Restrictis forte si labellis riseris. Quasso quid habent versus istire aut verbo pudendum? quid omnino quod Philosophus suum nolit videri? (nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano pulvisculum ex Arabicis fragibus miserim, quem multo æquius erat spurcissimo Iberorum ritu (ut ait Catullus) ... sua sibi urina Dentem, atque russam pumicare gingivam.* Doctos restitutioni nostræ non dubite applausuros. *Pric.* Edd. ante *Casaub.* statim post primum versum collocant parentheses *Nisi forte, &c.* atque ita videtur esse in Mss. plerique: nisi quod in Pith. *τὰ misi* ut parentheses præponantur, et tum post eam repetantur. Casauboni correctionem secuti sunt Scal. Sc. Gent. Wow. Elm. Scriv. *Pric.* in sua Ed. qui tamen aliam proposuit distin-

guendi rationem, quam Flor. secutus est. Sed quum ea nimis abeat a Mss. et Edd. vett. nos quoque Casaubonum sequimur. Ceterum versus hos male Martiali tribuit Crnq; ad Horat. lib. 11. O. 8. vs. 3. In Ms. Lipsii hic incipit lacuna usque ad pag. 430. Ed. Flor. *At tu me misis*, &c. cf. tamen pag. 413. ad illa *Num igitur etiam Solonem*, &c. J. B. *Misi, ut petisti, mundicias dentium*] Versus hic claudus: quem rectum facit Lipsius, legens: *Misi, ut petisti, mundicias dentium*. Donsa vero: *Misi, ut petisti, tibi mundicias dentium*. At Fruterius: *Misi ut petisti, mundicias dentium*. Ea tibi triplicem lectionem, a tribus principibus Criticis Belgicæ nostræ. Colv. *Mundicias*. Vulgo *munditias*, contra modulum versus. Observare licet in scriptoribus ejus ævi et deincepsibus frequentem hunc *roror*. Sic *indiciuum* alibi dixit hic idem: Tertullianus *juridicinam* et *vestificinam*. Ammianus et Symmachus *causidicinam*, ne plura nunc commemorem. Casaub. Palmaria est emendatio Lipsii, quam secure amplector. Distinxit igitur auctor *mundicias*, i. e. res quibus munditiæ comparantur, ab ipsis *munditiis oris*. Neque etiam illud, quod tersui dentium miserat App. dentium *munditias* dicere potuit. *Mundicia* vox est efficta ad similitudinem *roû medicina*, et sim. De substantivis in *ina* vid. Oud. ad Met. l. vi. p. 395. Merito igitur Lipsii emendationem expressere Scal. Cas. et seqq. probaste in marg. Salm. qui tamen ad Solin. pag. 398. conjecit *munditias has* Edd. ante Casaub. cum Mss. *munditias*: quam lectionem quum versus passum dare viderent Gruter. et Gæz. conjecerunt, ille *petisti*, hic *tibi munditias*, uti editum est a Scalig. in Catal. pag. 214. et hinc in Collectione Pisanensi: poet. Latin. t. iv. p. 428. J. B.

PAG. 409 *Nitelas*] V. et Scip. Gent. Pinus Annot. Post. c. 104. *Idem*.

*Spurcissimo ritu Iberorum*] Illi enim urina dentes prælucebant. Strabo Geographice lib. 111. fol. 3. *Elmenh*.

*Sua sibi urina*] Imo aliena, eaque *de βαλανείας παλαιουμένης*, si Straboni lib. 111. fides. *Pric*.

*Dentem pumicare*] Cura dentium propri loco olim habita. Hieronymus: 'Videas plerosque rabido ore sævire, et dentibus pumicatis carpere Christianos.' Et in Sabinianum Diaconum: 'Amiculis linteis, digitos oneras, dentes pulvere teris.' *Elmenh*. *Dentem atque russam*, &c. Causam hanc Diodorus affert: *Τούτων ἡγοῦνται διαπεπρωται εἶναι τοῦ σέματος*. *Pric*. Russam. Scalig. ad Varron. de L. L. lib. vi. *Idem*.

*Complanatorem*] Strada Prolus. p. 175. cit. à Viro Docto ad calcem Edit. Casaubon. in Biblioth. Clarissimi Viri M. Tydeman. J. B.

PAG. 410 *Quidni? crimen*] 'Crimen haud contemnendum' dicitur crimen, sive accusatio criminis, a quo diligentissime cavendum est. cf. Ernesti in Cl. Cic. v. 'contemnere.' *Quidni* (*πῶς γὰρ οὐ*) risum tenerent auditores, vel, tanta indignatione dentifricium pronunciarent accusatores? nam utroque modo explicari potest. Est enim crimen haud contemnendum philosopho, &c. Ironice hæc efferuntur. In *Quidni* consentiunt Mss. O. et Edd. excerptis Rom. Vic. Ven. et frequens est ea vox apud Nostrum. V. ex. gr. Met. lib. x. p. 810. *Idem*.

*Apertum*] Quod viderem de dentifricio disceptari, placuit verum esse, nihil *uspium corporis asperum*: respexisse videtur ad eum versum de præcedentibus: 'Complanatorem tumidulis gingivulis.' Præterea toto corpori levigando Veteres studuisse, præter Tibullum, Catallum, alios, testis mihi Arnobius non uno loco: et Martialis lib. 11. 'Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.' *Stæmek*. *Apertum*, id est: Non sinet philoso-

plus, quamquam partem corporis, quæ aperta et in propatulo posita sit, (ut sunt, Manus, Os,) immundam aut fetidam esse. Aliam huic loco mentem, emendatione querendam non arbitrer. *Colo.*

*Præsertim es, cujus in propatulo et conspicuo visus homini creberrimus*] *Infra:* 'Est ea para hominis loco celsa; visu prompta, usu secunda.' Et Miles. II. 'Pars ista corporis in aperto et conspicuo posita, prima nostris lumbis occurrit.' *Pric.*

*Cuiquam oculum ferat*] Vide in *Electis* Lipsium II. 6. *Idem.*

*Sen cum quopiam ærmocinetur, sive in Auditorio disaceret, sive in Templo preces adleget*] Expressa ex Apollonio apud Philostrat. VIII. qui hæc eandem de capite: 'Ἐκεῖ πᾶσαι μὲν αἰσθητηρίων πηγῆς, πᾶσαι δ' ὀφθαλμοῦ, ὅθεν εὐχαὶ τε ἀναφαίνονται, καὶ σοφίας ἀμνηρεὺς λόγος. *Idem.* *Preces adleget*] *Infra:* 'Preces in templo Diis adlegasti.' Et in de Deo Socratis: 'Cui igitur preces adlegabo?' Zeno Veronens. Serm. de Pudicit. 'Per te adlegatæ priusquam fundantur, audiuntur preces.' Glossæ: 'Ἰκεῖναι προσφέρειν, Adlego.' 'Πρόθεσις, Adlegatio.' 'Adlegat, Παρίσταναι μάρτυρας, δέχσθαι.' *Idem.*

*Poëta præcipuus*] Sic et Claudius Jurisconsultus Homerum indigetat: 'Apud Græcos,' inquit, 'exilio voluntario fortuiti casus inebantur, ut apud præcipuum poëtam scriptum est.' L. aut facta ff. de Pœnis. *Scip. Gent.* Propterea hanc notam hic exhibui, quia Vule. in marg. Ed. Colv. malebat comma ante *præcipuus* poni, pro *præcipue*: quasi vero et aliunde sermo proficiat. *J. B.*

*E muro dentium*] Sic et in Florida, 'Intra murum dentium;' et in de Platonis Dogmate: 'Lingua, et vallum dentium.' Solum apud Censorinum cap. XII. Πᾶσι μὲν ἄνθρωπος ἰδὼν ἔτι νήπιος ἔρως ὁδόντων θύρας, ἀπὸ βάλλει πρῶτον ἐν ὄντ' ἔρως. Etymologus: 'Ἐρως, φράγμα τῶν ὁδόντων. Pollux

lib. VI. cap. 26. Ἀπαιστος γλῶττα, ἀνεμύστιστος· μάτην αὐτοῦ τῇ γλῶττι περικτεταὶ τὸ ἔρως τῶν ὁδόντων. *Ælian.* II. 1. Ἀδελφὰ εἰσι τὰ ἀνθρώπινα ἔως ἐν ἰσχύρῃ ἢ ψυχῇ εἶναι τοῦ τῶν ὁδόντων ἔρως. Et Nicetas in Manuel. Comnen. II. 1. Πρὸ πάντων δὲ τοῦ τῶν ὁδόντων ἔρως, καὶ μὴ ἐπὶ τὴν γλῶτταν προτεταὶς ἀπὸ τῶν ὁδόντων τῶν ὁδόντων. Traxerunt omnes ab Homero ita sæpius loquente. Gellius lib. I. cap. 15. 'Petulantissimeque verborum vallum esse oppositum dentium, ut loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohibeatur, sed et quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur.' Lactantius de opif. Dei cap. 10. 'Hæc' (lingua) 'palati concavo tanquam testudine tegitur, eamque dentium ordine sæpiens Deus quasi muro quodam circumvallavit.' Simili translatione Varro Papias. 'palpebras oculorum septum' vocavit. *Plinius vallum* lib. XI. cap. 37. *Pric.*

*Quod esset animi vestibulum, et orationis janua*] In de Dogm. Platonis: 'Hominis' (lege hominis) 'promptuarium rectæ rationis, et suavissimæ orationis hoc datum est, ut quæ prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio.' D. Ambros. Hexaëm. VI. 9. 'Quid est igitur os hominis nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula verborum, promptuarium voluntatis?' *Idem.* *Orationis janua*] Baccharius Epist. ad Januam. de recip. laps. 'Prope fuerat, ut et ego superposita manu ori, et obturato linguae sibili, januas labiorum meorum concluderem.' Euripid. Hippol. στόματος πύλαι. Anthol. VII. στόματος πύλαι. et in Regula Magistrī Ms. Oris regia: citat Rosweyd. not. ad Paulin. *Idem.*

*Cogitationum comitium*] 'Comitium' hoc loco est, 'exterius atrium;' ut ex Livio et Asconio Semeistr. VII. 19. docuit eruditissimus Langlæus, cui certe hanc vocis notionem libens acceptam fero. *Idem.* *Cogitationum*

comitium] Quia ex ore scilicet cogitationes animi in apertum prodeunt. Nam alias ineptum sit cogitationes concipi in ore, dicere: in pectore enim et in corde (ut Aristoteli visum est) cogitationis sedes est. Atque ita Mamertinus in Panegyrico Imperatori Juliano dicto, 'Versari cœpit in sacri pectoris comitio consulatus:' et Plautus facete et erudite, cor, sonatum adpellat. *Scip. Gent.*

*Pro capto meo*] Florid. II. 'Patior et ipse in meis studiis aliquam pro meo capto similitudinem.' Et III. 'Jampridem pro capto suo hominibus notius est, quam ut,' &c. Corrige in hac loquutione Sallustium Catilinæ, cap. 35. ubi impressi 'Pro meo casu:' item Gellium lib. XX. cap. 11. ubi vulg. 'cæptus noster.' Aurel. Victor hac forma, 'Quantum ingenium est.' Noster in Milesiis passim: 'Pro meo modulo.' *Pric.*

*Usu facunda*] Mss. Florent. D'Orv. Pith. *usu facunda*: facili errore. Respondent e seqq. 'feris et hominibus os humile, &c. conspicitur,' *rois* 'loco celsa;' deinde 'hominis nihil prius tacentis contemplare,' *rois* 'visu prompta;' tum 'nihil sæpius loquentis,' *rois* 'usu facunda.' Paullo ante quoque dixerat: 'Os, cujus... usus homini creberrimus.' *J. B.*

*Vestigio et pabulo proximum*] Expressit elegantissime illud Sallustianum: 'Cum natura prona et ventri obediencia finxit.' *Scip. Gent.*

*Censor meus Æmilianus*] Eodem sensu Cicero: 'Corrector, et emendator meus:' ex Terentio. *Idem.*

PAG. 411 *Dentes*] Al. *dentis*: al. *dentis*: perpetua variatione, in hac Apol. Etiam apud alios scriptores incerta prorsus est scriptura quarti casus *es, eis, et is*. *J. B.*

*Carbone de rogo obtriserit*] Recte adjecit, *de rogo*: nam carbonum is etiam hodieque usus apud elegantes, et munditiei studiosos, pulvisculo uti ex carbone, et aliis quibusdam

rebus confecto. *Scip. Gent.*

*Communi aqua*] Id est, spurca: ut apud Tertullian. *Brant.* Melius Florid. *vulgari aqua.* *Neque saltem*, i. e. *et ne... quidem.* Met. I. VII. p. 474. 'Nec mihi misero statuta saltem cibaria præstabantur.' *J. B. Lingua mendaciorum et amaritudinum præminstra*] Tertullian. de Patient. 'Si lingue amaritudo convitio sive maledicto eruperit.' Gregor. Turonens. lib. VIII. 'Verba amaritudinis.' Macroeb. Sat. I. 7. 'Amarulenta dicacitas.' *Pric.*

*Fatutinus*] Mavult legere doctissimus Doussa noster, *fatutinus*. Colvius. Doussa mavult *fatutinus*, quod ego confirmem auctoritate Clandiani Mamerci lib. II. de statu animæ cap. 9. 'Cernas hinc alios situ fatutinarum turpium ex olentiretis suis ac tenebris cloacam ventria et oris inhalare sentinam:' ita enim enim locum emendans lego, cum vulgo legatur, *exolenti cœcis suis*, et, *inalare*. Vulgatam tamen Appuleii lectionem Nonius tuetur. *Brant. Fatutinus.* Sic rescripsi ex Flor. II. Alii, *facutinus*. Doussa legit *fatutinus*: ineptissime. Agellius XIII. 19. 'Tinitiones prærancidas et fecutinas:' in Mss. Bremensi et Palat. est *T. p. et fatutinas*: lego *t. p. et fatutinas*. Elmenhorstius. Grut. in marg. *facutinis*, ut, 'sterquiliniis;' sed *fatutinus* propugnat h. l. et apud Gell. idem Gruter. Suspici. Ined. XXII. 6. comparans Plantinum 'fustutidina' Asin. I. I. vs. 27. Possis comparare etiam 'fodina,' 'lapidina,' et sim. sed hæc sunt a verbis quæ per *d* scribuntur, 'tudo,' 'fodio,' 'ædo.' Malim *fatutinus* auctoritate Mstorum, h. l. omnium, et Nonii v. 'Moletrina': 'Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut Furatrina' (sic leg. v. Colv. ad Met. lib. VI. pag. 404. b.) 'et Fatutina.' Editum quoque *fatutinus* in Edit. Gellii Gronov. ubi variant Mss. quorum nonnulli habent *fecuti-*

nas: unde *secutus est rhyphos*, in Dictionario agnoscit Calepinus. J. B.

*Olentictetis*] Paulus ex Festo: 'Olentica, mali odoris loca:' hinc ficta vox *olenticetum* apud Claud. Mamerc. (v. Brant. supra) et Nostrum: ut 'sentictetum' et sim. *Idem. Fatutinis et olenticetis*] Sic II. Florid. 'Rupinas et senticeta.' Ubi male Stewechius, '*epinas et senticeta*.' Mirum quantum complacent sibi in his terminationibus Appuleius noster. *Pric.*

*Vocem contra spurcam*] In Edd. O. ita editum reperimus. Sed pro *contra* in Ms. D'Orv. est *quam*: quod recipiendum putavi. Positivo jungere *quam* amat Noater. Met. I. IV. p. 66. *Ede. Pric.* 'loro *quam* valido:' atque ita etiam alii scriptores. Vid. Ond. ad Met. I. III. p. 181. add. Sept. de B. Troj. III. 96. 'Renovato fletu *quam* miserabili:' id. VI. 15. 'fletum edit *quam* miserabilem.' Illud *contra*, quod elegantius omissum fuerat ab Auctore, interpretamenti causa margini additum, postea exclusit *quam*, non intellectum libraris. J. B.

*Venenum inspirare*] Virgil. de apibus: 'Lææque venenum Morsibus inspirant.' Idem de Aleto: 'Vipeream inspirans animam.' Et alibi *Æneid.* I. 'Occultum inspires ignem, fallasque veneno.' *Pric. Vipera ritu, niveo denticulo atrum venenum inspirare*] Memorabile est, quod Nicephorus de hoc scribit lib. VII. Historiæ Romanæ, ubi de quodam aulico calumniatore et adulatore scribit. 'In quo Libycum,' inquit, 'serpentem imitabatur. Aiunt enim serpentem nasci in Africa, viperam non absimilem, qui multa arena obrutus, ore et lingua tantum exerta prætereuntes improviso multat interitu.' Libet hic adscribere locum elegantissimum Chrysostomi, quo multas feras in homine inesse demonstrat, Homilia Anflochena XXIII. et rursus Homilia IV. in cap. I. Matthæi. 'Nec enim es

homo, si clare possum videre. Quum enim tamquam Asinus recalcitres, lascivias ut Taurus: tamquam Equus post mulieres hinnias: ventri tamquam Urans indulgeas: et ut Mulus carnem impingues: et malum memoria teneas, ut Camelus: rapias quidem ut Lupus: et ut serpens irascaris: ferias ut Scorpins: sis subdolos ut Vulpes: nequitiam vero tamquam Aspis, et tamquam Vipera venenum serves: et sicut ille malignus Dæmon fratres impugnes: quomodo te inter homines connumerare valeam, talis in te naturæ signa quum intuear?' *Scip. Gent.*

*Rationem*] Lat. Latin. quoque malebat *orationem*, cum Stewech. (vid. not. seq.) Lips. Salm. et Grosiot. in marg. sed editorum nemo adsensum præbuit. Tam late patet sane significatio vocis *ratio*, ut a Mss. stare h. l. tutius sit: vid. Lexica et Ern. in Cl. Cicer. qui observat apud Cic. de Inv. I. 12. 'controversiam in scripto,' opponi ei, 'quæ est in ratione;' atque hanc Cic. ita definit, ut sit 'Ratio, cum omnis quæstio non in descriptione, sed in aliqua argumentatione consistit.' Utramque vocem conjungit Noater Flor. N. XIII. 'Philosophi ratio et oratio tempore jugis est, et auditu venerabilis.' *Rationes* pro ratiocinatione, dixit etiam Terent. And. v. 3. 50. 'Ne nimium modo Bonæ tuæ istæ nos rationes Micio... subvortant.' J. B.

*Prælabitur*] Præterierint licet hos scrupos præclari viri, nihilo secius tamen mihi statutum est eos tollere. Primum substituo, *orationem promptarum*: inde scribo, *os ut bono potui poculum prælavetur*: quod valet idem quod, *prælavabitur*. Multa apud Antiquos verba diversimode inflexa: sic et *lavare*, et, tertia inflexione, *lavere* dicebant. Virgil. IV. Georg. 'lavit improba teter Ora cruor.' Ea forma id verbi usitatum Varroni, Plauto, Sallustio, et majoribus eorum

fuisse, videre est apud Nonium Marcellum. *Stewech. Prælabitur.* Sic vere rescripsit verisimilibus suis jamdudum Fraterinus. Vulgo est, *prælabitur.* Colvius. Ex perpetua confusione litterarum *B* et *V* in bene multis Mss. et Edd. vett. vulgatum fuit *prælabitur*: quemadmodum *lavitur* in *labitur* corruptum fuerat apud Val. Flacc. iv. 229. ubi cf. Voss. De *lavere* et sim. 3<sup>o</sup> conjugat. jam nota sunt omnia. Futuro hic nihil opus est, quare nec Stewechius audiendus, nec Rhoerius Fer. Daventr. p. 228. qui putabat excidisse syllabam *va*, quod jam ante eum in mentem venerat Latino Latinio. Veram lectionem, *prælabitur*, servat distincte Ms. Pith. J. B.

De homine nato] Græcum est *περὶ ἀνθρώπου φύστος*, vel *πεφύκτος*. Cicero pro eo dicere solet, 'qui se hominem meminerit': ea enim *ἐνέργεια* est Græcæ locutionis, quam expressit ad verbum App. et hic et paulo post, 'An tu ignoras nihil esse aspectabilis homini nato, quam formam suam.' *Casaub.*

Innoxio *hiatū*] D. Ambros. Hexaëm. lib. v. cap. 3. 'Aperire ora, innoxio, &c. dente suspendere.' *Pric.*

Ore *ample*, sed *elinguū*] Ita disertè Herodotus, Diodorus, Solinus, Ammianus: aliter Cardanus de variet. l. vii. Crocodilum non *elinguem* esse, lingua brevi autem, et affixa prorsus superiori mandibulæ. Hausit a Plinio lib. viii. cap. 25. forsitan, qui eum usu linguæ carere ait, quod nescio quid diversum ab *elinguī* sonat, tametsi alia sentiant Grammatici. Fronto Cornel. 'Elinguis habet linguam, caret autem usu ejus: elinguatus amittit.' *Idem.*

Multæ arundines *dent. impl.*] Quis locum hunc de mendo habeat suspectum? tamen legendum aio, *multæ hirundines d. impl.* Ælianus: ὁ γοῦν κροκόδειλος νήχεται ἅμα καὶ πύχυνον ἑμπύτουσιν ὁδῷ αἱ βδέλλαι εἰς αὐτὸν, καὶ

Delph. et Var. Clas.

λυποῦσιν. Confirmat Plinius, cujus verba sunt, 'Hunc satum cibo piscium, et semper esculento ore: nam quomodo *esculentum* os appellabitur, cui arundines implexæ? Idem ex Aristotele colligas, qui ait trochilos edere purgamenta ista dentium crocodili, quod et Plinius innuit, et apertius scribit Ælianus: non enim sane tantula avis arundinibus vescitur. *Casaub.* Fulvius, *hirundines*, legit ex Herodoto in Euterpe. *Sciopp.* in *Symb.* Eruditissimus amicus noster, *Hirundines*, [sic] legendum ait: idque ex Æliano, Aristotele, Plinio docet. Fulv. *Hirundine* [sic] ex Herodoto in Euterpe. Quibus libenter adsentior, nisi quod verbum *implectuntur*, nonnihil molestum est: quod arundinibus, potius quam avibus, convenit. Hæc autem tota res, et Appuleii narratio mirifice illustratur antiqui poetæ Philæ versibus in lib. de Animalibus: Ὁ δὲ κροκόδειλος νήχεται μὲν εὐτόνος, Ἄνελς δὲ χαρδὸν εἰς τὸ κύμα τὸ στόμα βδέλλων φορητὸν ἐξ ἐκείνου συλλέγει. Διαβὰς δ' ἐκείθεν εἰς τὸν ὄχθον ἐκ πόρου, Πίπτει δὲ κατὰ γῆς καὶ βλέπει τὸν ἥλιον. Ἡ δὲ παραγυμοῖ πρὸς τὸ φῶς, καὶ τὴν ἔξω, Τὸς τῶν γνῶθον, κρᾶτιστε, κοιλῶ-δεις τόπους. Ὅρις δὲ τις τροχίλος ἀνομασμένος τὸ βάμφος αὐτῆς εὐφῶς ἐπεισφέρων, Τὰς αἰμοποτίδας καὶ θλιβούσας ἐξάγει, Τοῦτου πρῶτος ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον, Καὶ τῇ γε κεφαλῇ ἀντὶ μισθοῦ λαμβάνει. Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου. *Scip. Gent. Hirundines.* *Casaubonus, hirundines.* Flor. 2. *arundines.* *Elmeph.* Hæret *Gent.* in voce *implectuntur*, quasi scilicet *arundinibus* quam *hirundinibus* (ut is legit) convenientiore. Ex quo deprehendo hunc locum non intellegisse eum: nam neque de hys nec illis impræsentiarum res est, sed de *hirundinibus*, ut eorrexisset optime *Casaubonus*. De iis tamen quid aptius dici potuit quam *implecti*? neque audiendus qui Romani Cod. lectionem *amplectuntur* probat. *Pric.* Edd. vett. et Mss. con-

Apul.



stanter servant *arundines*, quam lectionem e conjectura Fulv. Urs. et Casaub. in *hirudines* mutarunt primus Scal. in Ed. Vulc. sec. dein Wow. Elm. Flor. Sed Scriv. antiquam lectionem revocavit. Et sane quoties crocodilus, cibi captandi gratia, os aperit, illud arundinibus, alga, similibusque sordibus fluvialibus repleatur necesse est; præsertim cum crocodilus in locis arundinis degere amat: unde de ichneumone, crocodilli perpetuo inimico, canit Nemesian. Cyneg. 'Nos fluminea errare per umbras Malum, et placidis ichneumona querere ripis Inter arundineas segetes.' Verum arundinibus non vescitur trochilus, sed *βάλλας*, *αίμοστοι*, sanguisugis, hirudinibus, (*ἔχει δειπνον τὰς βάλλας* ait *Æl.*) aut reliquis piscium, quos modo devoravit bellua. Solin. c. 32. 'Trochilos avis parvula: ea reduvias escarum dum affectat, os bellum huiusce paulatim scalpit, et sensim scalpurrigine blandiente aditum sibi in usque fauces facit:' quod Plinius indicat lib. viii. 25. 'Hunc satorem cibo piscium et semper esculento ore,' pro quo minus bene Gruter. in marg. legi malebat *faculento ore*; ut supra eam vocem, sive melius *fatul.* habuimus. Facile autem *hirudines* potantium animalium gulis illabuntur: ut de elephantii proboscide refert Plin. viii. 10. *Hirudinum* mentionem faciunt omnes, qui de Trochilo agunt, scriptores, Herod. ii. 68. et qui deinde ex eo hauserunt. Deinde *τὰ ὅρα πλεονεξία* in *aqua reclusa* suadent, ut de *hirudinibus* potius quam de *arundinibus* cogitemus. Scriptum fuerat in antiquissimis membranarum *irudines*, de more: unde fecerunt *arundines*, sive, ut in libris manu, aut antiquissimis typis exaratis, scribitur *arūdines*. Quibus omnibus inducor, ut Fulvium et Casaubonum genuinam nobis putem dedisse lectionem: quemadmodum citat h. l. etiam Oudend. ad Met. l. ix.

p. 605. a. Ridiculum errorem errarunt Scip. Gent. et Elm. quasi vero Casaub. de *hirundine*, ave, cogitasset. J. B.

PAG. 412 *Præripia fluminis*] An *prærupia*? Aldhelmus de Castore, 'Hospes præruptis habitans in margine ripis.' Glossæ: 'Prærupia, *Ἀπόκρημνα*, *Ἀπερρώγτρα*.' Nolo tricarri autem. *γραφὴν* veram *Prærupia* puto. Tertullian. contra Marcian. lib. iv. cap. 38. 'Sciens præceps ituros homines, ipse illos in prærnpium imposuit' (ita enim in Mss. legi monuit eruditissimus Franc. Junius). Vox insolentior paulo est? Africana est. Firmat autem lectionem nostram non absimilis locus iv. Milesia: 'Perrexit libenter' (*Psyche*) 'non obsequium quidem illa functura, sed requiem malorum præcipitio fluvialis rupis habitura.' 'Rupis fluvialis,' ut heic, 'Fluminis prærupia.' *Pric.* Servant *prærupia* Mss. et Edd. O. neque ego video, cur in *prærupia*, vocem multo minus h. l. convenientem, mutetur: quare tueor vulgatam lectionem cum Gronov. Obs. lib. i. c. 19. qui comparat *προαύλιον* ab *αὐλή*, qualia sunt innumera. *Prærupia* scil. loca, intellige de loco, inter fluvium ipsum et præruptam ripæ marginem, medio, qui fluviali aqua modo perluitur, modo siccus relinquitur. Quemadmodum *præcordia* ex. gr. dicuntur membranæ, quæ cordi prætenduntur: ita *prærupia* loca, quæ ripæ prætenduntur. Inter *prærupia* et *prærupia* et *prærupia* dubii aliquantum hærrere videntur Heins. ad Ovid. Met. xi. vs. 138. et Oudend. ad Nostri Met. vi. p. 402. a. 'Si quid mutandum, mihi magis placeret altera *Pricæ* conjectura *prærupia*. Cæs. de B. Gall. vi. 7. 'difficili transitu flumen, ripisque præruptis.' J. B.

*Avidus fluvialibus*] *Avidus* glossematum puto. *Brant.* Putabat id etiam Lat. Latin. Sed vide seqq. Salm. ad Solin. p. 317. citat: una ex *avidus* *flu-*

*viatilibus.* *Fluvialis* tamen legitur etiam Met. iv. p. 339. 'ripa fluvialis.' x. p. 736. 'fluviales aquas eliquans.' vi. p. 403. 'spiritus fluvialis.' *Avis fluvialis* b. l. est, quæ fluvios, et fluviorum ripas accollit; ut obiter monuit B. Pius t. i. Fac. Crit. p. 576. Sed Salm. ad Solin. l. c. Appuleium negligentiam incusat, ut qui Trochilum fluvialem avem dicat; quasi deceptus fuerit Auctor loco Aristot. viii. 3. ubi inter *τροχίλους* aves *τροχίλων* recenset: cum fluviatiles aves, ut anates et sim. dicantur *ἐνδοποι* et *ποτάμιοι*, non *πόρδοροι*. Equidem Auctori nostro, Græcæ linguae et rerum naturalium peritissimo, hoc excidisse non puto; sed potius sensu, quo diximus, adhibuisse vocem credo. Met. lib. iv. p. 402. 'fluvialis rupes' dicitur, quæ e ripa in fluvium procurrat. J. B.

*Sine noxæ periculo exscalpit]* Rectius *sine noxa*, quam *sine noxæ periculo*; nam etsi caput illam extrahat, periclitatur. *Pric.*

*Dure et rustice legere]* Quod supra 'Absone et indocte pronunciare vocat.' Claudianus Dial. *Lacerare*; ut et Lucianus, qui in rem lepidule: *τὸς ἀπαλὸς. Δημέτριος ὁ Κυρκὸς ἰδὼν ἐν Κερύθῳ ἀπαίδευτὸν τινα βιβλίον κάλυστον ἀναγινώσκοντα* (τὰς βάκχας οἰμαι τοῦ Εὐριπίδου) κατὰ τὸν ἑγγεγονότα δὲ τὸν διηγούμενον τὰ τοῦ Πενθέως πάθη, καὶ τὸ τῆς Ἀγανῆς ἔργον, ἀρπάσας διέσπασεν αὐτὸ, εἰπὼν, ἐμεινὸν ἐστὶ τῷ Πενθεὶ ἀπαλὸς σπαραχθῆναι ἐκ' ἐμοῦ, ἢ ὑπὸ σοῦ πολλάκις. (paria quibus affert Scipio ex Hesychio.) Addam e Gellii lib. xiii. cap. 29. locum, quo ejusmodi fringilliens blattero in conspectum datur. 'Accipit' (inquit) 'a me librum veterem fidei spectatæ, luculente scriptum: accipit autem inconsistantissimo vultu et moestissimo. Sed quid deinde dicam? non audeo hercle postulare ut id credatur mihi. Paeri in ludo rudes si eum librum accepissent, non li magis in legendo

deridiculi fuissent; ita et sententias intercidebat, et verba corrupte pronuntiabat.' Membrum periodi prave interpunctione laborat, simul tantillo mendo ut abstergere vix operæ sit. Duximus commoustranda autem, ne tam contempsisse ea quam ignorasse videamur. Scribe et distingue igitur ad hanc faciem, *sed quod deinde dicam non audeo h. p. v. i. c. m.* Idem.

*Quis unquam fando audivit]* Infra: 'Quis enim fando audivit?' Iterum, 'multa fando maxime audisti.' Miles. vi. 'Fando comperisti:' et in Floridis i. 'Fando accepimus.' Gellius lib. xvii. cap. 10. 'Hoc nec a Pindaro scriptum, nec fando unquam auditum.' Virgil. ii. *Æn.* 'Fando aliquid si forte tuas pervenit ad anres.' Plant. Amphitr. 'Quæcumque neque fieri Possunt, nec fando unquam accepit quisquam.' Idem.

*Tam aptam conjecturam]* *T. apertam* c. Flor. *Elmenh.* Mss. Florent. lectionem exhibuit Serv. ut notet, credo, tam aperte mera hæc est conjectura. Antiquam lectionem, quam vocavit jam Florid. servandam putavi. 'Conjectura apta' talis est, quam facimus ex argumentis, quæ 'ex se et intra se apta et connexa' (verba sunt Appul. de Dogm. Plat. p. 577. Ed. Flor.) 'ita ex omni parte congruunt, ut ex se apta sint, sibi que respondeant,' (ibid. p. 600.) quod secus est in conclusione, 'Appul. poëta est: ergo Magnus.' Ironice loquitur Auctor, ut in seq. 'tam proximum argumentum.' 'Facere' autem 'conjecturam,' quæ vox frequens in judiciis, dicimur de eo, quod non quidem manifeste probari, sed ex indiciis quibusdam et suspicionibus divinari aut ex argumentationis serie intelligi potest. Hinc opponuntur 'hoc quidem manifestum erit' et 'de ceteris ex hoc conjecturam facere debebitis' a Cicer. Verr. ii. cap. 74. neque aliter Noster Met. lib. x. p. 692. 'Veritatem criminum fidemque probatio-

nibus certis instrui, nec suspicionibus tantam conjecturam permitti placuit.' Quemadmodum App. jungit 'suspicionem,' 'conjecturam,' 'argumentum;' ita et Cic. in Verr. v. c. 9. 'tantum in hoc crimine suspicionis esse affirmabo, ut jam ipsis iudicibus, sine mea argumentatione, conjecturam facere permittam?' J. B.

*Proximum argumentum*] Infra, 'respondet mihi Æmilianus quo proximo signo ad accusandum Magiæ sit inductus.' *Casaub.* Subaudi in omnibus his verbis, veritati. *Scip. Gent.* Sine causa alii hæc mutila existimarent. Notandum loquendi genus. Eadem Apologia: 'Quo proximo signo ad accusandum Magiæ sit inductus.' Et deinde: 'Nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate.' Ubi frustra substituunt: *maxima*. Adserenda vera scriptura apud Minutium Octavio: 'Quid Maro? Nonne apertius, proximius, verius?' Mendosa enī hæc esse siue causa suspicatus sum. *Wower.* Veritati subaudiri vult Gentilis, at quid vetat absolute capi? Tertullian. ad Nationes lib. i. c. 12. 'Si qua ergo literis vestris superioribus, sed idcirca magis proximis, quoniam illius ætatis fides adjacet, &c. Proximum est promptum, obvium, manifestum.' *Pric.* Add. Gronov. Obs. i. 23. ejusque filius Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. c. 19. J. B.

*Teius quidam*] Additum est τὸ *quidam* ab Auctore, ironice, respectu adversariorum, qui litterarum tam rudes erant, ut ne Anacreontis quidem nomen audivissent: unde etiam addidit *si vos ignoratis*. Alioquin non male legi posset *quidem* cum Fulv. et Ms. D'Orv. (in Pith. *quidm*) quæ particula interdum adhibetur in enumeratione, ut Gr. *μέν*. Met. lib. i. p. 24. 'ut noritis qui sim, et enjatis, et quo quæstu teneam... Æginensis quidem sum;' ubi male Wow. malebat *quidam*. Interdum etiam usurpa-

tur pro *semper*. ut Plant. Trin. v. 2. 10. 'nequeo mirari satis Eum sororem despondisse suam in tam sortem familiam, Lysiteli quidem Philtonis filio.' Tandem possis etiam, inverso ordine, legere *Apud Græcos quidem Teius*... quoniam sequitur... *apud nos vero, &c.* Quia tamen *quidem* sic sæpe omittitur (v. Oud. ad Met. v. p. 341.) sequor vulgarem lectionem. *Idem.*

*Lacedæmonius*] Poterat Appuleius (si res tulisset) non tres, sed trecentos numerare, qui *ἑσπυκὰ* scripserunt apud Græcos: testis liber XIII. Athenæi. Sed præcipuorum et notissimorum auctoritate se munivit; adjecit tamen *cum innumeris*. Ait vero, *Teius quidam, et Lacedæmonius, et Ceus*. *Teius* est Anacreon poëta, ex Teo, civitate Ionæ. Horatius: 'Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.' *Ceus* autem Simonides est, vel nepos ejus Bacchylides, qui et ipsi *ἑσπυκὰ* scripsere, et *παρθενακά*, ut ex Athenæo, et Plutarcho lib. de Musica cognoscitur. *Lacedæmonius* autem quis? an Dionysodotus, cujus Pæanas memorat Athenæus lib. xv.? *Scip. Gent.* Non satis apertum, quem intelligat hic Appuleius. Fortasse sit ille Dionysodotus, cujus Pæanas memorat Athen. lib. xv. *Florid.* Imo est Alcman ille, quem *Λακωνικὸν ποιητὴν* vocat Plutarch. in Lycurgo p. 115. Ed. Bryan. quem etiam significari ab Aristide Or. in Bacchi laudem tom. i. p. 53. ubi itidem memoratur *Λακωνικὸς ποιητὴς*, monet Fabric. vid. Harles. ad Bibl. Gr. ii. 15. 10. Primum autem Alcmanem vulgasse τὰ *ἑσπυκὰ μέλη* testis est Archytas Harmonicus apud Athen. lib. XIII. p. 600. cf. Fabr. B. Gr. i. c. J. B.

PAG. 413 *Ceus*] Apud Græcos proxime *Κείος* et *Κίος* vocatur Simonides: licet haud semel hoc in illud corruerint VV. DD. Pindari Scholiastes ad Isthm. II. Callimachi frag-

mentum ita habet: οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν Μοῦσαν ὡς ὁ Κίος Ῥαλλίχου νέπους. pro quo a Bentleio et in Ernestina Callimachi edit. editum Κείος. Pari modo apud Plutarch. in Them. p. 252. ed. Bryan. Mss. 2. Bodlei. et Edd. Flor. et Ald. πρὸς Σιμωνίδην τὸν Κίον. Recte: pro eo tamen Κείον legendum esse cum Xylandro, notavit Bryan. qui pessime utique in textu edidit Κίον. Omnino enim distinguenda est *Ceos*, sive *Ceus*, sive *Cea* insula (Κέως), a *Chio*. Vid. Menag. ad Diog. Laërt. vii. 164. Bayle Dict. Critique Art. Prodicus, not. a. cit. a Dukero in Diss. de Simonide cap. 3. itemque a Co (Κῶ) Apellis et Hippocratis patria. vid. Bayle l. c. Verheyk. ad Anton. Liber. init. et quos citat Burm. ad Propert. i. 2. 1. Male itaque in loco, quem tractamus, Grosloot. conjecit *Chius*, Brant. *Cous*. Insula vero illa *Ceos*, *Ceus*, *Cea*, a Ptolemæo v. 15. vocatur etiam *Kia*: quod tamen ibi suspectum est Pintiano, et Lennepio V. Cl. ad Ovid. Her. xx. vs. 221. qui omnino est adnūdus; atque, ut ab Ἀλεξανδρεῖς dūcitur item sunt Latinorum formæ *Alexandrea* et *Alexandria*, sic etiam *Cea* et *Cia* recte dici posse putat. Imo Liv. xxxi. 15. ‘Rhodii Ciam ab Ægina, inde per insulas Rhodum navigarunt:’ de quo Liviano loco et de scriptura *Kia* cf. Schweigh. ad Polyb. xvi. c. 26. ubi eadem insula *Kios* vocatur. Apud Herodotum quoque lib. viii. cap. 1. et 47. legebatur olim *Kios*, ubi nunc *Κείος*. Tandem a tribus hisce insulis *Cee*, *Co*, *Chio*, distinguī adhuc debet *Cius*, urbs Bithyniæ ad oram Propontidis (hodie *Chio* sive *Ghemleik*) quam memorat Amm. Marcell. xxii. 8. et de ea cf. Schweigh. ad Polyb. xv. 21. *Idem*.

*Etiā mulier*] Ita Mss. Florent. D’Orv. Edd. Elm. Scriv. Flor. in reliquis et mul. Forsan et etiam mul. Met. x. p. 684. ‘causa omnis et origo... et etiam medela ipsa, et salus,’ &c. ubi

cf. Ondend. Solet ex ejusmodi abundantia elegantiam captare Noster: sic in seqq. ‘isti quoque.’ *Idem*.

*Apud nos*] Id est, Romanos. Sic se Afri vel Mauritani vocabant, vel ob civitatem omnibus communicatam ab Imp. Antonino: vel peculiariter, quia Madaurus, patria Apuleii, populi Romani colonia. *Scip. Gent.*

*Æ. P. et Catullus*] Flor. æ. P. et *Catulus*: male. Vid. Agell. lib. xix. cap. 11. [9.] *Elmenh.* Valerius Æditus, Portius Licinius et Q. Catullus. Quos ita ordine A. Gellius numerat, eorumque versus refert, quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Græcæm Latinumve, nihil quicquam reperiri puto, inquit lib. xix. cap. 9. Noct. Att. *Scip. Gent. Lege Catulus.* Vide Gell. xix. 9. *Pric.* Recte Scriv. et Florid. edidere *Catulus*: ut est in Mss. Florent. D’Orv. Ejus duo epigrammata amatoris servarunt Cicero de Nat. De. i. 28. et Gell. l. c. quem aut negligenter, aut in mala Ed. inspexere Elm. et Gent. Hic tamen e Plinii loco lib. v. Epist. ad Aristonem, quem pullo post citat, et ubi inter amatorios poetæ refertur Q. *Catulus*, meliora ediscere potuerat: cf. Voss. de Histor. Lat. i. 9. *Catullus* infra demum memoratur. J. B.

*At philosophi non fuere*] Vide extrema verba Plinii lib. v. Epist. ad Aristonem Jctum: ‘non quidem Senatores,’ &c. Miror, cur Appuleius tres illos tantum poetæ Latinos ablegaverit, et non aliquem ex tot Senatoribus et Consularibus viris. Sed hi aliis laudibus in vulgus noti erant. *Scip. Gent.*

*Serius virum*] Infra p. 420. *serius* opponitur *lascivo*. p. 556. ‘amicos serios aspernatur.’ Amm. Marc. xxvi. 2. de Valentiniano: ‘voluntate præsentium secundissima, ut vir serius, rector pronuntiatur imperii:’ id. xxix. 6. ‘vix resistente principe serio, quem ante docuimus, Marco:’

ubi cf. Vales. Trebell. Pollio in Claud. cap. 12. 'quod se gravem et serium contra milites ostenderat interemptus est.' Afran. in Privigno apud Non. n. 144. 'Non ego te novi tristem servum serium:' leg. *tristem, severum, serium*: nam apud eund. Non. n. 455. legitur: 'Severum: Afranius in Privigno:' sic *tristis* et *severus* junguntur quoque a Nepote Epam. 2. ubi vid. Gebb. cf. Ter. Andr. v. 2. 16. *Severum et serium* conjunxit, sed alia ratione, Plaut. Pæn. v. 3. 51. 'Quod ego dixi per jocum Id eventurum esse et severum et serium.' J. B.

*Conditoris. Id genus plurima*] Casauboni correctionem expressere Scal. Pric. Wow. Sed Elm. cum seqq. revocavit antiquam lectionem, quam firmiter Mas. 2. Florent. et D'Orv. *Pluria* recte et in primis ab antiquis scriptoribus, quos imitari affectat App. dici disputatur apud Gell. N. A. v. 21. Sed Noster ubique dixit *plura*. Vid. Flor. N. ix. et xviii. de Deo Socr. pag. 686. de Dogm. Plat. lib. iii. p. 634. de Mundo p. 758. infra p. 464. 472. 530. 544. Post *plurima* demum maximam distinctionem poni volebat Salm. in marg. Sane, si sequentibus jungenda hæc, melius scriberetur *plurimos*, ut paullo infra 'Recitem nunc alios.' Sed nec *plurima* sanum puto. Non enim tam in carminibus ipsis, quam in hominibus seriis et philosophis, qui ea scripserunt, versatur argumenti vis: quare dicere saltem debuisset Auctor, *aliorumque id genus plurima*. Si quis autem Pith. Codicis scripturam *id genus plurium*, veram putet, ei non valde obloquar. *Idem*.

*Ut taceam scripta Diogenis Cynici, et Zenonis Stoici sectæ conditoris*] Ideo hos allegat, quod illæ dæm sectæ præ ceteris ad virtutem et austeritatem vitæ morumque directæ: ut excusatiùs peccare sibi videatur Lucius noster, si ipse similiter luserit. Ze-

nonis Stoici lib. *repl' épérou*, de amoribus, laudat Diogenes Laërtius, idemque inter *γῆθηα* volumina Diogenis Cynici refert, *ἐπ'αυδῶν*, Amatorium. *Scip. Gent.*

*Et Critias mea, &c.*] Distichon hoc ut in posteriori editione fuit, ita excudi jussimus. Rom. Venet. *Et tertius mea delicias stet salva Charine. Pax in amore meo vita tibi remanet.* In Basil. i. *Et Critias mea delitescet salve Charine, Pars in amore meo vita tibi remanet.* Legit V. C. P. Pithæus: *Et Critias mea delicias, et salve Charine, Pax in amore meo, vita, tibi remanet.* Lipsius vero: *Et Critias, mea delicias, sic salva Charine Pax in amore meo vita tibi remanet.* Sic Critias, mea delicias, sic Charine, vita mea, salva pax tibi manet in meo amore. Priorem verum etiam sic olim scripsit B. Pius: *Et Critias mea delicia stet salva Charine: ut videre est apud eum Annot. Poster. cap. 199. Colv. Et Critias mea delicia stet salva Charine, Pax in amore meo.* Ita V. C. Fulvius, *delicias et salve Charine.* Idem mox: *Ne metuas, ne me ignis.* Itemque: *dum potiar, patior.* Sciopp. in Symb. Mirum quam in primis versibus docti viri se torserunt. At nostrum ausim verum præstare: *Sic Critias, mea delicias, ut vita, Charine. Pars in amore meo salva tibi remanet. Ne metuas, nam me ignis et ignis torreat, ut vult. Hæc duas flammæ, ut petior, patiar.* Nihil aptius, nihil venustius, quam qui duo pariter amaret, per alterius caput adjurare, ut alterum vere se amare probet. Ita, inquit, Critias mea delicias sit, ut tibi, o vita Charine, pars tua in meo amore salva remanet. Voces *vita et salva*, mutatis invicem locis, transposui, ut contentio geminarum illarum appellationum *delicias et vita* vividior esset, quæ aliter languida et nulla pene est. Si cui tamen hoc audacius videbitur, per me hæc tamen suo quamque loco legat; dum fateatur sic poni venustius, et majori cum ener-

gia. In 4to versu, non puto tam inusitum quemquam, ut non melius intelligat legi, *dum potiar, patiar*; non ob soni tantum suavitatem, sed locutionis ipsius concinnitatem. *Acidal.* Mira varietas in antiquis libris, quorum unus aeq. versum ita legit, *Par in amore meo biga tibi remanet*. deinde, *potiar, non potior*. Wower. Hi versus varie a librariis interpolati sunt, ut etiam Colvius notat. Flor. 1. *Et Critias mea delitescet*. Flor. 2. *et C. mea stet salva Charine*. Romanus, *et Tertius mea delitia*. Elmenh. *Mea delicia*. Sensum hujus Epigrammatis, ceteroquin obscurioris, de more illo amantium, quo duas amari vel metuebant vel minabantur, recte explicuit Scip. Gent. confer Ausonii Epigr. 591. et quæ habet Muretus ad Catull. Epigr. LXXII. *Burmannus ad Anthol. Lat. Ep. 230*. Mirum in modum primum hoc distichon depravarunt Editores, nimum a Matorum vestigiis abeuntes. Videamus primum varias lectiones. Pro *Critias* Ed. Vic. *Tertias*. Elm. *Critias*: sed typothetæ errore, nam correxit in Erratis. Ad *delicias* ducent Mss. non *delicia* (ut habent Edd.) Vic. Junt. post. Vulc. pr. Colv.) nec *delicia* (ut est in reliquis:) præterquam enim, quod diserte sic legitur in Ms. Pittb. inde etiam depravatum esse apparet, quod legitur in Mss. Florent. uno et Lips. itemque in Edd. Junt. pr. Ald. Bas. *delitescet*. Primum comparet *delicias* in Ed. Cas. et emendarunt ita Salm. in marg. Fulv. Urs. P. Pithæus, Lips. et Acid. In *stet salva* consentiunt Mss. O. præterquam quod in iis, qui *delitescet* habent, vox *stet* non compareat, (excepto uno Florent. qui secundum Exc. Lindenbrog. utrumque servat:) et quod Pith. habeat *et salva*, si fides Grossetio: nam in alia ejusdem Cod. Coll. est *stet salva*. *Salva* ntique legitur etiam in Mss. Florent. Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. sec. Colv. Sed pro iis Scaliger, ad Prop. p. 321. in Catal. p.

205. et in Vulc. Ed. tert. dedit *delicia et sol alma*: quem deinde secuti sunt Elm. Scriv. Flor. Burm. in Anth. In Pisaurensi quoque Collectione prorsus hi versus exhibentur, ut in Catal. Scalig. Unde Pric. suum et *lux alma* habent, nescio. In Vulc. pr. editum fuerat *mea delicias sit salva Ch.* adversantibus metrò et sensu. Melius edidit Cas. et Cr. *mea delicias sit salva Ch.* Ursin. et Salm. in marg. conjecere *delicias et salva Ch.* Sed tum addi debuisset tu: quod vidisse videtur Wow. unde ille dedit *delicia et tu salva Ch.* Verum *et salva* posteriore producta respuit versus: quod animadvertens Grosset. in marg. notavit, sic ultimam in *responde* corripit a Martial. lib. III. Ep. 4. sed ibi VV. DD. e Mss. jam legunt: *si quando veniet, tu respondente poëta*. Denique Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *Charine* contra Mss. J. B. *Mea delitia*] Sic amores masculos vocabant. Cicer. pro Cælio: 'Amores autem et hæ delitum quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse, maturæ enim et celeriter deflorescent, nunquam hunc occupatam impeditumque tenuerunt.' Glossæ: 'Deliciæ, *ἡδοναί*.' Alim: 'ἡδοναί, Lascivia, deliciæ:' inde 'spatalocinandi.' Pric.

*Par in amore*] Flor. 1. *par i. a.* Flor. 2. *par i. a.* vid. Scaliger ad Propert. p. 252. Elmenh. Corruptissimus hic versus omnino legi debet ita, *Par in amore meo viga tibi remanens*. *Viga* perperam scriptum pro *biga*. O *Biga* remanens par tibi in amore meo, quæ scilicet non trahis dispar: jugum, (quod Græci dicunt *ἑρεσὺν*) in amore meo, sed æquo jugo me amas. Sic eadem metaphora dicitur infra (in Catal.) 'triga sodalitiis.' Scalig. ad Catal. pag. 284. Hæc Scaligeri verba schedis suis adscripsisse videtur Scriv. unde satis negligenter, quasi ipsius Scriverii, edita hæc sunt ab eo qui curavit editionem Anecdotorum

pag. 3. *Par* cum uno Florent. habent Mss. Bemb. D'Orv. Edd. Junt. Ald. Bas. Scriv. *Pax* Mss. Florent. alter, Lips. cum Edd. Rom. Vic. Ven. Colv. Vulc. pr. Cas. Pric. Wower. *Par* Mss. Fulv. Pith. Scal. in Catal. et in Ed. Vulc. tert. cum Elm. Flor. Habet igitur unumquodque librorum auctoritatem, qua se defendat. Videamus jam sensum. Floridus suam lectionem *Et Cr. mea delicia, et Sol alme Ch. Par, &c.* interpretatur ita: 'Critias est etiam mea voluptas, et, o Charine, pulcher Sol, similis vita tibi perdurat in amore meo.' Sed friget hoc modo illud *vita*: et qui alteram lectionem *Pars* vel *pax* in *amore meo vita tibi remanet*, prætulerunt, illi duntaxat ita distinguere debuissent, ut esset *vita* vocativus. Sed, ut diximus, *Sol alme* mera est conjectura, Scaligeri ni fallor, nullius Cod. auctoritate fulta. Propius ad *Matos* accedunt, qui legunt *Et Cr. mea delicias et salve Ch.* non sine sensu: sed hac lectione pessumdari verum jam observavimus. Melius itaque Casaub. *Et Cr. mea delicias sit salva, Ch. Pax, &c.* neque tamen hoc satis bonum; nam tum scribi oportuerat *sit salva*, et est tamen *salva* in Mss. O. Proxime insistens *Matis* equidem sic lego: *Et Cr. mea delicias sit: salva, Charine, Pars in amore meo, vita, tibi remanet*: i. e. sine quæso, Charine, ut et Critias sit mea delicias: pars, quam tu in amore meo habes, tibi, o vita mea, nihilominus salva remanet: et tam bene sequitur *Ne metuas*. Nihil admisi absque *Mstorum* auctoritate, præter unum illud *sit*; quod tamen comparat jam in Ed. Junt. post. haud dubie e Mss. aut antiquiore Ed. et in Edd. Colv. Vulc. pr. Cas. atque ubi pro *delicias* librarius scripserat *delicia*, e superstitie litera s sequenti verbo juncta, facere potuit *stet*. *Vita*, amatorium et blandientis vocabulum, suo omnino loco (ante *tibi*) positum est. Simpliciter illud sic adhibuit etiam

Prop. 1. 2. 1. 'Quid juvat ornato procadere, vita, capillo?' II. 15. 27. 'Tu quoties aliquid conabere, vita, memento.' Nimis audacter sane Scaligeri conjecturam *biga* admisit Scriv. hoc modo edens: *Et Cr. mea delicia et Sol alme Ch. Pars in amore meo, biga, tibi remanet*: satis obscure: nec multo clarior est Gruteri conjectura in Suspici. Ined. l. xx. c. 10. *et Cr. mea del. Si salva Ch. Pars, &c.* Tandem pro *pax* Vulc. marg. adlevit *fax*. Acidalius nimis recedit a Mss. et recepta vulgo lectione. J. B. *Pax in amore meo vita tibi remanet*] Scallig. ad Propert. legit, *Par in amore meo biga tibi remanet*: 'biga' ut apud Lucian. Amor. Ζεύς ἔπαρρυτο. Pric.

PAG. 414 *Ignis torreat ut vult*] Catullus: 'Quum vesana meas torreret flamma medullas.' *Idem*.

*Flora sertis*] Plinius de Coronis: 'Quum vero e floribus fierent, sorta a serendo serieve appellabantur.' Gloss. Vindocinens. Ms. 'Sertum, ex floribus texta corona.' *Idem*.

*Merum mel*] D. Hieron. ille austerrus, non inescis hanc harum formularum et nequitiarum, Ep. 11. ad Nepot. cap. 6. 'Crebra munuscula, et sudariola, et fasciolas, &c. et dulces literas sanctus amor non habet: Mel meum, Lumen meum, meum desiderium, omnes delicias.' Fuit, quum in Appuleio nostro legere *Merum mel*: ut Lucret. in eadem re ... 'tota merum sol.' Sed nunc displicet conjectura. Scip. Gent. Barthius Advers. l. 12. intempestivo acumine, *Merum mel*: scilicet quia Genios mero colebant. Miles. 111. Noster 'mea mellitula.' Plant. Captiv. 'mea mulsa,' et ibid. 'Corpusculum mellitulum:' neque aliud solennius occurrit *θρόνημα*. Pric. Nihil hic debet mutari, et errarunt, qui ἀπὸ τοῦ meum, *merum mel* voluerunt legere. Est autem hic *meum mel*, ut sæpiissime apud Plautum, et

hunc ipsum Appuleium Miles. lib. v. 'Mi mellite, mi marite, tuæ Psyches dulcis anima:' Ita enim inibi ex v. c. lego. non ut alii *mellite mi marite*. Lindenbr. *Merum mel* Colvins, et Scip. Gentilis, sed qui postea reject: ut Lindenbr. ac Pric. et sic male Barthium ad Rutil. lib. i. 327. legere, et recte priores Edd. habere *meum mel* adnotavit Opatius in suo exemplari editionis Rutilii Barthianæ. Burmann. ad Anthol. Lat. Ep. 329. Edd. Vulc. exhibent *merum* contra Mss. et male; ut evincunt seqq.

'carmina tibi . . .serta Genio: carmina ut lux hæc canatur . . .serta, ut tempora vernalia:' neque *meri* ant *metis* ulla amplius sit mentio: quod fieri debuerat, si h. l. legendum foret *merum, mel*. Sed Epigrammatis sensum non cepisse videntur VV. DD. ne Burmannus quidem. J. B.

*Hæc tibi carmina dono*] Ex more, qui antiquitas obtinuit inter eruditos, Nates amicum Elegidlis cohonestandi. Censorin. Proem. D. Natal. Pric.

*Serta tuo Genio*] Optime: nam et is Numen natalitium, et hoc florali cultu affectus passim. Tibullus lib. ii. Eleg. 2. 'Dicamus bona verba, venit Natalis ad aras, Quisquis ades, lingua vir mulierque fave: Urantur pia thura focis, urantur odores, Quos tener a terra divite mittit Arabs. Ipse suos adsit Genius visurns honores: Cui decorent sanctas florea sorta comas.' Et alibi lib. i. Eleg. 7., 'Illius e nitido stillent unguenta capillo, Et capite et collo mollia sorta gerat.' Idem.

*Ætatis florem*] Miles. ix. 'Ætatis tuæ flore mulieres appetis.' x. 'Flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat.' Infra heic: 'In ipso ætatis tuæ flore tamdiu vidua.' Tibullus: 'Dum primi floret tibi temporis ætas.' Idem. *Ætatis florem floribus ut decores*] Typ. 48p. Terentius de puella xvi. annorum: 'Flos ipse:' videri potest

etiam intelligere ipsos crines capitis Critiæ, quos olim ea de cansa flores adpellabant et florulentos: testis est Servius in lib. xii. Æneidos. Scip. Gent.

*Tuum ver*] Catullus: 'Jucundum quum ætas florida ver ageret.' Theodoret. de Josepho: (περὶ προνοίας Serm. viii.) 'Ἐν ἡμῖν μὲν ἦν τῆς ἡλικίας. Stobæus Serm. 260. 'Ἐρατοσθένους δὲ Κυρραῖος τῆς ἡλικίας ἔφη τὸ μὲν ἀνδρῶν ἔαρ εἶναι. Hercul. Altitiodor. 'Ætatis breve ver.' de Vit. S. Germ. lib. i. Pric.

*Exuperes munera numeribus*] Malim *exæques*: gratiæ paritatem sublimi circumjecta evincunt. Idem.

*Implexis sertis*] Miles. vi. 'Videt spicas frumentarias in acervo, et alias flexiles in corona:' ferri hæc lectie potest, malim vero *plexiles*, vel *plectiles*. Gellius lib. xviii. cap. 2. 'Coronam e lauro plexam.' Plant. Bacchid. 'Corona plectilis.' Euripid. Hippol. Ἰτέφαρος πλεκτός. Gloss. Vindocinens. (quas corrige) 'Serta, coronæ plectiles et floribus:' habet Mss. male *corona reptilis*. Idem.

*Complexum corpore reddo*] Vocem *complexus* fere semper eo sensu ponit. Infra heic de Venere voluptaria: 'Immodico truciueque percussorum animalium serva corpora complexu vincientem.' Miles. ii. 'Ede complexus amabiles.' Et x. 'complexus meos ardentem adpetebat.' Idem.

PAG. 415 *Animum inspire*] Scribo *animam inspire*. Anima, spiritus quo calamus inflatur. Varro Eumenidibus: 'Phrygio per ossa cornu liquida canit anima.' Noster, Floridis: 'Nondum quidem tam infessa anima sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatiili tibia.' Hinc jocus Plauti Mercatore: 'Peri, animam nequeo vertere: nimis nihil tibi can siem.' Colv. Flor. 2. Rom. *animum*. Elmenh. Diu, et quidem attente inspexi hæc, nec assequutus sum: sive *animum*, sive *animam*, legas, perob-



secura sunt. Per me indicta sunt, quæ interpretes heic. *Pric. Quod si animum inspires, dona jam carmina.* Obscurissimum mihi videtur hoc niti-timam distichon, neque satisfacit Scip. Gentilis, aut Pricæus, quæ ul-tima hujus Epigrammatis, quæ ar-guta semper debent esse, agnoscunt flaccida et jacentia. Dubius etiam hæreo, *animam* legendum sit, an *an-imam*. Quum ab utraque lectione stent codices et editiones Appuleii, ac viri docti æquali fere numero. Si de lascivis illis oculis, quibus ipsam animam agebant et inspirabant, de quibus modo ad Epigr. CCXIX. 15. vidimus, alit capiendum, certe *animam* præstare censerem. Ut legebat eti-am Francius. Et hoc præferre vide-tur Heinsius ad Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. v. 152. quem vide. Hæc 'animarum mixtura' Petronio, *μῆτις τῶν ψυχῶν* dicitur. Vide Pon-tan. ad Macrob. 11. Sat. cap. 2. ubi 'coitum oculi' vocat auctor Epi-grammatis ex Platone, infra edendi. Sic 'inspirare animam' dixit Virgil-ius, etsi alia in re, lib. vii. *Æn.* 551. 'Viperesam inspirans animam.' Et Ovid. lib. iv. Met. 497. 'Inspirant-que graves animas.' Ubi vide Pa-trui notas. Sed, si ita exponamus, non video quis locus sit *dulciloquo* illi calamo, ut odoratus etiam est Scip. Gentilis: et præterea editiones anti-quæ Appuleii male distinguunt, *Quod si animum inspires, dona et jam carmina nostra, Cedent victa tuo dulciloquo cala-mo.* Itaque retinendum puto *animum*, et Appuleium hic Critiam ut deum quemdam inducere ac rogare, ut quasi numine suo velit sibi inspirare animam et donare, id est, dictare, carmina, ut Apollo credebatur vati-bus. Virgil. vi. *Æn.* 11. 'magnum cui mentem animumque Delios in-spirat vates, aperitque futura.' Ita Propertius Cynthia sibi pro Apol-line ingenium facere, et carmina dic-tare dicit lib. 11. El. 1. 8. 'Non hæc

Calliope, non hæc mihi dictat Apollo: Ingenium nobis ipsa puella facit.' Obscuritatem igitur loci hujus tolle-mus, si ita explicetur: Si velis, o Critia, ipse tibi inspirare vim illam divinam carminum, quam poëtæ alii ab Apolline et Musis petunt, tu vero tibi ipse præstare potes, dona mihi vicissim carmina pro meis carmini-bus, quæ non minus cedent tuo ca-lamo, id est, venæ poëtici lapidis ac venustatis, quamserta et rosæ non sunt comparanda cum complexu et mellitissimis tuis anaviis. Vel si ca-piendum sit, ut Poëtæ Critias inspi-ret animum, quod certe per lasciva tum fieri vellet oscula, intelligenda hæc verba, ac si carmina illa, quæ postea faceret, non forent sua, sed inspirantis et quasi dictantis Critiæ. Sed hoc durius priore interpretatione mihi videtur. Itaque eligant poëti-carum elegantiarum arbitri. Certe hæc ad mentem poëtæ adcommoda-tiora videntur, quam quod emendat Salmasius ad Sollo. tom. i. pag. 117. Ed. Paris. *Quod si aulam inspires*, id est tibiam, et Critiam monachum fu-isse statuit, quod tamen dubito an verum sit, et ut temerarium rejecit Patruus in notis ad Ovid. iv. Met. 497. melius enim Is. Vossius in nota-tis marginali exemplaris sui, quod in Biblioth. Leidensi est, adscriptis, legebat etiam, *Quod si animam inspi-res: modo animam* capiamus de halitu oculorum, non vero de spiri-tu, quo calamus inflatur, ut perperam Col-vius. Neque cum Delphinico Appu-leii Interprete *animam inspirare Actu-la* aut *calamo* exponendum est, pro carmina scribere, ut calamus pro ve-na ac stilo poëtico ponatur. Nollem itaque istam Salmasii emendationem adprobasset Cuperus in Harpocrate pag. 144. aut Vossio oblocutus fuis-set Th. Sellius Observ. cap. xv. in fin. *Burmans.* Aliter emendandum censebat Piersonus, et quidem hoc modo: *Quod si Amor inspiret, dona et*

jam carmina. Nostra, &c. hac sententia: Quod si Amor tibi inspiret, dona mihi et jam carmina pro carminibus, tum carmina nostra cedent victa tuis: ut ante dixerat puerum exsuperare debere munera muneribus. *inspirare* de Diis frequens: et præcipue Amor eleganter dicitur 'inspirare carmina.' *πνεῖν δ' ἔρα* 'Ἐρως διδάσκει, κὼν ἔμουνος ἢ τὸ πνέειν, ut vetus Tragicus cecinit. Vid. Cl. Valckenar. Epist. ad Rover. pag. 12. Hæc vero Pierioni, juvenis, dum viveret, supra vulgus eruditi, et in Critica re sagacissimi, conjectura licet ingeniosa sit, nulla tamen codicum vel editionum veterum auctoritate nititur; ut præteream *inspiret* sic absolute poni, sine carmina, aut mentem, animamve, ut in loco Virgilii, forte sine exemplo esse. Id. in Mant. Adnott. post tom. II. Anth. Lat. p. 747. Colvii conjecturam expressere Elm. Wow. Scriv. Flor. quos sequor. Neque enim audiendum puto Salm. ad Solin. p. 82. reponentem quod si *animum inspiret*, ut Græcam vocem adhibuerit Auctor. *Anima* est spiritus. v. Colv. h. l. Ondend. ad Flor. N. III. 'inflexæ animæ sono.' Barm. ad Ovid. Met. IV. vs. 497. 'Inspirantque graves animas.' 'Anima inspirat tibi,' quæ vox, vel sim. subauditur, et subaudiri potest propter sequens *calamo*: contra τὸ *animum* subauditur in illo Ovid. Met. I. 333. 'Conchæque sonaci Inspirare jubet.' Ineptam sane propterea lectionem illam com Salmas. l. c. pronunciamdam non arbitror. Videtur tamen *animum* esse in Mss. In seqq. nil mutandum: licet pro *et jam* Mss. Lips. et Pith. habeant *nam et* (ex Coll. Voss. deest *et*); et Lipsius conjecerit *jam et carmina. Nostra Cedent*, &c. quemadmodum edidit (deleto *et*) Scal. in Catal. Sana est vulgata lectio, totiusque epigrammatis sensus hujusmodi: Critia, dono tibi carmina et sarta; illa peculiariter tibi,

hæc genio tuo: et carmina quidem, quibus natalem tuum celebrem; sarta, quibus festo hoc die tempora cingas. Tu vero pro implexis sertis amabiles complexus redde; ut munera mea majori tuo munere superes: quod si tum quoque fistulam inflare cœperis, quam munere tuo superaveris dona mea; jam quoque carmina nostra tuis cedere debebant. J. B. Quod si *animum inspires*] Pataret aliquis hoc velle Appuleium dicere, animam ex anaviis Critiæ, quæ proxime nominavit, sibi inspirari, vel suam animam eo elici, ut est in molliissimo Platonis carmine, apud Gellium: Τὴν ψυχὴν, 'Αγδθωνα φίλων, ἐπὶ χεῖλεσιν ἔσχον, 'Ηλθε γὰρ ἡ τλήμων, ἐς διαβησομένη. Ubi juvenis Latinus, qui id epigramma lepidissime exposuit, 'Florem dulcem spiritus,' dixit. Sed aspernatur hanc interpretationem, quod in fine hujus Epigrammatis scriptum est de dulciloquo calamo; quo cantus significatur. Unde animare calamos vel tibiam pro canere. Sed jacet, et faccet hoc sensu totum epigramma, cuius saltem conclusio arguta debet esse, præsertim quum jam antea sua munera Appuleius muneribus pueri superari dixerit. Quare ita puto exponendum esse, quod ait, *cedent victa*, ut quum antea varia sua dona cum pueri donis comparavit, licet inferiora; in hoc munere canendi adeo se vindicat, ut plane cedere cogatur, nec audeat contra hiscere. Scip. Gent.

*Calamo*] Gruter. adscripsit *alloquio*, quasi offensus fuerit τῷ *loqui* in *dulciloquo*, de poëta. sine ratione tamen. Horat. IV. 15. 1. 'Phœbus volentem prælia me loqui Victas et urbes increpuit lyra.' Barm. Catal. lib. IV. Ep. 261. 'Ut quemvis raperet mirifico ingenio Leniretque animum carmine doctiloquo.' Ibid. lib. IV. Ep. 108. 'Doctiloquum cupidus carminis ardor eras:' melius *erat*, forte et *doctiloqui*, ut emendavit Schrader. in Ep.

Crit. præfixa t. II. Anth. Lat. p. 77. J. B. *Dulciloquo calamo*] Onomast. vet. 'Dulciloquus, *μολλογος*.' Nævius in Alcest. ap. Gellium lib. XII. c. 5. 'Dulcioriloquus.' *Pric.*

*Catullum, quod Lesbiam pro Clodia, &c.*] In his amicarum nominibus mnat illud, *Plania*, Casanbonus in *Flaviam*: quod magis ex consuetudine linguae Romanæ videatur: nescio, inquit, an satis ex veritate Fulv. Ursini codex *Plantiam* nominat. Sed vulgarem scripturam secutus est Angelus Politianus in illo eruditissimo carmine, Nutricia, in quo hunc locum Appuleii ita elegantissimis numeris expressit: 'Sed quamquam in primis docto Verona Catullo Gaudet, vulnificos elegis qui miscet iambos, Et sub adoptivum redigit te Clodia nomen.' Et infra: 'ni blanda Propertius ora Solvat, et ambiguum faciat certamine palmam, Plania materiam teneri dat et Hostia cantus, Nomine supposito seu Galli mima Cytheris Personam falsæ lasciva Lycoridis adfert In scenam, et docto clausum se jactat amanti, Dum miser ipse suo fodiat præcordia ferro. At non exigui tenuis quoque pagina Calvi Dissimulat pulchram, sed acerbo funere raptam, Quintiliam.' Et multo post: 'Mitto et Cornifici lus, Ticiamque Perillam Et Cinnum obscurum, teque ore protervior Anser.' Ceterum mirari satis non possum, Ovidium in hoc Catalogo, et tamquam Albo nequitiae, præteritum fuisse, præsertim quam apud eum legisset illa IX. Trist. 'Macerat ingenium totum cantata per orbem Nomine non vero dicta Corinna mihi.' An ideo præteritum dicemus, quod mali omnis visum fuerit oratori nostro, eum in hac Apologia nominare, qui ob tales nequitias ac lusus relegatus fuerat: ne admonere iudices videretur, quam hæc acerbo supplicio luerit ingeniosissimus poetarum. An potius quia nomen veræ amicæ Ovidianæ ignotum

fuerit? Nam quod 'Cæsaream puellam' Sidonius eam adpellet, potest id et de filia, vel nepte Angusti intelligi, vel de liberta aliqua, vel ancilla ejus, aut denique amasia. Hoc credo. *Scip. Gent. C. Catullum*] *Caium* nominat Appuleius, quem alii *Quintum*: alius est Q. Catulus Senator, cujus lepidissimos versus de Roscio laudat alicubi Cicero. *Idem.*

*Ticidam*] Intelligit A. Ticidam poetam, cujus hunc versiculum ex Hymenæo citat Priscian. lib. V. 'Felix lectule talibus sole amoribus.' ex quo, tamquam ex ungue leonem, agnoscas, quam lepidus, inquam, in hoc genere fuerit, ut merito summis poetis ab Appuleio aggregatus. *Idem.* Crinitus et Gyraldus eum *Caium* aut *Cucium* vocant. Utnt de prænomine sit, ejus nomen vadicandum censeo Scholiast. Horatili ad Epod. 12. 'Apud Ticiam poetam introducitur Pyrrha ancilla,' &c. Barthius *Licinium* tentavit Advers. 37. 22. Ego *Ticidam* scribo, eum ipsum nempe de quo heic Appuleius. *Pric.* Ovid. Trist. II. vs. 433. 'Quid referam Ticiæ, quid Memmi carmen, apud quos Rebus abest nomen, nominibusque pudor?... Et quorum libris modo dissimulata Perillæ Nomen, nunc legitur dicta Metella suo.' Ms. Pith. *Metalla.* D'Orv. *Perillum.* J. B.

*Hostiam*] Est qui *Hostilium* legit, hunc locum ad Propertium citans, sane non adversante Lapide, nobis proxime laudando. *Pric.* Vanam esse Passeratii conjecturam *Hostilium*, arguunt doctæ Bentleii notæ ad Horat. II. O. 12. 13. et Burmanni ad Prop. init. quæ vide. J. B.

*Gentilem*] Bas. 1. *Gen. Rom. Ven. Gentium.* Colv. Lege cum Rom. *Gentium.* Gentius et Macedo puerorum nomina, alterum, ut puto, Illyrici, alterum Macedonis. *Casanb. Gentium.* Rectissime ita Rom. cod. et veteres alii Mss. vulgo *Gentilem.* Sed in servis gentilitia natura non subest, in-

quit Varro de lingua Latina. Notum, servorum nomina a nationibus tracta, ut Davus. Et sane Macedoniæ Illyricum adheret, in quo Gentii nomen etiam regium fuit. *Scip. Gent.* Nomina ab urbibus, gentibus, aut vendentibus tracta. Vide Varron. de L. Lat. lib. vii. extr. Helladium apud Photium. Scholiast. Theocr. ad Eid. v. Cæternum excusi Codd. heic variant, partim *Gentilem* exhibentes, partim *Gentium*. Et quidem vetus lapis *Gentilem* agnoscit: T. FULVIO GENTILI. A. GENTILIS F. H. S. E. at hoc servile nomen affirmem esse, ideoque non optime loco huic convenire: constat de altero clarius; en lapidem: HOSTILIE, L. L. RILL. O. H. S. S. GENTIUS CONLIBERT. nec ablu dit Lemma veteris Epigrammatis, 'De duabus meretriculis ex Illyrico GENTIA et CHLOË,' &c. *Pric. Gentium* præbent Mss. Lips. Pith. D'Orv. et Edd. pleræque: Junt. pr. cum Bas. pr. simpliciter *Gen.* sed Junt. post. Ald. Bas. sec. Colv. Vulc. pr. Casaub. *Gentilem*, quod verum nomen pueri fuisse videtur. Sane ipse Lucil. in fragm. apud Donat. in Ter. Andr. v. 6. 12. 'Nunc prætor tuus est, meum si discesserit homo Gentili.' J. B.

*Macedonem*] Etiam hoc minime ingenuum. Inscriptio vetus: IPHYGENIA SUAVIS AVE. MACEDO HAVE. alia: M. S. VLP.Æ. M. F. MACEDONIE. VLP. MACEDONA. ET MAGN. SEMNUS FILII. *Pric.* Lips. marg. adscripsit *M. Macedonem*. Male. Lucil. fragm. ex l. viii. apud Nonium cap. 2. n. 323. 'Hic est Macedo si agrorum longius flaccet.' J. B.

PAG. 416 *Amici sui Pollionis*] An potius *Maccanatis*? si tamen hic 'Tusceus Eques' ille de quo Martialis lib. viii. Epig. 56. 'Risit Tuscus Eques, paupertatemque malignam Reppulit, et celeri jussit abire fuga. Accipe divitias, et vatium maximus esto, Tu licet et nostrum, dixit, Alexin ames.' *Pric.*

*Virgilianus opiliones et bubsecuas*] Florid. i. 'Nil aliud plerique callebant quam Virgilianus opilio, seu bubseque.' Miles. viii. 'Equisones, opilionesque, et bubseque.' De Deo Socrat. 'Velut pastor, vel opilio, vel bubseque.' Infra heic: 'Villicorum, et opilionum, et equisonum rationibus.' Commodè heic offert se Sidonii lib. i. Epist. 6. illud, 'bubulosque runcantes.' Et quia non tantum non alienum est, sed et ab interpretibus ejus ant præteritum, aut (quod pejus) male enarratum, ponam (idque apicibus ipsis) expositionem Joannis Bourdelotii, ab eodem ex Adversariis suis amice communicatam nobis. Quid sit *runcantes* (inquit) Savaro reticuit plene. Pius infelicitèr exposuerat, 'herbas vellentes': alius dum insultat interpretationi isti, infelicius 'stertentes' exponit. Scimus quid 'ronchus' et inde 'runcus' apud Glossographos, sed 'runcare' Sidonio, est 'implere cornu bubulcorum seu Mimallonum more,' ut Amycus apud Theocrit. Eidyll. xxii. Ἦ β' Ἀμύκος καὶ κόχλον ἔδαν μπάσσατο κοῖλον. hinc 'runcare,' aut suillum cornu sonitum imitari: hinc *βραγχίειν*, de quo morbo Aristoteles Histor. Animal. lib. viii. cap. 25. ubi bene Julius Scaliger *anginam* vertit, est enim faucium morbus. Hesychius corruptissimus in hac dictione: *βράγχοι νόσημα τι τῶν ἐν τῇ σάματι γυγνομένων τὸν πρόγχοι, ὅταν ᾖ μέλιστα διαφθείρηται*, lege, B. v. τι τῶν ἐν τῇ σάματι καὶ τῇ βράγγῃ γυγνομένων, ᾧ ὡς μέλιστα διαφθείρηται. Idem legend. verbo *γοργύζειν* et *γογγύζειν*, sed ubique reponendum est *τορυβύζειν*. Posterior ætas vocavit *Gorriones*. Excerpt. ex Gloss. Isidori, 'Gorriones, cum errore sonantes,' lege, G. cum *horrore* s. Galli dictionem *gorret* etiamnum retinent; nec audiendus B. Vulcanius qui ad passeret refert. *Idem.*

*Elegia*] Fuit cum malle, *elogia*.

Platonem vero adolescentem versibus amatoris lepidissimis luisse, etiam scribit Gell. lib. xix. cap. 11. et Diogenes ipsius vita. *Colo. F. elegidia.* Brant. *Elogia.* Rom. et Flor. *elegia.* Elmenh. 'Ελεγία ἑρμῆς. V. Gellium xix. 9. *Pric.* Colvii conjectura edita est in Edd. Vulc. sec. tert. non vero ab Elmenh. ut ex ejus notula forte colligas. At *elegia* firmatur. Mas. Edd. reliquis et loco Gellii N. A. xix. 9. 'ἐλεγία quædam erotica dulcia et venusta accinerunt.' *Elegion*, vel *elegeon*, vel *elegion* dixit quoque Anson. Epigr. 94. vs. 2. 'Zonæ textum elegeion erit:' et plur. num. Parent. xxix. vs. 2. 'Debent quos cineri mæsta elegea tuo.' J. B. Cujus nulla carmina extant, nisi *Amoris Elegia*] Plutarch. περὶ τοῦ μὴ χρεῖν, &c. οὐδὲ οὐδὲ εἰσὶν εἰρεῖν ἢ καλὸν, ὡς ἀφραγὸς ἦν ἢ Ἀκαδημία, καὶ ὁ Σακράτους καὶ Ἰδάλωνος χωρὸς, ὃν λόγους μὲν ἑρμῆς ἐντυχὴν ἐστὶ, ποσῆματα δὲ οὐκ ἀπολοίσανσι. *Pric.*

*Cætera omnia, &c. igni deussit*] Dithyrambos puta, Tragedias, et quæ alia recensent Laërtius, et Ælianus lib. iii. Var. 2. 30. *Idem.*

'Λοτῆρας εἰσαβρεῖς] Vid. Gevart. ad Stat. p. 58. in Biblioth. Clariss. Viri M. Tydeman. et Boschi ad Anthol. Gr. vol. v. p. 27. J. B. in *Addend.*

*Εἶθε γενόμεν' Ὀδρανὸς, ὡς πολλοῖς ἐμῶν εἰς σε βλέπω*] Imitatus est Martialis lib. viii. 'Victorem modo cum videret Istri, Tot vultus sibi non satis putavit, Optavitque oculos habere plures:' nec abludunt Catulli hæc: 'Aut quam sidera multa, quum tacet nox, Furtivos hominum vident amores:' profecto propius hæc absunt a Platone quam quæ Scipio affert. *Pric.*

*PAG. 417 Astru vides*] Hi utet seqq. versus Latini non extant in membranis Flor. Vide Muretum ad Catullum pag. 22. *Elmenh.* Desunt Latina quoque in Ed. Junt. post. neque comparant in Mas. Florent. Pith. et

D'Orv. in quibus, præter Florent. Græca quoque desunt ubique; sed eo magis Latinam versionem addidissent librarii (quod a m. sec. factum in D'Orv.) si eam in suis exemplaribus invenissent: neque ab Appuleio profectam illam puto. Infra quoque Homericorum versuum interpretationem non addidit Auctor; quod tamen æque facere debuerat, si ad intelligentiam auditorum Græca sibi vertenda esse existimasset. Haud dubie de sua versione verbo monuisset, neque addidisset 'disce versus Platonis... si tamen tantus natu potes litteras discere:' quod eo sensu dictum, quo Cicero dixit in Pisonem (c. 30.) qui versum ejus non intellexerat: 'Quid nunc te, asine, litteras doceam?' Latina igitur edenda quidem, sed cancellis inclusa, curavi. Ceterum Grotius ita hoc distichon vertit: 'Stella, vides cæli stellæ, meus, o ego cælum si sim, quo te oculis pluribus adspiciam:' aliter alius: v. not. seq. J. B.

*Utinam flam*] Tale votum Anacreontis eis κόρη. 'Εγὼ δ' εἰσπτερον εἴην. et Ovidii, qui pulicem se gesticbat fieri. *Lindembrog.* Quæ descripsit Elmenh. addens Dionys. Sophistæ Epigr. in Anth. lib. vii. 152. *Εἶθ' ἐνέμος γενόμεν', οὐδὲ γὰρ σεταίχουσα παρ' ἀγῆς, &c. J. B.*

'Λοτῆρ πλεῖ] Hi duo versiculi continenter cum superioribus, tamquam unum epigramma, leguntur lib. iii. Anthol. Priores illos duos sic Latine conversos reperi in libro quodam Torquati Taasi, Italorum præcipui poetæ, παραφραστικῶς: 'Te quoties pulchri spectantem sidera cæli, Stella, tuor, toties cælum aveo fieri; Pluribus ut quo oculis te spectem, hoc plura meum cor Hauriat.' Posteriores autem, in quibus Astera suum exorienti soli comparat Plate, materiam carminis elegantissimi dedisse videntur olim Q. Catulo: 'Constitit exorientem Auroram forte salu-

tans, Quum subito a lævo Roscius exoritur: Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestra, Mortali visus pulchrior esse Dea.' *Scip. Gent. Cf. Pric.* Diversum esse hoc epigramma a præcedenti, arguit, inter alia, huius separati versio ab Ausonio Epigr. 144. Sejunctim quoque edita sunt in Anthol. Boschiana. Ed. Ven. 'Αστὴρ μὲν πρὶν ἔλ. ἐν ζ. J. B.

*Lucifer*] Vertit Grotius: 'Stella meus vivis fulgebas Lucifer ante, Nunc apud infernos Hesperus es populos.' *Idem.* *Lucifer ante*, &c.] Ausonius sic transtulit, Epigr. 144. 'Stella prius superis fulgebas Lucifer, at nunc Extinctas cassis lumine vesper eris.' *Pric.*

*Nῦν ὅτι μὴδὲν*] Recitat hos versus Laërtius lib. III. p. 205. *Εἰμὲν κλ.* In Anthol. lib. III. Tit. 32. Ep. 44. ita legitur: *Nῦν ὅτι μὴδὲν Ἀλεξίς ὅσον μόνον εἶπ' ὅτι καλὸς, ὧπται, καὶ πάντα πᾶσι περιβάλλεται. Θυμὲ, τί μὴρβεις κύσιν ὁστέον; εἴτ' ἀνήσεις ὅσπερ.* *Οὐδ' ὅσπερ φαῖδρον ἀπώλεσται.* Ubi melius comma ponitur post καλὸς, quam quod in Appul. Edd. hæc nunc et apud Diog. Laërt. factum fuerat, tantum post ὧπται, ut καλὸς ὧπται notet 'pulcher est adspectu,' eleganti Græca locutione quidem, sed tum non est quo referas καὶ, quod, propter præcedens ὅτι, non potest habere vim τοῦ statim: licet ita intellexerit quicunque Latine hoc epigramma vertit dixerit ... et vertuat. Ceterum in Edit. Appuleii Græca hæc, utut profecta sunt a Platone, edenda sunt, prout Appul. ea legit. Quum igitur in Edd. quod sciam O. exceptis Junt. post. et Ald. pro πᾶσι περιβάλλεται legatur πᾶς τις ἐπιστρέφεται, quomodo in Diogene Laërtio legitur etiam, ita Platonis verum legisse Appuleium probabile est: nam et a *Mss. Florent.* confirmari illa lectio videtur. Ad hæc verba, margini Ed. Bas. sec. opportune adscriptum video locum Josephi de Mose lib. II. c. 5. πρὸς δὲ

καὶ ἄλλος οὐδὲς ἀφιλοτίμητος ἦν ὅσπερ, ὡς Μανυσὴν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὅδον φερομένων συντυγχάνουσιν ἐπιστρέφουσαι μὲν ὑπὸ τῆς ὄψεως τοῦ παιδός, ἀφίναί δὲ τὰ σπουδαζόμενα καὶ τῇ θεωρίᾳ προσασχολοῦν αὐτοῦ. Huic Josephi loco addi potest Lucian. in Herc. c. 3. extr. ἐπιστρέφονται γὰρ εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν: quem mecum communicavit doctiss. et amiciss. Geel. Item alius ejusdem auctoris a Scapula cit. ἐπιστρέφονται εἰς τοὺς αὐτοῦ ὥσπερ οἱ δυσώπτες. Ceterum corrupte pro ὅσον μόνον εἶπ' ὅτι Edd. Bas. εἰπὼν μόνον φασι. et Ποταί pro ὧπται, Ed. Vic. πῶται. J. B.

*Εἶπ'*] Non esse pro εἶπε, sed pro εἶπα, monuit Gatakerus Adv. Misc. Post. c. 43. Recte, ni fallor. Ipse imprudenter Alexidis pulchritudinem prædicaverat: unde et in seqq. θυμὸν suum, i. e. animi ardorem, qui in extollendo Alexide nimis fuerat, alloquitur. Aliter tamen intellexit interpretæ Latinus. *Idem.*

*Τί μὴρβεις κύσιν ὁστέον*] Proverbialem hanc locutionem, 'canibus os' vel 'offulam ostendere' pluribus exemplis illustrat Gataker. l. c. *Idem.*

*Ἀνήσεις*] Nunquam passivo sensu sumi verbum ἀνίστασθαι observat Gataker. neque exemplum inveni. Possit tamen defendi simili exemplo cognati verbi ἀνιδεῖν, quod passivo, sive neutro sensu, occurrit apud Hom. Il. φ. vs. 270. sed non opus est. Absolute ponitur, facile, neque invenuste, subintellecta persona, cui ea res molestiam creabit. Putabat tamen Gataker. melius legi: ἀνίσσεις Σ' ὅσπερ. et ἀνίστην H. Stephan. ad Diog. Laërt. probante ibid. Casaub. *Idem.*

*Afflicque dolori*] Nollem virum lingue Latine adeo peritum, tantum licentiam usurpasse contra omnem analogiam. Par licentia seq. vs. in amissimus. Sed, quantum video, disertior Appuleius, quam ποιητικώτερος. Fuit autem ea securitas supina

multorum illis temporibus, ut obtemperare legi metricæ non amplius curarent, quam amantes, ait poëta Sicalus, *κατὰς μέτρων καὶ μετρητῶν ἀκούων*. vide quæ passim habet carmina Spartianna. Casaub. Et hic, et in sq. vs. *Amisimus*, parum habuisse rationem syllabarum tenoris, et artis metricæ videtur Appuleius. De qua licentia recentiorum maxime poetarum vide quæ doctissimi viri Casanbonus in Pollionis xxx. tyrannis, et Giphanius in Catullum observarunt, qui et veteres hujus rei incuriosos docet. Sed et Lipsius lib. ii. Elect. c. 21. de latentibus in opere Appulei Milesio versibus, lege illa strictiori solutis, more Varronis et Petronii. Sed assim dicere Appuleium, non *Afcia*, sed *abicia*, scripsisse, hand paulo elegantiori forma. Prudentius: 'Perfida signa abicit, monumentaque tristitia longe Spernit.' Item legendum, *Non Phadrum sic prius perdidimus*: qui non intellectus *ἀρχαίους* errori causam dedit, ut sæpe alibi. Unum locum annotare sufficiat. Apud Julium Rufinianum Rhetorem, in Libro de Schematis Dianæ, recitatur Lucili ille versus, 'Non tango, quod avarus homo est, quodque improbus mitto.' Vide sis Ciceronem de Orat. et Quintil. lib. ix. c. ult. ubi sic concludit: 'Quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solent; et dum librorum incitiam insectari volunt, suam confitentur.' Quem locum imitatus est D. Hieronymus in Epist. 28. ad Licinnium de suis codicibus: 'Si paragrammata repperis, vel minus aliqua descripta sint, quæ sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed tuis et imperitiæ notariorum librorumque incuriæ: qui scribant, non quod inveniant, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.' Notent hæc Critici nostri. Scip. Gent. Non primus Elm. reposuit *angisque* [vid. Not. Delph.]

sed Scal. in Valc. Ed. sec. et tert. cum Wow. Scriv. et Bip. In Edd. vett. *afficiatque*, adversante metro, cui mederi volens Lips. conjecit *adigiatque dolere*: sed *afcia*, exemplo *τῆς adice*, *subicit*, et sim. defendit Barth. ad Stat. Theb. vii. 4. De *adicit* et sim. vide etiam Burmann. ad Anthol. Lat. lib. i. Ep. 80. vs. 15. ibid. ad lib. i. carm. 178. vs. 71. et vs. 352. Sed iniquiores in Appuleium fuere VV. DD. qui ei adseruere vitia invenustæ satis versionis, quam Appuleio neque Mss. neque Ed. Junt. post. adscribunt, neque adscribendam esse arbitror. J. B.

PAG. 418 *Quasi nullum specimen morum sit, versibus ludere*] Sane. Sidonius lib. ix. Ep. 16. 'Ne reus cantu petulantior, Sim reus actu.' Cicero in Pison. 'In quibus' (versibus) 'si quis velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri.' At non ob hæc est ut ab Authoris sensu cedamus. Pric.

*Hadrianus*] Spart. de Hadr. c. 14. 'De suis dilectis multa versibus composuit, amatoria carmina scripsit.' Ms. D'Orv. *Adrianus*: ut est in quibusdam inscriptionibus apud Gruterum et Reinesium. Sed frequentata est scriptura per H. Vid. VV. DD. ad Spart. Hadr. init. J. B.

*Voconii*] Id est, ejus ita frequens nomen apud Plin. Nepot. duntaxat lib. ii. Epist. 13. Plura Gregor. Gyraldus iv. Dial. Pric.

*Voconii tumulum versibus veneraretur*] Imitatus Augustum, quem hoc idem Druso fecisse narrat Sueton. Claud. cap. 1. *Idem*.

*Veneraretur*] Locus Flor. N. xvi. a Pric. cit. nihil huc facit. Verba sunt: 'qua remuneratione dicendi gloriam tui facti æquiparem.' Sed verum est *veneraretur*, i. e. honoraret. Ovid. Trist. ii. 79. 'Carmina ne nostris sic te venerantia libris,' &c. Dicitur autem *venerari* proprie de honore et cultu divino, et hinc de memoria de-

sepulchri, utpote re sacra. Tacit. Agric. XLVI. 'Sic patris, pio mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque ejus secum revolvant.' J. B.

PAG. 419 *Imperator et divus et censor*] Flor. *Imp. et censor divus Hadr.* Elmenh. Libri alii, *Imp. et Censor, Divus Hadrianus*: quod ut verius sit (quod crediderim facile) scriptura ea, quam sequuti sumus, *Censoris* titulus tamen, tanquam augustior, post *Imperatoris* ponitur. Infra de Scipione, 'Africano, Numantino, et præterea Censorio.' Gellius de Catone lib. VII. cap. 3. 'A Senatore, et Consulari, et Censorio viro.' Idem lib. XVIII. c. 22. 'M. Cato, Consularis et Censorius:' neque temere hoc, imo neque quod *Censuram* inquit post *consulatum*; sed ex dignitate *Censuræ*, quam *κορομφή τιμῆς ἀπορίας, καὶ τρόπων τῆς τοῦ κράτους ἀνδρὸς ἐπιτελείων* Plutarchus vocat in Caton. maj. Plane Imperatoria potestas, etsi omnes alios, *Censoris* titulum tamen neutiquam complectebatur, ut videre est ex Dionis lib. LIII. Tandem collatus adulatione et corruptela temporum, quodammodo Imperatoris nomini coaluit. Zonaras Annal. tom. II. *Pric.* Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. *Imp. et Divus, Censor Hadr.* Vulc. Wow. *Imp. Divus et Censor Hadr.* Colv. *Cas. Pric. Imp. et Divus et Cens. Hadr.* Sed cum Florant. Mss. quorum lectionem expressere Elm. Scriv. Flor. consentiunt plane Pith. et D'Orv. Recte. *Divi* nomen Impp. Romanis, qui in Deos relati erant, quasi prænomen adhasit, ut paulo ante ab Appul. *Divus Hadrianus*, et sexcenties vocatur in Pandectis. V. Brisson. de V. S. v. *Divus*. Nomen est igitur *Divus Hadrianus*: dignitatis autem tituli *Imp. et Censor*. De *Censoris* titulo, Impp. Romanis tribui solito, vid. Spanhem. de Usu et Præst. Numism. tom. II. pag. 472. Fuit sane censura apud Romanos

Delph. et Var. Clas.

Apul.

omnium dignitatum præstantissima. Vide Casaub. ad Capitol. Pertin. c. 13. ubi propterea 'Censorium fatus' pro magnificentissimo usurpatur. Ceterum observat Spanhem. l. c. Hadriano *Censoris* titulum in nummis et Inscriptionibus non tribui. Sed Appul. hunc titulum præ ceteris usurpavit, respectu severioris morum disciplinæ in homine Censorio (cf. infra ad p. 421.) qui tamen amatoria scribere non dedignatus erat. J. B. *Quod Imperator, et Divus, et Censor Hadrianus fecit*] Plus est *Divus*, quam *Imperator*, et plus *Censor*, quam *Divus*; in hac utique re. Nam *Divi* illi Ethnicorum etiam spurcissimis amoribus exarsisse finguntur. At *Censores*, vindices horum flagitiorum. *Scip. Gent.*

*Pudicitius*] Flor. 2. *pudicius*: recte. Elmenh. Correxerat etiam Lips. in marg. et expresserat jam Ed. Junt. post. quod postea e Florent. Mss. cum Elm. exhibuere Scriv. et Flor. quam Ed. Bip. veterem lectionem revocaverit. *Pudicius ἀνδρῶν* formatur a *pudice*, et est apud Plant. in Most. IV. 3. 15. Amat quidem *Noster* adverbium in us, (v. Oud. ad Met. I. p. 45. a. et 49. b.) ut formare potuisset *pudicitus*, ad exemplum τῶν, 'publicitus,' 'humanitus,' et sim. Sed talium adverbiorum comparativi in *itis* nondum vidi exemplum: et sæpe videtur *pudicitior* male in Mss. scriptum inveniri, etiam in poetis, ubi metri ratio illud respicit. cf. Burm. ad Anthol. Lat. I. v. Ep. 32. Pro *pudicius* pugnat quoque haud raro affectatum ab Appul. *δυσσελέντων* in *pudicius* . . . *simplicius*. J. B.

*Omnibus profanis incognita*] Locus Platonis, quem intelligit, est in Convivio: et ibi hoc explicat doctissimus Ficinus cap. VII. allegorice, ut solet. Cæterum Appuleius noster brevissime hæc narrat, quæ Plato illic longissima oratione edidisset. *Scip. Gent.*

*Geminam*] Vide Symposium. Colv.

9 K



Plato in Convivio f. 181. Μη ὁρῶς δὲ αἰσχρὸν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἔρῳ, καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἕξιος ἀπομιμῆζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλὸς προτρέπων ἔρῳ, ὁ μὲν οὖν τῆς παιδείας 'Αφροδίτης, ὅς ἀληθῶς παιδείῳ ἐστὶ, καὶ ἐξεργάζεται, τι αὖ τύχῃ. καὶ οὗτός ἐστιν ὃν οἱ παῖδοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσι. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν οὐχ ἦττον γυναικῶν καὶ παίδων ἔπειτα, ὃν καὶ ἐρῶσι, τῶν συμπτῶν μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν. ἔπειτα ὅς αὖ δύνανται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλοῦ, ἢ μή. ὅθεν δὴ ἐπιβαίνει αὐτοῖς ὁ, τι αὖ τύχῃ τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθόν, ὁμοίως δὲ τοῦναντίον. ἐστὶ γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ θεοῦ νεωτέρας τε αὐτοῖς πολλὴ ἢ τῆς ἑτέρας καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄρρενος· ὁ δὲ τῆς οὐρανίας πρῶτον μὲν, οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον (καὶ ἐστὶν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως) ἔπειτα προσβυτέρας, ὕβρεως ἀμείρου, ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου ἔρωτος ἔκπνοι, τὸ φύσει ἔρρωμενέστερόν καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Himerius Sophista apud Photium fol. 607. πάνθ' ἡμῃ δ' 'Αφροδίτῃ πρὸς τὴν οὐρανίαν οὐδὲν κοινόν· ἢ μὲν γὰρ Βεβήλους καὶ οὐ καθαροὺς τὴν φύσιν γυνεὴ τοὺς ἔρωτας· τῇ δὲ χρήσει μὲν οἱ πόδες, χρυσὸν δὲ τὰ τοῦτον καὶ βέλῃ. σκοποὶ δὲ αὐτοῖς ψυχὰ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι. Elmenh. Geminam esse Venerem Deam] Tertiam addidere quidam. Pausanias in Arcadicis: 'Veneris in ea simulacra tria. Unum Cælestem Venerem, alterum popularem cognominant. Tertium sine proprio colunt nomine.' In Bæoticis vero Tertie nomen exprimit, ut a Thebanis colebantur. 'Tres,' inquit, 'Veneres sunt, quarum unam Cælestem, alteram Popularem, tertiam Apostrophiam nominant. Cognomina hæc imposuit Harmonia: Cælestis, sive Uranie, purum significans, et corporum cupiditate vacantem amorem. Popularis ob venereos congressus: Apostrophie, id est, Aversatricis, quo ab exlege cupiditate et

incestis stupris hominum genus averteret. Multa enim apud barbaros, multa apud Græcos sciebat Harmonia turpiter commissa,' &c. *Scip. Gent. Geminam esse Deam Venerem*] Plutarch. *ἔρωτικ.* Achill. Tat. l. vii. Max. Tyr. Dissert. 8. 9. 10. et 11. *Pric.*

*Vulgatiam*] Πάνδημον 'Αφροδίτην, quam Lucretius 'Volgivaquam' vocat, Marcian. Capella 'Voluptuariam.' *Idem.*

*Percita p. amore*] L. *quæ sit prædita p. amoris.* Non enim ipsa Dea amore percitur, sed amore alios percit, et percellit. Mansit ea vox in seqq. non tamen intellecta ab iis, qui eam h. l. alienum illi adstruxerunt. Sic enim leges: *Alteram vero Cælestem Venerem, prædita quæ sit optimati amoris:* dandi, inquam, casu, non auferendi. Neque est aliud prædita, quam præfecta. Eandem vocem eodem significato Seneca alibi reddidi, de Tranquill. vitæ c. 2. 'Cum potentes imperio præditi, et consensu servientium validi.' Antea male fuerat editi. Sed Noster sæpissime usus, e quo dabo saltem unum de Deo Socratis: 'Ac ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit.' *Acid.* Doctissimus Acid. et hoc, ut mihi videtur, acute observavit, non *percita*, sed *prædita* legendum esse. Non enim, inquit, Dea amore percitur, &c. *Scip. Gent. Prædita* legendum esse vidit quoque Meurs. ad Lycophr. Cass. vs. 112. sed præclare, ni fallor, insuper emendavit Acid. *amori.* De τῇ *præditus* pro *præfectus* vid. ad l. de Deo Soer. p. 183. b. cf. et p. 154. a. Miror in mentem hoc non venisse Pricæo, infra, ubi vide ad illud, 'prædita quæ sit optimati amore.' J. B.

PAG. 420 *Seræ*] Male Colv. *sera* c. præcessit imperitandi vox, cui respondet τὸ *seros*. Utraque sententiæ loci perquam concinna. Cephalus apud Platonem τῶν ἡδονῶν πόδες, λυττῶντα καὶ ἔργον δεσπότην vocat. Meminit Theodoret. Serm. περὶ πρακτ. ἀρετῆς.

Paris de Sophocle Plutarch. Tract. *de edictis* [p. &c. Ammian. Maro. lib. xxv. Philostrate. de vita Apollon. i. 10. Pric. Mss. Pith. *sum*, D'Orv. *sum*. Colv. *sum*: male. Similiter de amore Ovid. Rem. Am. vs. 54. 'Utile propositum, sævas extinguere flammæ, Nec servum vitii pectus habere sui.' De adjectivo *servus* v. Heins. ad Ovid. Am. i. 6. vs. 74. J. B.

*Pancis curare*] Nihil mutandum, Plautus Trinummo: 'Sed ego sum inapientior qui rebus curem publicis:' et in Truculento, 'curare alienis rebus.' Vide Nonium. Sic paulo post: 'adeo rebus meis curat.' Casaub. *Pancis curare*] Eadem infra syntaxi, 'adeo rebus meis curat:' et in de Deo Socrat. 'quibus eorum singuli curant.' Plantus passim: sic 'cupere alicui' Cicero ad Quint. Fratr. 'Alicui malle' in de Pallio Tertullianus. *Pric.*

*Quippe ejus amore, &c.*] Ne hic quidem ulla sententia nedum bona. Legero vero: *Quippe ejus amorem non amantem et lascivum, sed contra incorruptum et serium, pulchritudine honestatis, virtutis amorem amatoribus suis conciliare*: vere Platonica sententia: non dubium autem deesse vocem *amorem* ante *amatoribus*, quam restituimus. Nemo nescit, quam sæpe factum, sæpe fiat ab oscitantibus scribis, ut similitum vocum vicinarum alteram omittant. Casaub. Valde turbat hic locus, et deesse vocem censet V. Cl. Is. Casaubonus. Ego sic restituendum autumo, *Quippe cum amorem non a. &c.* Hæc est nimirum sententia Madagrensis istius philosophi. Eum (scilicet amorem Veneris celestis) amatoribus suis virtutis pulchritudine præditis, et honestatis, non amorem amantem ac lascivum conciliare, sed vero serium ac incomptum. Tò *honestatis* valet *ornatis*, ne quis genitivum esse putet nominis substantivi, ut loquuntur Grammatici. *Mens.* Legero *honestatis et virtutis*. Brantius. Flor. 2.

*virtutes amat. s. c. Elmenh. Q. ejus amore non am. et l. sed c. inc. et ser. pulchritudine honestatis virtutis amat. suis conc.*] Hæc est constans Edd. vet. ante Casaub. lectio, nisi quod Ald. et Junt. post. habeant *virtutes*: quibus cum nullam inesse sensum probe videret Casaub. primum quidem legendum monuit *amorem*, ut edidere seqq. exceptis Sc. Gent. et Pric. qui, credo, Matorum auctoritatem desiderabant. Hanc autem jam habemus in Mss. Florent. et D'Orv. qui diserte præbent *amorem*: et, nisi ita legamus, nihil est quo referri possint adjectiva *amantem, lascivum, &c.* Non tamen cum Meursio leg. *cum amorem*; nam non de ipso amore, sed ejus præside Venere, sermo fuerat in præcedentibus. Quæritur dein, utrum *honestatis* sit substantivum, an vero participium, quod vocant, verbi *honestare*. Illud si sit, quo tam referatur *virtutis*? quod tamen exstat in nonnullis Mss. et Edd. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. Vulc. pr. Cas. Gent. Pric. Vidit id quoque Casaub. qui propterea inserendum putat *amorem*, ut revera editum in Edd. Vulc. sec. tert. et Wow. Sed quam frigide dictum, amorem conciliare virtutis amorem, pulchritudine virtutis: nam *honestas* et *virtus* non differunt, ut postea videbimus. Quod idem dicendum de conjectura Crusii Probab. Crit. cap. 9. rescribentis *virtutem*. Maluerunt itaque Elm. Scriv. Flor. servare lectionem Edd. Ald. et Junt. post. *virtutes*, quam e Ms. Florent. dedit Elm. ad stipulantibus Ms. D'Orv. et Salm. in marg. Non male. Xenoph. in Sympos. c. 8. § 10. *Εὐδαιμον ὁ δὲ καὶ τοὺς ἔρωτας τῆν μὲν Πάθημον τῶν συμμάτων ἐπιτέμνει, τῆν δ' οὐρανίαν, τῆς ψυχῆς τε καὶ τῆς φύλλας καὶ τῶν καλῶν ἔργων.* ut sint *virtutes*, quæ τὰ καλὰ ἔργα vocat Xenoph. Hanc vero lectionem improbat Gronovius Obs. i. 24. quem equidem non intelligo, aientem, *virtutes* corpora non esse, et de Socrate

tica, h. e. casta *ἀνδραγαθία* loqui Auctorem. Nam de corporibus statim domum loquitur Auctor: 'Et si quando decora corpora commendiet.' Imo *virtutes* per se non improbandum, 'cum omnes rectæ adfectiones virtutes appellantur:' ut ait Cic. Tusc. Qu. II. 18. Verum animavero longe aliam rationem inierunt Salm. Epist. 80. Meurs. et Gronov. l. c. et in Epist. ad Salmas. l. supra cit. capientes *honestatis*, non ab 'honestate,' sed a verbo 'honestare;' quomodo sane 'honor,' 'honestus,' et 'honestare,' sæpe usurpantur de pulchritudine, qualis scilicet cadit in honestos homines: atque ita quidem ut Salmas. legat *honestates virtutis amatores suos*; Gronov. *honestates virtutis, amatoribus suis*: ut ait sensus: Amor ille incompertus et serius τὸν ἐράμενον τῷ ἐραστῇ non formæ bonæ, sed virtutis pulchritudine commendat, atque inter eum, qui hæc honestatus sit, amatoremque, leno est. In tanta sententiarum diversitate certi quid statuere perquam difficile est. Sed parvi non facienda est lectio eod. Pith. *pulchritudinem*, quam equidem verissimam puto, ita quidem ut *virtutis* glossæma esse τοῦ *honestatis* arbitrer, totumque locum sic legendum: *Quippe ejus amorem non æternum et lascivum, sed contra incompertum et serium pulchritudinem honestatis amatoribus suis conciliare.* i. e. φιλοκάλῳ ἐν-πράττει, φιλοκάλῳ ποιεῖν amatores suos, vel ἐγχειρέσθαι πρὸς τὴν ἀρετὴν τοῖς ἀξίους ἐπιμαχίας ut de celesti amore ait Plutarch. Erot. p. 751. *Honestatem* autem animam esse virtutem, omnes alias complectentem testatur locus Cic. de Fin. II. 18. 'Habes undique expletam et perfectam, Torquate, formam honestatis, quæ tota his quatuor virtutibus, quæ a te quoque commemoratæ sunt, continetur.' Bene igitur locum intellexit, quicumque supra scripsit *virtutis*, quæ vox deinde, ut fieri solet, in textum irrepit. Si tamen *virtutis* retinere ma-

lis, cum Brant. possis inserere et, quod tamen mihi non perplacet. Labet adscribere locum Ammiani Marcell. l. XXIX. 2. § 16. 'Ex adolescentia virtutum pulchritudine commendabilis præminebat, vir quieti placidique consilii, honestatam leniam morum velut ad perpendicularium librans.' J. Boescha. *Incompertum*] Mihi magis placet scriptura Basil. Cod. *incomitum*. Brantius. Flor. 2. *incomitum*. male. *Elmenh.* Displicet τὸ *incompertum* Casaubono, *incorruptum* vere reponit. Quod pace ejus licent, dissentio etiam hic. In Codd. Rom. Ven. et Bas. exaratum fuit *incomitum*. Quod profecto rectum, et est ἀρχαῖον. *Comitum* pro *comitum*, ut *Teritum* pro *tritum*. Talia non pauca observavimus et notavimus olim ad Catenam de Re Rustica. *Meurs.* Præbent sane *incomitum* Mss. Florent. Pith. Edd. Rom. Vlc. Junt. pr. Bas. pr. Sed rectius in reliquis *incompertum* quod propagnat quoque J. Fr. Gronov. Sylb. Epist. t. II. p. 528. Sic Met. l. v. p. 872. absente Venere dicitur esse 'non voluptas ulla, non gratia, non lepos, sed incomperta et agrestia et horrida cuncta.' Recte autem opponuntur sibi 'amor amonius' (de qua voce cf. Ind.) et 'incompertus,' quemadmodum supra. pag. 407. Ed. Flor. 'Capillus amonius ei, qui est inenodabilis incuria comendi.' *Incorruptum*, quod malebant Casaub. et Salm. auctoritatem habet Bombini Cod. Est etiam, qui legat *incompertum*: quomodo *compositus* et *incompertus* opponuntur ab Arnob. lib. II. p. 45. 'quia numerosum et instructum compositamque sermonem aut ipsi vos nostis efferre, aut incompertus cum fuerit, scire.' J. B.

*Abstergere*] Ita libri omnes, necio quam Latine. Scriptæ Ap. *abstergere*, aut *abstergere*? ut infra, 'Vitam suam procul ab hujusmodi criminibus abstergere.' An fors *abstergere*, pro pellere, fugare, Lucratium sequutus:

'Sed fugitare decet simulachra, et fabula amoris Absterrere sibi:' si hoc, pro a contumelia, lege contumeliam. Pric. Intellige: Amorem Cœlitis Veneris absterrere amatores suos: ut locum a Priami conjectura vindiceat Gronov. Obs. l. c. J. B. Si quando decora corpora commendet, a contumelia eorum procul absterrere] Xenophon τὰς. v. Οἱ δὲ καλεῖ καὶ ἀγαθὸν ἡσυχαιοῦντες καὶ χαρίων καὶ ἰσχυρὸν ἀγαθόν, καὶ γυναικῶν καλῶν, ὅμους ἰσχυρῶν τοῦτων βαλὺς δύνανται ἀπείχεσθαι, ὥστε μὴ ἀντεσθαι αὐτῶν παρὰ τὸ δίκαιον. Pric.

Admonet] Flor. commoneat. Eimenh. Ducere eo videtur etiam Mss. Pith. ammonent, et probat V. D. in Obs. Misc. v. ii. p. 188. adlegans Plant. Rad. iii. 4. 'meorum absens miseriarum communes:' cui addere potuisset ipsum Appul. Met. xi. p. 816. 'rursus sacrorum commonet:' et alibi: nam sæpe utitur τῷ commoneo Noster. ut l. v. p. 842. l. vi. p. 436. l. ix. p. 624. sed simplicius etiam τῷ admonere, cum genitivo. V. ad Met. ii. p. 166. a. Item iv. p. 259. 'salutis communis admonens.' L. x. p. 668. 'ne ruboris admoneretur.' vii. p. 490. 'calcis illius admonitus.' Perperam autem plar. num. legitur in Mss. Florent. et Pith. est enim quod pronomen, non conjunctio. J. B. Neque enim quidquam aliud in corporum forma diligendum, quam quod admonent divinos animos ejus pulchritudinis, &c.] Joh. Scholast. de religioso quodam Grad. 15. Κάλλος θεοσάμειος, τὸν ποιητὴν μεγάλως ἐδέξατο, καὶ ἀπὸ μέγας τῆς δόξης αὐτὸν ἀγάσσειν θεοῦ, &c. κατεπέφερο. Porro signalissimè Noster admonent. Platarch. Ἐρωτικ. Τὸ τοῦ σφαιρῶτος κάλλος τῆς μνήμης ἔργον. Pric. Neque enim quidquam aliud in corporum forma diligendum] Appulsius autem nostrum toto hoc libro πλατωνικῶς manifestam est, etiam cum Platonis nomen reticet. Quale hoc ipsum est, quod hoc loco dixit, ex illius

dialogo Phædro, ubi de Pulchro agit, sicut et in Hippiia et in Symposio. Sed maxime ex Protagora hæc Appuleius hauriasse videtur, in quo Socrates ait se a Diotima, fatidica ann. didicisse artem amatoriam, qua per corporum pulchritudinem gradibus veluti quibusdam ad pulchritudinem Divinam adscenditur. Idem in Charmide. Scip. Gent.

Quam prius] Ἀναστροφῇ. Propert. 'Quam prius abjunctos sedula lavit equos:' sic et in Copa Virg. 'Quam potius.' Plant. Trucl. 'Din quam.' Attici ἢ πρὶν pro πρὶν ἢ, ut notat Scallig. Pric. Recte Florid. Minus bene Pric. ut declarant seqq. 'non tam amat sapiens, quam recordatur:' scilicet ejus pulchritudinis, quam prius veram et sinceram inter Deos vidit: secundum Socratis et Platonis placitum τὴν μάθησιν εἶναι ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησιν τευχέναι οὖσαν. Plato in Phæd. cap. 22. ἡπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι, καὶ εὐθὺς γινώσκοντες, εὖ μόνον τὸ ἴσον... ἀλλὰ καὶ ζήμωσαν τὰ τοιαῦτα· οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου εἶναι λόγος ἡμῶν μᾶλλον τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ κ. τ. λ. ... ὥστε ἀναγκάσιον ἡμῶν εἶναι, τοῦτων ἀπέναντος τὰς ἐπιστάμης πρὸ τοῦ γενέσθαι εὐλογεῖν. J. B.

Amabilis sapiens, cupient ceteri] Nonius Marcellus: 'Cupido et amor idem significare videntur, et est diversitas. Cupido enim inconsideratum est necessitatis, amor judicii. Afran. homines amabilis sapiens, cupient ceteri.' Brant. Vid. Xenoph. τὰς. 5. Marc. Capella: 'Consociato sibi quodam puero residente, qui nec Veneris voluptuarie filias erat, et tamen amor a sapientibus dicebatur.' Pric. De differentia Amorem inter et Cupidinem fusius disputat Maxim. Tyr. Diss. xxvii. J. B. Amabilis Sapiens, cupient ceteri] Ex Stoicorum decretis hoc promptum. Seneca Epistola xxi. 'Solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est.' Scip. Gent.

PAG. 421 *Neoptolemi Enniani*] Est apud Cic. *Tusc.* II. *Brut.* Fusc hoc argumentum tractat Lælius Bisciola Horar. Subalc. tom. I. lib. III. c. 3. *Pric.*

*Rependuntur*] Ed. Vlc. *repēduntur*. Observa *κακοῦχλια* in 'propensam,' 'adpendices,' 'repēduntur.' J. B.

*Superest*] *Superesse* quid hoc loco sit, aut quo sensu dictum, ignoro plane. Vide quid erui possit e Gellii I. 22. *Pric.* Nodum in scirpo quærere videtur V. D. Bene interpretatur Floridus: Quod mihi dicendum restat, antequam veniam ad ipsa crimina, i. e. ad primariam accusationem. J. B.

*Audias ut adhuc fecisti, libenter et diligentē*] Cicero Verr. VII. 'Quæso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite.' Philipp. XIII. 'Ut adhuc fecistis, me attente audiat.' Pro Cluentio: 'Ut adhuc me attente audiat, item quæ reliqua sunt audiat.' Infra Noster: 'Quæso, uti adhuc feceritis (lege *fecistis*) vel si quo magis etiam potestis, ipsam fontem et fundamentum mendacii hujus diligentissime cognoscatis.' *Pric.*

*Censoria oratio*] V. C. *certatoria*. Sciopp. in Symb. Fulvii liber *certatoria oratio*. Elmenhorstius. Seneca III. Controv. I. 'Quamdiu citra jocos se continebat, censoria oratio erat: id est, censoriæ severitatis plena. Aliud est, 'Censura speculi' Mart. lib. VIII. Epigr. 52. In V. C. legi aiunt, *longa illa et certatoria oratio*: ferri hæc locutio potest. Cicero 'concertatorium et refractariolum dicendi genus vocat.' *Scip. Gent.* Ma. Pith. *cesoria*. 'Censoria oratio' hic est, quæ censoria severitate et exprobratione carpit: ut 'virgula censoria' Quinet. I. O. I. 4. 'quo quidem ita severe sunt uti veteres Grammatici, ut... versus... censoria quadam virgula notare... permiserint sibi.' Sic 'censor,' 'censura,' 'censorius' aliquoties de severiore morum disci-

plina usurpantur. Capitol. in vit. Maxim. et Balb. c. 6. 'censoria præfectura,' i. e. severa. Spart. in Pesc. Nigr. cap. 7. 'censura erga milites.' Treb. Poll. 30. tyr. c. 8. 'tam censorius, tam severus.' cf. ibid. cap. 6. et 33. id. in Galien. c. 3. 'censuram parentis eum ferre non posse: quorum quædam notata jam video a Santenio ad Prop. IV. 11. 41. Arnob. VII. pag. 239. 'consecrare turpissimas res eis, quas censor animus respuat.' Amm. Marc. XVIII. 1. 'Numerium... accusatum ut furem, inusitato censorie vigore' (nescio an non melius *rigore*) 'pro tribunali palam admissis volentibus audiebat.' Tertull. de Pall. 3. 'censoriæ intentionis... passivitas.' id. de Pudic. 16. 'Si vis omnem notitiam Apostoli ebibere, ut intelligas, quanta securi censure omnem sylvam libidinum cædat: et sic infra pag. 435. 'philosophiæ censura' opponitur 'indulgentiæ fortunæ.' Alias *censorium* interdum dicitur de eo, quod censoria nota dignum est: cf. Ernesti Cl. Cic. Tandem peculiari notione *censorius* usurpatur apud Capitol. in Pertin. c. 16. cf. supra ad p. 419. quo sensu nescio an alibi occurrat: nisi quod Calepinus notet etiam: 'Censoriæ vestes, *ιμδρια τιμαστικά* dicebantur, quibus Censores merito uti possent.' J. B.

*Pene disruptus est Pudens*] Ex his verbis confirmatur superior emendatio. *Scip. Gent.* *Pene disruptus est Pudens*] A vocis intentione nempe, quod in foro non infrequens. Cicero: 'Disrupti pene me in judicio Galli Cavinii.' Lucian. Dial. adv. indoct. &c. *διακεκρωμένοι καὶ διαρρηγμένοι, βοῶντες*. Solebant Patroni Actoresque hanc *φωτὴς τόνον καὶ τραχύτητα προσθεῖναι*, ut incenderent animos judicum, ultra verbis fidem quærerent. Lepidum in hanc mentem est Demosthenis illud apud Chæronensem: *Λέγειται, ἀνθρώπου προσελθόντος δαομένου συνηγορίας, καὶ διεξιόντος ὡς ὑπὸ τοῦ λάβου πληγῆς*,

ἀλλὰ σύ γε, φάσαι, τοῦτον ἂν λέγεις, οὐδὲν σέσωκας. ἐπιτείνοντας δὲ τὴν φωνὴν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ βοῶντος, Ἐγὼ, Δημόσθεος, οὐδὲν πέποιθα; νῆ Δία, φάσαι, νῦν ἐκούσας φωνὴν ἀκουομένου καὶ πεπαισθότος. οὕτως ἔφετο μέγα πρὸς πλοῦτον εἶναι τὸν τένον. *Pric.*

*Aliquid*] Bene interpretatur Florid. 'crimen alicujus momenti.' *J. B.*

*PAO. 422 Accipi me necesse est*] Hæc est Mistorum O. et Edd. ante Vulcan. vera lectio, ejus proprietatem h. l. perspexisse non videntur Vule. et Wow. qui τὸ me hinc translulerunt post *exornari* quoque, neque Elm. Scriv. Flor. qui illud ante *accipi* posuerunt, ut ita jungeretur τοῖς *exornari* solere. Latissimè dicitur 'accipior exornari solere;' atque adeo non minus Latine *accipi me necesse est*, &c. Frequentissima est hæc loquendi ratio apud Latinos auctores. En insigniora aliquot exempla quæ facile sexcentis aliis possent augeri. Noster de Dogm. Plat. lib. III. pag. 641. Ed. Flor. 'agnoscetur particularis abdicativa non esse convertibilis.' Cic. ad Att. v. 18. 'Bibulus audiebatur esse in Syria;' de Amic. 17. 'quidam in parva pecunia perspicuntur, quam sint leves.' Ovid. Am. lib. II. El. 6. vs. 61. 'Colligor ex ipso domine placuisse sepulcro.' Amm. Marc. XIX. 12. 'Parnasius... pulsus est in exsilium, sæpe auditus antehac retulisse;' id. XX. 7. 'accepta fide, quod redire promitteretur incolumis;' id. XXIII. 6. § 63. 'civitates tres solas habere noscuntur;' id. XXIV. 6. § 15. 'ignoratus ubique, dux esset an miles magis.' M. Anton. phil. in Ep. apud Spart. in Clod. Alb. 10. 'michi exanimis prope jam nunciatus est.' Lamprid. Heliog. 14. 'quando eidem nunciaretur consobrinus occisus.' *J. B.*

*Thymelicum*] Ed. Vic. Tim. Ms. D'Orv. ækim. De choragio Thymelico vid. Rittershus. ad Salvan. comm. p. 62. et cf. Ind. *Idem.*

*Tragædi syrmatæ histriæ*] Sic in

Aldina ed. et Bas. 2. aliquo saltem cum sensu legi visum. Romæ est, *Grægidii syrmatæ histriæ*: in Bas. 1. *Tragidii Sirmatæ histr.* Aliquid aliud latet fortassis, quod necdum indagare potuimus. Certe perplexissimus hic totus locus est. *Cole.* Nihil planius ista lectione. At *tragædi histriæ*, quia tragicorum histriæ ornamenta erant *σώματα, στατοί, ξόνηδες*, et *χρυσόσφρα*, id genus *ἱμάτια* personis apta, quas ipsi sustinebant. Valerius in Phormione: 'Quid hic cum tragicis versis et syrma facis?' Valerius Maxim. I. VII. 'togam velut tragicam vestem in foro trahens.' Frustra igitur sunt, qui hic mendum suspectant. Qui etiam in eo gravissime errant, quod ex Luciani loco quodam male intellecto, mimorum centunculos cum ornamentis tragicis confundunt. Sed hæc alterius loci. *Casanb.* Rom. *Grægidii s. h.* vide *Casanbon.* Ro. *crocatumve ad T. o.* Flor. 2. *crocata ad argia*: male. *Elmenh.* Salmas. ad Pall. Tertull. legit et distinguit *Tragædi Syrmatæ, histriæ crocata, Mimi centunculo.* Casanbonus altera lectione nil planius agnoscit. *Pric.* Pro *Tragædi* in quibusdam libris esse *Grægidii* obiter monet Schottus Nod. Cicero. IV. 10. et revera exstat ita non solum in Edd. Rom. Vic. Junt. pr. sed et in Mas. D'Orv. et Pith. *Grægidii.* Ed. Bas. pr. *Tragidii.* Sed hæc memæ sunt librariorum aberrationes; uti et quod in Edd. Bas. legitur *syrmatæ*: quod etiam Rutgers. infra conjecit *Thargelii*, illud vix cuiquam placere posse putem. Recte autem Bourdelot. apud *Pric.* distingui jussit post *syrmatæ*, quum antea poneretur comma post *histriæ*: nam licet *histriæ* tam tragædiæ, quam comædiæ actorem dici posse non negem, sæpius tamen 'pantomimi,' 'histriæ,' et 'mimi,' junguntur diversi a tragædiæ, ut Arnob. I. IV. p. 151. Noster Flor. N. XVIII. 'tragædus vociferatur; funerepus periclitatur; præ:

atigiator furatior; histrio gesticulatur: ubi cf. Oudend. Tertull. de Spectac. 26. 'Tragedo vociferante... et inter effeminati histrionis modos.' Sueton. in Cal. c. 54. 'quo minus et tragedo profusculanti concineret, et gestum histrionis... palam effingeret: quem locum debeo Salmasio ad Vopisci Carin. cap. 19. docenti *histrionem* passim dici de *παρρησιᾷ* et saltatore, ac distingui a Tragedo. Erat etiam histrionum vilior conditio, viliores etiam mores (cf. infra p. 523. Elmenh. ad Arnob. l. vii. p. 230.); et eorum in primis erat feminarum gestus exprimere (vid. omnino Laetantii loca cit. ab Elmenh. l. c.): quare recte histrioni tribuitur *crocata*, quod feminei vestimenti genus est. Vid. ad Met. lib. viii. p. 579. b. Nihilominus pro *crocata* in Edd. Rom. Vlc. Junt. pr. Bas. pr. legitur *crocalumme*, in reliquis *crocalove*, nisi quod Florid. Bourdelotii conjecturam expresserit *crocalo ut*. Nihil sane frequentius est quam in tali re, in primis ubi de Bacehi festis sermo est, *crocali* mentio: sed præcessit et sequitur vestimenti genus, *symma* et *centunculus*; quare et hic vestimenti genus requiri videtur. Verum quod rem extra omnem dubitationem ponit, est, quod ducunt eo Mss. quorum quidem Florent. duo et D'Orv. diserte præbent *crocata*: quam adeo lectionem primus expressi, munitus auctoritate Salmasii ad Tertull. Pall. pag. 324. Gronovii in Syllog. Epp. t. ii. p. 529. Oudendorpii ad Met. l. viii. p. 772. J. B. Tragedii *symmate histrionis, crocalove ad Tr. O. mimic.*] Mendosissimus certe locus. Primum in priori membro ludorum nomen requiri facile videbit is, qui in posteriori *Orgia* legerit. Deinde quid est, *mimi centunculus*? Aut cui is in Trietericis bono? In Romano *ἀντὶ τοῦ Tragedii*, legitur *Gragidi*. Certe legendum est *Thargelii*, et pro *mimi*, legendum *hinni*. Hoc enim vult. Thargelii, quod

celeberrimum Apollinis festum fuit, ludos scenicos in ejus Dei honorem, itemque choros celebrabant. Chorum, qui is præerat, minus erat, eos omnibus is instruere, quibus ad apparatus opus erat: cum tamen is ipse non uteretur. Hoc ergo dicit, quod Orator dicit: speculo me abuti objicis, ideo quia domi habeo. Quod perinde est, ac si, cum choragum scenicis vestibus instructum vides, eum Thargelii in scena histrionem agere, aut in choris Crotalo, aut in Orgia Nebride uti dicas. Neque enim necesse est, ut, si quid possideo, eo utar. Potest Socrates possidere Sicynia, quibus tamen non induetur. Eleganter autem *ἄντι centunculus* *ἢντὶ τοῦ θάργελου* vocat, qua induti Bacchantes orgia celebrabant. De quo quia pleni sunt Græcorum commentarii, non est, quod hic pluribus mihi agendum sit. Totus igitur locus sic concipiendus est: Quid enim, si choragum *thymelicum* possiderem, num ex eo argumentarer etiam, uti me conducere Thargelii *symmate histrionis, crocalove*? ad Trieterica orgia, *hinni centunculo*? Rutgers. Illa ad Trieterica orgia, itemque aut quod antè *mimi cent.* inseruit Cæs. cum Pric. et Flor. penitus expungenda censet Salmas. l. supra cit. et Epist. 80. cum Gronovio Syll. Epp. tom. ii. p. 529. atpote Glossamenti vice adposita *τῷ crocalo*, quod depravatam fuerat ab eo, qui quid esset *crocata* nesciebat. Malim utique hoc quam locum amplius interpolare; quod fecit Rutgers. Et sane in Mss. quorum excerpta ad nos venerant *τῷ Trieterica* ne vestigium quidem apparet; et Pith. quidem *croco orta argia* num *centuale* vel *centiate*: unde forsitan simpliciter legendum *histr. crocata*, atque *mimi centunculo*: nam inter *τὰ crocala* et *mimi* vocabuli alienigena vestigia in Mss. adsunt. Antiquissimæ tamen Edd. servant Trieterica, quod propterea penitus ejicere non ausim.

Interim, quo mines patem *tà ad Triclerica orgia* pertinere ad *tà histriónica crocata* facit Auctoris nostri consuetudo, quam fere ad fastidium usque affectat, periodum in paria membra partiendi, aut in longiore membro eam claudendi, quo numerosior fiat oratio. Quare aut a mala manu sunt ista *ad Triclerica orgia*, aut scripsisse Appuleium existimo *tragædi symmate*, *histriónica crocata*, vel ad *Triclerica orgia* *nimi centunculo*. *Crotaloe* est in Edd. antiquissimis, unde detractam ultimam syllabam mutavi in *vel*. Boardelotii conjecturam ut *ad Triclerica orgia*, aut *m. c.* expressit Flor. J. B.

*Centunculo*] Nam histriónica vestes e centosis variis pannisque nihili et attritis olim conficiebantur. Lucianus Epistolis Saturnalitis: 'Ο λήρυσσεν μὲν τὰ ἔξω, κατέσφαρξεν δὲ τὰ ἔσω, ἥτερον αὖ τραγικὰ ἐσθῆτες, ἐκ βασιῶν πάντων ἐντελέων συγκεικομμένα. *Colo*. *Tragædi symmate histriónica*] Fœnum esse oportuit qui vocem, *Symmate*, hic sollicitaverunt, quum nihil sit magis proprium. Vopiscus in Carino de Jun. Messala loquens: 'Matris tunicam dedit mīmæ, lacernam patris mīmo: et recte, si avie pallio aurato atque perpurato pro *Symmate* *Tragædas* uteretur.' Martialis lib. 11. Epigr. 49. 'Musa nec insano *Symmate* nostra tumet,' id est, longa et tracta oratione, qualis est *Tragædorum* vestis. Idem lib. xii. cap. 96. 'Transtulit ad *Tragicos* se nostra *Thalia* cothurnos, Aptasti longum tu quoque *syрма* tibi.' Et ibi doctus Domitius illud Valerii notat: 'Quid hic cum *Tragicis* versibus et *syрма* facis?' et Javenalis, '*Syрма* vel *Antigones*,' id est, *Tragædia* Accii cui nomen *Antigona*. *Scip. Gent. Crotaloe*] Scholiast. Aristoph. Νεφέλ. *Κρόταλον κυρίως δ' οὐχ ὀξύμενος κλάμας δ' αὐτοσπασαυόμενος, ἐστίν ὃς ποτε ἤχῳ, εἰ τις αὐτὸν δουρὶ τῶς χειρὶ καθάπερ κρήνη ἀπορῶν*. Eustath. in Homer.

Ἰλιδ. λ. *Κρόταλό εἰς σκίον τῷ δὲ δουρὶ τὸν τυχὸν ἢ ζῆλον, ἢ χαλκὸν, δ' ἐν χειρὶ κροτάσματα δορυβί*. Joan. Sarisburiensis. (aut profecto variis Scholiastes ejus) 'Crotala sunt sphaerulae sonoræ, quæ quibusdam granis interpositis, pro quantitate cui, et specie metalli, varios sonos edunt.' Vide quam ab invicem differant hi Magistri. Et certe in veteris Musices instrumento nil ignotius occurrit, sive formam, sive materiam spectes, sive quatiendi modum. Mitto de prioribus dicere: libet hic de modo quærere: nimirum quo discrimine a *sistrali* agnosceretur. Nam quæ de utroque hæc parte legi, adeo consimilia sunt, ut quid quo loco subintelligam, vix dicere habeam. Rem illustratam eo scriptorum commissione. Noster describens *Sistrum* in pompa *Isidis*, Miles. xi. 'Æneum crepitaculum' vocat, 'cujus per angustam laminam in modum baltæi recurvatam trajecta medius paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminus ictus, reddebant argutum sonorem.' Plutarchus de *Isid.* et *Osir.* *Τῇ ἐκείνῃ τοῦ σεστρου κατὰ κορυφὴν ἀπορρέουσιν ἀλλοιποὶ ἀνθρώπων πρόσπων ἔχοντα, κατὰ δὲ ὑπὸ τὰ σείδματα, τῇ μὲν ἰσίδος, τῇ δὲ Νέφθους πρόσπων*. Ex Scriptoribus his (ut id obiter dicam) conjunctis, en exactam *Sistri* deformationem, qualemque nuper vidimus in Italia eusam, e Museo Francisci Gualdi Ariminensis Equitis; omnium, quotquot uspiam pietas vidi, longe optimam eam, et (ut puto) non pessimo consilio hæc oblatam tibi. [Sequitur in Ed. Præm delineatio *sistri*.] At in viam e diverticulo. Vides in *Sistri* concussione *crispans brachium*; jamque Virgilius audi ut *Crotalistrium* describit: 'Copa Syriaca caput Graia redimita mitella, Crispum sub crotalo docta movere latus: Ebria formosa' (scribe fumosa) 'saltat lasciva Taberna, Ad cubitum raucos excutiens calamos.'



quæro hoc loci quid est 'crispum latus,' scilicet an alios motus signet ab Appuleii 'crispante brachio,' et *χρυσόμοιρον ῥήγχι* Epigrammatici. Habes en nodum sensu meo vindice non indignum, eo magis, quod et Salmasius et Scaliger eum integrum liquere. At ne videar controversia mota hoc argumentum deserere, aut aufugere (ut cum Plauto loquar) tragula injecta; doctissimi Bourdelotii super hac re, atque adeo præsentis Authoris loco sententiam depromam, eamque ipsius verbis meo more appingam. Locum infirmum (inquit) præstantissimi Medici judicarunt, et varie illius curam aggressi sunt: quidam amputatione sanatum crediderunt, sed simplex luxatio est. repono, *Tragædi σπυρματε, histriονis crotalo, ut ad Trieterica Orgia, mimi centunculo*. Nullus autem inter Grammaticos dissensus est, si quidem quisque varias *crotali* materias designat; Appuleius *αε*, ut et Sarsburienus. Eustath. *βορπακα*. Prioribus convenit Martialis non semel, ubi agit de Bæticis crumatibus. Cum Eustathio Aristophanes *Βορπαχ. νοβοτιν η τοις βορπακας αβροῦ κπαροῦσα*; Juvenalis Sat. xi. 'Audiat ille Testarum crepitus cum bombis.' Lege D. Hieronym. Præfat. in Sophoniam. Quod autem quaeritur quid sit 'crispum latus,' nihil aliud est quam motus obscenissimus clunium, quo 'Jam frigidus mox Laomedontiades, et Nestoris hernia possit Incendi.' Juvenalis, unicus hujus moris interpres, ead. Satyr. 'Plausuque probatæ Ad terram tremulo descendant clune puellæ.' Loquitur enim de Ambubæis et Gaditanis, quæ nunc etiam in his motibus doctissimæ: 'lumbum fluctuantem' dixit obscænus vates, et Veteres *fluxum* vocaverunt: sic in Juvenalis illo Sat. vi. 'Medullinæ frictum,' Codd. nonnulli *fluxum*, quanquam idem est. Et in *Pantomimo*, Epigrammatum Vett. lib. iv.

ubi vulgò: 'Mascula fæmineo devians pectora sexu.' Codex V: C. Salmasii habet *fluxu* rectissime, aut *flexu*, quod non alienum est. *Pric. Trieterica Orgia*] Id est, Bacchi sacra triennalia, quod triennio quoque instaurentur. Virgilius: 'ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia.' Qui locus me admouet, ut in hoc Appuleii loco Crotalum dici putem cymbalum, quo Bacchæ Deo suo hilaritatis causa proludebant, ut in pulcherrimo antiquitatis monumento apparet, gemma Christianissimæ Regis Henrici iv. ab inclyto Casanbone edita in libris de Satyra: et frontis Commentarii in Persium præfixa. Quærat hic aliquis, cur Appuleius in Choragio sive instrumento thymalico scenicove crotalum ponens addiderit hæc verba *orgia trieterica*. Quid enim sacra Dionysiacæ scenæ et fabulæ? Nam crotalum quidem in scenæ et dramatis usurpari solitum docet descriptus a me paullo ante ex veteri Scholiaste locus: sed hæc de ludis Dionysiacis intelligenda sunt, in quibus apparatus a choragis instruebantur, unde apud Græcos passim legitur *ἡγυιαστρο χοροῦ παῖδων* aut *χοροῦ ἀνδρῶν*, et apud Demosthenem *χορηγῶν ναυὸς διακόσια*, ut docet idem eruditissimus amicus noster lib. i. Satyrica poësi, cap. 2. Aptissime autem Appuleius Tragicæ scenæ et *σενῶν* adjungit instrumenta et ludos Bacchi, in qua Satyri et Sileni, ejus Dei famuli, olim immixti ad temperandam jocis et lusibus tragœdiæ austeritatem: sicuti et mox mimos. Marius Victorinus lib. ii. 'Hæc apud Græcos metri' (Iambici) 'species frequens est, sub hac conditionis lege, ut non heroas aut reges, sed satyros inducat ludendi jocandique causâ, quo spectatoris animus inter tristes res Tragicas Satyrorum jocis relaxetur.' Et quum trina essent Athenis liberalia, totidem fabulæ agi solitæ, quarum duæ Tragœdiæ, pos-

trema Satyrica erat. Scaliger i. de emendat. temp. Sic Dionysiaci artifices a Græcis dicti Scenici, quasi Dionysio, id est, Baccho sacri: teste Gellio et aliis. *Scip. Gent.*

*Ut res est*] Rom. ubi *res est*. Quod forte erat scribendum, *uti res est*. Sed de Deo Socratis: 'Et perinde, ut res est, admirari, cur non etiam animum suum ratione excolunt.' Plautus Merc. 'Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me Emissæ indico.' *Colv.* Cf. de Mundo p. 731. Ed. Flor. et adi. Oudend. ad Met. lib. II. p. 169. b. a quo cit. Gronov. de Pec. Vet. lib. III. cap. 17. hunc quoque locum affert, qui tamen, vulgari sensu si capias, non satis planus est. Notat enim ut *res est*, vel, ut *res nata*, sive comparata est, vel, ut *revera est*. Credo *ἐπεὶ οὕτως* h. l. intelligendum esse, quemadmodum apud Arnob. lib. VII. p. 239. 'Dedectantur' (sc. Dii), 'ut res est, stupidorum capitibus rasis: ubi respondet præcedenti nimirum: 'Mimis nimirum Dei gaudent.' Gruter. Susp. Ined. XX. 12. *auspicatur ut ut res est*: quod non opus tamen: nam ita explicari quoque possit ipsum illud *ut res est*. Cic. ad Div. XVI. 18. 'Sed ut est: pro *ut ut est*: ubi vid. Græv. et Gronov. Obs. III. 6. extr. cf. Ernesti in Cl. Cic. sic ubi pro *ubi*: ubi apud Cic. Tusc. Qu. I. 29. quare de Deo Socr. p. 696. Ed. Flor. veterem lectionem *ut ista sunt* mutare non debueram: iubente quamvis Oudend. Pro *quoniam ut* Ms. Pith. quin non. J. Bos.

PAG. 423 *Cereris mundum*] Sic illa vocat, quare mystæ Cereris Eleusiniæ adservabant in clavis mysticis. Clemens Alexandrinus in Protreptico, *οὐα δὲ καὶ αἱ κίστας αἱ μυστικαὶ δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄρρητα ἐκτελεῖν. οὐ σφράσσει ταῦτα καὶ πυραμίδες, καὶ τολεῖαι, καὶ πόπανα πολυδάμναλα, χοῦδοὶ τε ἄλλων, καὶ δρέκων, &c.* vide Arnobium lib. V. *Casaub.*

Vide quæ dixi ad Minutium fol. 39. *Elmenh.*

*Homini nato*] Petron. 'En homo quemadmodum natus: supra heic: 'quid ego de homine nato diutius?' Miles. IX. 'Nil fortuna renuente licet homini nato dextrum provenire.' Plautus: 'Qui suum repetant, alienum reddunt nemini nato.' Plinius I. IV. Proëmio: 'Hominem genitum.' *Pric.* Nihil esse *aspectabilius homini nato, quam formam suam*] Et supra: 'quid ego de homine nato diutius?' ubi *Casaubonus* notat, Græcum id esse, *περὶ ἀνθρώπου φόντος* vel *ποφύκτος*, Cicero, 'qui se hominem meminerit.' Idem puto voluisse exprimere Propertium illo versu: 'Unicuique dedit vitium natura creato.' Id est unicuique homini nato. *Scip. Gent.*

*Filiorum cariores esse, &c.*] Vide quos laudat Burman. ad Anthol. Lat. lib. II. Ep. 125. vs. ult. Aristænet. lib. I. Ep. 19. *τίεται παιδίον... τῇ φύσιν γνησίμως ἐκτεκονισμένον τῇ φύσει. ἡ μὲν οὖν μήτηρ... ἀπεργάσατο τὸ βρέφος, στέργουσα διαφόρως, ὥς εὐπρεπὲς, ὥς ποθοῦμενον παιδίον, καὶ λίαν ἐμφορὲς ἑραιοτάτῃ πατρὶ.* qui locus notabilis quoque, quia ibi *φύσις* de oris habitu occurrit, quo sensu *φύλη* utique nondum se reperisse testatur Heynius ad Hom. II. A. vs. 115. *J. B.* *Filiorum chariores esse, qui similes videntur*] Hinc illud Ciceronis, 'effigiem atque Imaginem corporis et animi mei,' de filio. Symmachus Epistola IX. 'Non vultus aut color asserit posteros in honorem parentum. Certiores habet natura vindicias bene sentiendi, ac bene loquendi. Gignuntur, non scribuntur heredes. Quod alii docentur, hic natus est.' *Scip. Gent.*

*Imagines effigiatæ*] Macrobius Saturnalis lib. V. cap. 17. 'Hac materia vel maxime in efficiendis simulacris utuntur: putabam (summa injuria) τὸ ἐfficiendis stribiliginem fuisse: per

hoc reponere gestiebam *effugiendis*: jam ineptisse me video, et Macrobi. probe loquutum esse. Fabius l. xii. cap. 10. 'Phidias Diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur.' Cod. Theod. l. ult. de artif. 'Efficiendos sacros vultus.' *Pric.*

*Nisi forte*] Male acceptus locus. Ego sic restituo: *Si forte q. a. e. l. h. hoc a natura o. c. j. e. ? cum sit ab ea vel m. m. e. f. e. s.* Confer cum vulgata lectione emendationem nostram, simul perpende totam *παραφρασεως* istam, dices nonnihil locum hunc debere nobis. *Pric.* Formulam *nisi forte* Nostro in hac. Apol. familiarem sollicitare non debuerat V. D. Supra p. 409. 'Quæso, quid habent isti versus ... quod Philosophus sum nolit videri? nisi forte in eo reprehendendus sum?' infra p. 463. 'Quid ... competit ad amoris ardorem accendendum ... res pelago quæsitæ? Nisi forte hoc vos ad mendacium induxit.' p. 506. 'eam deformitatem ... passum in cubiculo suo Quintilianum? nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit.' cf. et p. 511. (Belg. *of het moet mischien zijn, dat,* &c.) J. B.

*In ea*] Cum facilitas et similitudo vel magis sit miranda in ipsa natura, quam in artis operibus. Neque hic sequor *Pricum*, legentem *ab ea*. *Idem.*

*Diutino*] Sic constanter Edd. ante Scalig. qui, quod marg. adleverant Grosiot. et Vulc. in hujus Ed. tert. exhibuit *diutina*, quem secure secuti sunt seqq. exceptis Gentile et *Pricmo*. *Diutino* sane nusquam me legere memini: apud Nostrum occurrit *diutule* et *diutine*, non *diutino*, quod tamen, quia h. l. cum Edd. vett. præbent *Mss.* (nisi quod in Pith. sit *duratino*, in D'Orv. *diurne*) non ansim Auctori abjudicare, qui amat adverbialia in a. vid. Ind. cf. Colv. infra ad p. 483. ubi tamen *Mss.* et Edd. constanter *diutine*. Sed quidni recte di-

catur *diutino* scil. tempore, ut plene extulit Noster Met. lib. v. p. 337? Sequens quoque adverb. *æque* h. l. adverbium suadere videtur. *Idem.*

*Vigor*] Florid. i. eod. argum. 'Utique omnibus statulis, et tabulis, et torenmatis, idem Vigor acerrimi bel-latoris.' Vim vocis explicant Ausonius illa in Mosella: 'Quique sub amne suo mansit vigor, ære nostro Segnis, anhelatis vitam consumit in auris:' loquitur de piace capto, et in littore abjecto. *Pric.*

*Rigor*] Senec. in sap. non cad. injur. cap. 3. 'Quædam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum, habitumque conservant.' Videtur vox hæc deprompta e Stoicorum Philosophia. Eam qui colebant sectam, aiebant animam non in utero concipi, sed effuso, necdum vivo partui, extrinsecus imprimi. Tertullian. de Anima cap. 25. 'Semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, motuque naturali vegetatum, dixerunt compinguescere in solam' (lege *solidam*) 'carnis substantiam; eam editam et de veteri fornace fumantem, et calore solutam, ut ignitum ferrum ibidem frigide immersam, ita æris rigore percussam, et vim animale[m] rapere, et vocalem sonum reddere.' En tibi *Rigorem* illum quem thesaurum animæ dixere, adeoque ψυχή dictam παρά τῆς φύσεως. Et fors hinc lucem capiet Papinii illud iii. Sylvar. 'Animæque supremum Frigus amat.' Lucem, inquam, neque creperam eam, accipiet, de quo hactenus nil interpretes. Porro *πύκνωσιν* hanc, sive *πυκνότην*, (quam et Plato ipse nonnunquam innuit) perstringit Plutarch. *περὶ Ἰσχυρ. ἐκστ.* *Idem.*

*Imago miræ relata*] Unde et Catullus 'Imaginosum speculum' dicit. Lucretius lib. iv. 'Quandocumque speculum quodcumque obvertimus opes Res tibi respondent simili forma atque colore.' *Element.*

*Mobilis, et ad omnem nutum hominis sui morigera]* Lucretius, lib. 1v. pag. 319. 'Indugredi porro pariter simulachra, pedemque Ponere nobiscum credas, gestumque imitari.' *Pric.*

*Tot vultus ejusdem latantis, vel dolentis imitatur]* Allusit scriptor eruditus Zeno Veronensis Serm. de Resurr. 'Caro quasi quoddam est speculum intuentis plenitudine gravidatum, quod non tam imaginem suam, quam ejus ejus est in visibus gerit; denique tot efficit vultus, quot ille intrinsecus tristes seu hilares suos fecerit motus.' *Idem.*

*Luto fictum]* *Κυρτολογία.* Cicero Pisoniana: 'Homullus ex argilla et luto fictus.' Varro *τῶς Μάρτυρος* 'Ut hirundines singulis oblitis luto tegulas fingeant.' Martialis x. 39. 'Ficta Prometheo diceris esse luto.' Gregor. P. Homil. 23. 'Fingere componere est, unde compositores luti figulas vocamus.' Balb. Cathol. 'Figulus, Ollarius, luti compositor: qui lutum confingit.' *Idem.*

PAG. 424 *Cera inustum]* Pith. c. *justum.* Eucanastica pingendi ratio significatur. Plin. H. N. xxxv. c. 11. 'Cera pingere, ac picturam inorere quis primus excogitaverit, non constat.' vide etiam *Pric.* J. B. *Cera inustum]* Ausonius: 'Cera inurens januarum limina, Et atriorum pegmata:' veteris inscript. *Fragm. ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΙΚΑΤΞΙΝ ΤΩΝ ΘΥΡΩΝ.* Vide Salmasium ad *Vopisc.* et in *Plinianis suis* ad *Solin.* *Pric.*

*Adsimulatum est]* Ita *Mss.* et *Edd.* vett. item *Scriv.* In reliquis per i. de quo dictum alibi. Adde jam *Burmann.* ad *Claudian.* ii. in *Rufin.* v. 81. et *Burman.* sec. ad *Lotich.* p. 378. et in *Add.* p. 696. *J. B.*

*Imaginis artibus]* Num, *imagineis artibus* potius? *Colo.* Si quid judico, luxatus est locus, et restituendus hoc modo: *Tantum præstat artibus, imaginis ad similitudinem referendum, levitas*

*illa s. f.* Miror hæc hæcenus satisfecisse tersissimis auribus magnorum criticorum. *Meurs.* Vere *Meursius.* *Elmsh.* Perplexæ hæc. *Colvius* tentabat *imagineis artibus.* *Meursius,* *Tantum præstat artibus imagines ad similitudinem referendam.* Non videtur ex optima Latinitate illud *imagines ad similitudinem referre,* quid quod et vera communis lectio, luxata tantum. Sano omnia, citra vel unius apicis mutationem, scribens *Tantum præstat artibus ad imaginis similitudinem referendam, &c.* *Artes* sunt, mere infundere, lapide incidere, cera inurere; de quæis supra dictum. *Pric.* *Tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem referendum]* Sic constanter *Mss.* et *Edd.* ante *Scriv.* qui cum *Florido* expressit *Pricæi* conjecturam, nisi quod ille dederit *referendum,* ut est in *Ed. Junt. post.* et *Mss.* *Florent.* et passim effert gerundia noster Auctor. Sane constructio illa *ad similitudinem referendum,* mutanda non fuerat: nam etsi bene monet *Drakenb.* ad *Liv.* xl. 49. gerundium participio non esse præferendum, ubi libri hoc plures habeant, ita tamen sine libris auctoribus gerundium in participium non est mutandum, quoniam illius formæ exempla apud optimos scriptores occurrunt: adi *Oudend.* ad *Met.* lib. x. p. 708. a. add. *Plin.* H. N. lib. viii. c. 40. de cane *Titii Sabini:* 'ad fidem animalis spectandum.' *Aur. Vict.* de *Vir.* ill. c. 10. 'ad recipiendum in urbem *Tarquinius:*' ubi vide *Arntzen.* Porro locum transpositione correxit *Pric.* quem interim sequor, quia non satis mihi constat, an *artes imaginis* dicere potnerit Auctor eas artes, quæ in representanda et effigianda hominis imagine versantur. Hoc sensu quocunque *Colv.* sen potius *Lips.* in marg. *Bas. pr.* volebat *imagineis:* sed tunc a vulgata lectione standum crediderim. Alibi *Lips.* adlevit *referendis.* *J. B.*

*Levitas illa... splendor opifex]* Du-

bitabam de ultima voce, scilicet an eandem analogiam ferret, quam 'Vultus,' 'nodus artifex,' et similia: itaque legebam *Lavitas*, &c. *splendorifero*, sic 'lumen splendoriferum' carmine de iudicio Domini, quod in vulgatis Libris Tertulliani existimatur: 'Solque cadit splendorifero qui lumine clarus:' nimirum lumine cuius splendor oculis ferit; quod etiam male speculo non tribueris, aut alii lævi corpori, splendentique. Doctissimus Bourdelotius, quum sensum ejus de hoc loco quaererem, aiebat ferre se vulgariam lectionem: *splendoremque heic opifcem* dici; quod quasi *opifex* formam effigiet, quam acutam et ingeniesam expositionem merito promulgandam censui. *Pric.* Arnob. lib. II. p. 55. 'Opifces manns, atque omni genere perfectionis artifices.' J. B. *Lavitas illa speculi fabra*] Id est, artificiosa, vel artifex, ut statim, 'Splendor opifex.' Lucretius solet dicere, 'dædala,' eodem sensu. *Scip. Gent.*

*Neque pingi, neque fingi*] Passim conjunguntur hæc, posteriori Statuariam notat. In de Deo Socratis: 'Nescio ut Apelles coloribus pingere, ut Lysippus fingere.' Ammian. Marcell. lib. XXIV. 'Neque enim apud eos pingitur vel fingitur aliud, præter varias cædes et bella.' Macrob. Saturnal. v. 17. 'Pictores, fictoresque.' Lactant. divin. instit. I. 11. 'Sed et pictores etiam, fictoresque imaginum.' Pacat. Paneg. 'Pictorum atque fictorum assequetur imitatio.' Senec. *ἀποκολ.* 'Qui contra hoc SC. Deus factus, fictus pictusve erit,' &c. Plaut. Asin. 'Neque fictum unquam, neque pictum, neque scriptum in Poëmatia.' Cicero de Alexandro Famil. lib. v. Epist. 12. 'Ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat.' Ibid. de Agesilao nostro: 'Neque minus enim est Spartiatus Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem

suam passus est esse.' Subest non leve mendum post tot Interpretes: lege (monente Bourdelotio) *perennis*: firmat tota Epistolæ series, quæ de *perennitate* est. *Pric.*

*Diffidens forma sua*] Observat idem Bourdelotius hoc ex vulgi opinione dictum, nam errorem hunc, seu calumniam potius, elegantissime Dio Chrysost. refellit Orat. Corinthiac. Animum scilicet, quo potissimum conspicui homines, non posse pingi, quæ mens Plotini etiam (Platonis æmuli) fuit, teste in ejus vita Porphyrio: alia etiam utriusque ratio, (illi apud Plutarch. huic apud Porphy.) res ab iis gestas instar omnium imaginum fore. *Idem.*

*In argenteo*] Speculo argenteo, argentato. Florid. III. 'Multum argenti in speculis, lancibus.' Super hoc jocus Plauti Mostel. 'Ut speculum tenuisti, metno ne oleant argentum manns, Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.' Facit Paulus, l. *Cum auro ff.* Idem Celsus de Aur. arg. leg. *Colo.*

*An non Socrates*] De quo similiter Diogenes: 'ἤξιον δὲ καὶ τοῖς νέους σω-  
εχὲς κατοπτρίζεσθαι, ὅς, εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίνονται. εἰ δ' αἰσχροὶ, παιδείᾳ τὴν δυσειδειαν ἐπικαλύπτουεν. *Idem.* Galenus in adhortatione ad artes fol. 3. *Χρή τοίνυν τὸν νέον παιδόμενον τῷ παλαιῷ παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφήν ἐν κατόπτρῳ θεωσάμενον, εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκήσαι τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχὴν, ἔκτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχροῦν οἰκτεῖν· εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, τόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιμελησθῆναι τῆς ψυχῆς. *Elmeh.**

PAG. 425 *Ut virtutis laude turpitudinem tegerent*] Laërtius: *Παιδείας τὴν δυσειδειαν ἐπικαλύπτουεν. Lysias* (Scipioni notatus,) *Τὰ τοῦ σώματος δυστυχήματα τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι.* Senec. Nat. Quæst. lib. I. 'Specula inventa sunt ut homo se ipse noscat: multi ex his con-

sequuntur primo sui notitiam, mox consilium quoddam: formosus, ut vi-  
tet infamiam, &c. deformis ut sciat  
virtutibus redimendum, quidquid cor-  
pori defuerit.' Phædrus I. III. 'Quoti-  
die speculo vos uti volo, Tu formam ne  
corrumpas nequitie malis, Tu faciem  
ut istam moribus vincas bonis:' simi-  
lia Galenus Adhortat. ad Art. Pric.

*Præmarium dicendi artificem*] Cicero  
de Orat. I. 'Quæ Græci dicendi arti-  
fices, et doctores reliquerunt.' Vide  
hominem doctiss. Lud. Cressolium  
Theatr. vett. Rhet. lib. III. c. 1. *Id.*

*Ante speculum, quasi ante Magistrum,*  
*causas meditantem*] *Εἰς αὐτὸν μέγα κέ-  
τιστρον οἶκος, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέ-  
τας ἐξ ἐναντίας ἱστῶμενον περᾶν*, tra-  
didisse ex ore ipsius Plutarch. Pha-  
leræum ait. Fabius lib. XI. cap. 3.  
'Decor quoque a gestu et motu ve-  
nit: ideoque Demosthenes grande  
quoddam intuens speculum, compo-  
nere actionem solebat.' Simile quid  
sonant Themistii ea Orat. XIII. nam  
quasi absentem Imperatorem Con-  
stantium laudans, in Senatu causam  
redderet cur Romam usque non fu-  
isset profectus, ut eum coram præ-  
conio ferret, dixit, *ἐγγυμαστόν ἐτι  
καὶ ἀμελετήρον πρὸ τῆς ἀληθείας θέας,*  
*ταῖς ἐκείνῳ καὶ τοῖς κατέπτοις*, prius-  
quam ad augustum illud spectaculum  
accederet, esse obtutum ad specula  
formandum, componendumque. B.  
Nazianz. Carm. 63. *speculum* vocat  
*οὐκ ὀφθαλμὸν διδάσκαλον*. Non aliter  
aves quædam edoceri solitæ. Idem  
de sturnis: *Ψῆρες μὲν λαλέονσιν ὁμοίων  
ἀνθρώποις, φωνῆς ἑλλοτρίης ζήλημονες,*  
*ἃν ὁβριζὼν Ἑλλῶλον ξεστοῖο καὶ εἰσπο-  
τρίο φασσὸν Ψηρὸς, κρυπτάδην τε τοῖς  
ἐν κερδαλίᾳ φῶς.* *Idem.*

*Addeveranda*] I. e. ad severitatem  
componenda. *Vulc. in marg.*

*PAG. 426 Philosopho objurganti*]  
Apposita nimis vox illa *objurganti*.  
Gellius lib. V. cap. 1. 'Cum Philoso-  
phus hortatur, monet, suadet, objur-  
gat.' Idem lib. XIX. cap. 10. 'Cum

sententia quidem tali, quali severis-  
simæ Philosophorum esse objurgatio-  
nes solent.' Iterum de Epicteto  
Philosopho lib. I. cap. 2. 'Theorema-  
tibusungalibus, et puerilium Isago-  
garum commentationibus dilatrantes;  
objurgatione justa incensant.' Et  
ibid. cap. ult. de Plutarchi servo, ho-  
mine (ut ipsius verbis loquar) ne-  
quàm, et contumace; sed libris di-  
putationibusque Philosophiæ aures  
imbutas habente: 'Postremo vocife-  
rari inter vapulandum incipit; ne-  
que jam querimonias, aut gemitus,  
ejulatusque facere, sed verba seria,  
et objurgatoria.' Addam etiam quæ  
sequuntur ibi, adeo tempestive se  
objicientia, amplius, in exemplari Co-  
loniensi meo ite sæde interpolata.  
'Non ita' (inquit) 'esse Plutar-  
chum, ut diceret Philosophum irasci  
turpe esse: sæpe enim de malo iræ  
dissertavisse: librum quoque *περὶ  
ἀοργησίας* pulcherrimum conscripisse.  
Is omnibus quæ in eo Libro scripta  
sunt, nequaquam convenire,' &c.  
Scribe et interpunge: 'Non ita esse  
Plutarchum ut diceret: Philosophum  
irasci turpe esse,' &c. Et statim:  
'iis omnibus,' &c. *Pric.*

*Judices sorte ductos*] *Κεκληρωμένους*.  
De more ita Asconius II. Verr.  
'Quam multi Judices in consilio cum  
Prætoris suo judicaturi essent qui  
Quæstor fuisset in causa publica, &c.  
necesse fuerat eos primum de Curia  
Senatoria conscribi quum Senatus ju-  
dicaret: deinde in urnam sortito  
mitti, ut de pluribus necessarius nu-  
merus confici posset: tertio permitti  
accusatori et reo, ut ex illo numero  
rejeciant quot putaverint sibi in ini-  
micos, aut ex aliqua re incommodos  
fore, &c. rejectione celebrata subor-  
tiebatur Prætor alios, quibus Judi-  
cium legitimus ille numerus complē-  
retr.' Hujus argumenti sunt cor-  
rupta ea in Isidori Glossis: 'Sorti-  
nidus, qui judet per sortem.' Pro  
*judet, judicet* scribendum facile video:

in prioribus commissisci nil possum quo acquiescam. *Idem.*

*Proferta e nobis imagines, &c.]* Ita exprimit vocem Græcam Epicuri ἀντίποινα: Lucretius *texturas* pro ea dixit: quia non solum fluunt de corporibus hæ exuvie: sed etiam imaginem objecta speculi generant et quasi texunt. Sic ille lib. iv. 'Et quamvis subito quovis in tempore, quamque Rem contra speculum ponas, apparet imago: Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo *Texturas* formæ tenuis, tennesque figuras.' Sed venit aliquando mihi in mentem Apuleium eo loco legisse *Exuvias* non *texturas*: itaque esse rescribendum: de quo iudicent docti viri. Casanb. Lucretius eandem Epicuri sententiam hisdem fere verbis expressit: quo loco pro *texturas*, cupit eruditissimus Casanb. *Exuvias*, quasi et Apuleius ita illic legisset. Mihi videtur par elegantia, et jus in utroque verbo esse; et pariter pluribus utroque exprimere, quas Epicurus ἀντίποινας dixit. Lucretii locum imitatus est Quintil. lib. x. cap. 11. 'Sufficiat virtutis imaginem effingere, et solam, ut sic dixerim, cutim, vel potius illas Epicuri figuras, quas e corporibus summis dicit effluere.' *Scip. Gent.* Corrigendus per occasionem Lucretii locus, e quo hic Apuleii adumbratus lib. iv. Casanbonne quoque mendam censet, et probo: sed *extutus* lego ad ductum litterarum. *Extutus* pro *Excutus*. Nam, ut notum, librarii D et T inter se commutant plerumque, nullo discrimine. Jam *excutus* dixisse veteres, quæ posteriores *Exuvias*, ex Festi schedis accipimus. *Merr.* Hunc Epicuri locum ab Apuleio mutatus videtur Macrob. lib. vii. Saturn. cap. 14. Apuleius autem sua illa e Lucretio adumbravit lib. iv. *Brant.*

*Quam lave aliquid]* Observandum est, hic Apuleium agere non de ratione videndi, neque oculorum in

genere, sed proprie de visu et stimulo lachris, quæ a speculo redduntur. Nam visus quomodo fiat extra speculum ita ex Epicuro docet Aul. Gellius lib. v. cap. 16. 'Epicurus adducere semper ex omnibus corporibus simulachra quædam corporum ipsorum, eaque sese inferre, atque ita fieri sensum videndi putat.' Plutarchus de Placitis Philosophorum lib. iv. cap. 18. ἀμφότρος, Ἐπίκουρος, κατὰ εἰδάλων εἰς κρίσεις φέροντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. nullam hic reflectionis illius, quæ a speculo in oculos fit, mentionem vides, item reciproctionis imaginum ab oculis in speculum, ita ut eæ in speculo controversam respondeant. Quod ita eodem libro cap. sequenti Plutarchus exponit, τὰς κατ'ὀφθαλμοὺς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδάλων ὑποστάσεις, ὅπως φέρεσθαι μὲν ἀπ' ἡμῶν, συνίστασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ κατὰ τρου κατὰ τὴν ἀντιπεριστροφὴν. Quæ verba interpretatus hic videtur Apuleius, clarissime et elegantissime, at Plutarchi interpres obscure et mutilæ hæc eadem vertit. *Scip. Gent.*

*Mediis oc. prolapsis]* Respicit illa Platonis in disputatione de visu, ὅτε τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγειν τῶν τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διαθεῖναι. *Casanb.*

PAG. 427 *Atque ei uniti]* Sic legi debet, vel, ut Colvio visum, *inniti*. Vulgo, *atque inniti*. Plato ibidem: τὸ τῆς ὕλης βέβαιον, τότε ἀκρίτως ὁμοίαν πρὸς ὁμοίαν συμπαγὲς γινόμενον, ἐν σώματι οὐκ ἐκσπέννεται. similia mox ubi tractat περὶ τῆς τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίας. *Idem.* Fulvius *uniti*, alii *ei uniti*, quæ vera lectio est: nam Plato ex oculis radios profluere ad aliquod spatium in ærem cognatum, atque ex corporibus contra etiam lumen in eum ærem concurrere, atque ita misceri atque uniri ærem, qui in medio est, diffusum ac conversum facilem esse, in ignea visum eum penetrare. Quam Platonice *συναύγειαν* vocatam esse, Plutarchus ait. Quare de ratione

omni visus Plato scribit, cui mox adiungit eam, quæ oritur ex speculo. *Scip. Gent. Inimici* malim, ut sæpe in Asino. *Brant. Atque ei inimici.* Ita Pythæus et Fulvius. Flor. 2. *atque ita inimici*, vel, *atque ei inimici.* Elmenh. Ita Libri, et potius Expositorum pars: magis Africanum puto *inimici*, *bucleres.* Tertullian. contra Valentin. cap. 29. 'Triformem naturam primordio professi, et tamen inunitam in Adam.' *Pric.* Quod in Edd. ante Valc. sec. exstat *inimici*, prorsus nihili est: quod viderunt Fulv. et V. D. In marg. Ed. Junt. post. legentes *inimici*, cum Salmas. qui in Ed. Vulc. τὸ ἐκ καλαμο delevit. Non opus sane τῷ ei, quod, cum *inimici*, margini adscriptum a Vulcanio, dein exhibitum in ejus Ed. tert. item Cas. Elm. Wow. *Scip. Gent. Pric. Flor.* Primam tamen litteram τὸ *inimici*, pro nihilo non habendam censuerunt Lips. in marg. Colv. et Brant. divinantes *inimici*, quam vocem, firmatam a Priemæ auctoritate Tertulliani, admisi cum Scriverio. *Inunare* profert etiam Du Cangius pro *adunare*. In Codd. manu exaratis *inimici* et *inuniti* distinguere vix possunt; atque adeo quod in Ms. D'Orv. exstat h. l. *inimici*, nihil scriptura differt ab *inimici*. Addita per epenthesis compositis præpositio *in*, prorsus est ex more Appuleiano. cf. ad Met. lib. viii. p. 569. b. quemadmodum passim hæc præpositio, ut Gr. α, in compositis aut negativam aut intensivam vim habet, cf. Voss. Lex. Etym. V. in. nisi potius dicendum, eam non tam intendendi vim habere, quam plane otiosam vacare, ut censet Heynius V. Cel. ad Virg. *Æn.* xii. vs. 1. Appuleius sane amplissime istiusmodi compositis utitur, licet significatione nihil differant a simplicibus verbis: adi Oudend. ad Met. lib. ii. p. 135. a. Quod autem Brantius sit ipsum illud *inunare* in Metam. libris sæpe occurrere, id falsissimum est: sed ob oculos eam

*Delph. et Var. Clas.*

habuisse puto locum lib. viii. p. 545. ubi Oudend. monuit se junctim legendum esse in *inimici*, ut excudi jussit Cel. Editor: et ibi Mss. constanter habent *inimici*, quemadmodum Met. lib. xi. p. 811. ubi simplex *inimici* occurrit. Alibi in nostro scriptore id legere me non memini. Verum in Ed. Vic. est *ita inimici*: quod clara exstat in Mss. Pith. et duobus Florent. sed in his *inimici*. Sed tum requiri videtur ei: quare et *ita* corruptum censeo ex prima syllaba verbi *inimici*; nam in D'Orv. non compareret, et Ms. Pith. non est ex vetustissimis. J. B.

*Uti Plato arbitratu*] Timæo, cuius ibi verba: 'Ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς, ἐνὸς τε καὶ περὶ τὴν λαϊνότητα ἐκδοτατα γινόμενου, καὶ πολλὰ καὶ μεταφθυσσόμενα, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφανέσθαι, τοῦ περὶ τὸ πρόσσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὸν ὄψιν πυρὶ, τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν συμπαγεῖ γιγνόμενον.' Ex hoc loco legerim paulo ante, *inimici atque inimici.* Colv.

*Oculis profecti*] Sic etiam supra proxime, 'profectæ a nobis imaginæ:' longe non abest tamen quin *projecti* et *projectæ* reponam: nam et Plato, et Heliodorus Lariæ. eodem argum. *παράβλλων.* et respondent oppositæ voces *rejectæ* et *rejecere*, quod ainst specula facere post recepta simulachra. Lucret. 'Assideo crebroque repulsa Rejectæ reddant speculorum ex æquore visum.' Id. 'Nostros oculos rejecta revisit.' Basil. Scholast. 'Figura Qualem rejectat speculi nitidissimus orbis.' *Pric.*

*Ut Architas putat*] De Architæ hæc sententia nihil reperi vel in Lærtio, vel in alio auctore. Sed Pythagoræ, et discipulorum eadem fuit sententia. Plutarchus eodem loco *περὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων*. Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, κατ' ἀντανάλωσιν τῆς ὁφείας. φέρεσθαι μετὰ γὰρ τὴν ὄψιν τεταμένῃ, ὥς ἐπὶ τὸν χαλκὸν, στέχουσιν δὲ πυκνῶ καὶ λεῖψ πληθεῖσαν ὑποστρέφειν αὐτὴν ἐφ' αὐτὴν,

*Apul.*

9 L



μοῖον τι πάχυνσαν τῇ ἐκτάσει τῆς χειρὸς καὶ τῇ ἐπὶ τὸν ὄμω ἀντιστροφῇ. Quæ iidem verba ante oculos vel in mente habebat magni Plutarchi magnus nepos orator hic noster. *Scip. Gent.*

*Aëris fracti*] Sic emendavit ante nos idem Pithæus. Vulgo erat, *veris facti*, vel, *viris facti*, ut in Rom. Edit. Asserit hanc lectionem Lucretius, agens de hac eadem re: 'Post extraria lux oculos perterget, et aër Alter, et illa, foris quæ vere transpiciuntur.' *Colo.* Petri Pithæi viri doctissimi, et cui æternum hæ nostræ literæ ac Juris scientia debebunt, est hæc emendatio: nam omnes libri hic corrupti sunt. Plutarchus in Placitis ex Chrysippo vocat *συνέκτασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος νυγέντος*, ut de tanti viri correctione nemo dubitare debeat. *Cassaub. Ut Stoici sentitur.* Quorum princeps Chrysippus, cui hanc sententiam adscribit ibidem Plutarchus: *Χρύσιππος, κατὰ τὴν συνέκτασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος ὁρᾶν ἡμᾶς, νυγέντος μὲν ὑπὸ τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ παρακείμενον ἀέρα ἐπιβολὴν ἐντείνοντος αὐτὸν κωροειδῶς, ὥς ἢ ὁμογενὴς ὁ ἀήρ. προχέονται δὲ ἐκ τῆς ὁφθαλμοῦ ἀκτῖνες πυρναί, οὐχὶ μέλαιναί καὶ ὀμυχλᾶδεις* διόπερ ὁρατὸν εἶναι τὸ σκοτεινόν. Ita autem Cl. Pithæus in Adversariis suis hunc locum Appuleii recte et acute emendarat. *Scip. Gent. Venetus et Rom. et Flor. veris facti*: inepte. *Elmenh.* Duplicem esse veterum philosophorum sententiam de speculo, atque adeo omni videndi ratione, ait Appuleius: quorum alii, ut Epicurei, imaginibus illud fieri, alii, radiis, arbitrantur. Duplicem hanc opinionem respiciunt etiam aliorum scriptorum loca. Cic. ad Att. II. 8. 'Si κατ' εἰδάλων ἐμπτάσεις videremus, valde laborarent εἰδῆλα in angustiis: nunc fit lepidia illa *καχυνσι* radiorum.' Seneca Nat. Qu. II. 5. 'De speculis dum opiniones sunt: alii enim in his

simulacra cerni putant, id est, corporum nostrorum figuras a nostris corporibus emissas ac separatas: alii imagines aiunt non esse in speculo, sed ipsa adspici corpora, retorta oculorum acie, et in se rursus reflexa.' Isidorus Orig. XI. 1. 'Visum fieri quidam asseverant aut externa ætherea luce, aut interno spiritu lucido per tennes venas a cerebro vehientes, atque penetratis tunicis in aërem exeuntes, et tunc commixtione similis materiæ visum dantes.' Arnob. adv. Gent. I. II. p. 46. 'Radiorum et luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent, et nostris in pupillis sidant.' Id. I. III. p. 110. 'radiis aut imaginibus cernere, aut, quod oculis commune est omnibus, alne alterius luminis commixtione nihil omnino conspicere.' Lactant. de Opif. Del cap. 8. 'Ne forte existimes, aut imaginum incursione nos cernere, (ut philosophi dixerunt,) quoniam videndi officium in eo debet esse quod videt, non in eo, quod videtur; aut intentione aëris, cum acie, aut effusione radiorum, quoniam, si ita esset, tardius, quam oculis advertimus, videremus, donec intentus aër cum acie, aut effusi radii, ad id, quod videndum esset, pervenirent.' Heronis fragm. Latine versum apud Schneider. in Eclog. Physic. Vol. II. p. 227. 'Optica sane rerum naturam non inquirat, nec investigat, an defluxiones ad corpora defluentes emissitiles e visum radiis fiant, an vero simulacra emanantia ab illis, quæ sensu percipiuntur, in visum ingrediantur occurrentia, aut simul extendatur aut simul nutriatur, qui medius intercedit, aër.' Jam vero, (ait noster Auctor,) qui imaginibus cerni putant, in speculo illud ita fieri arbitrantur, ut 'imagines... a corporibus manantes, cum hæc aliquid et solidum offenderunt, illis reflectantur, et retro expressæ contra versum respondeant:' qui vero in radiis videndi facultatem esse cen-

sent, illud in speculo ita effici existimant, ut 'radii . . . cum alicui corpori incidere spisso et splendido et lævi, paribus angulis, quibus inciderant, resistent ad faciem suam reduces.' Verum de natura et origine istorum radiorum quem inter eosdem illos philosophos minime constaret, quasi per parenthesin addit Auctor: *seu radii illi sint mediis oculis proliquis, &c. uti Plato arbitratur; seu tantum oculis profecti, &c. ut Archytas putat; seu intentu aëris fracti, ut Stoici rentur.* Expectes itaque etiam Stoicorum sententiam de natura et origine radiorum ab Auctore proditum Iri, et desideres participium, quod respondeat τοῖς *proliquis, profecti.* Habemus tale participium in antiqua et scripta lectione *facti*, quæ tum quoque sententiam Stoicorum de origine radiorum continere videatur, quod scilicet radii *sunt* intentu aëris. Verum hæc sententia Stoicorum non fuit, neque etiam esse potuit. Nam et illi τὰς ἀκτῖνας προχέοντες ἐκ τῆς ὁψέως censebant, ut e placito Chrysippi apud Plutarchum patet. Quare quum hac parte Stoici cum Platone et Archyta consentiebant, non necessarium videri potuit Auctori addere, et Stoicos ita sensisse; modo diceret, eos non mixtioni extranei luminis et radiorum, neque radiis solis per se vim videndi tribuisse; sed iudicasse, ad effectum videndi requiri et radios oculorum et intentionem aëris: atque hoc ipsum est quod Lactant. l. c. ait 'intentionem aëris, cum acie,' dum Gellias aliena 'causam videndi' secundum Stoicos esse 'intentionem aëris,' haud dubie ita intelligendus est: ut tamen radii ex oculis profecti adsint. Acquiesco itaque in emendatione P. Pithæi, quam inde a Colvio expresserunt Editores: ita tamen ut *fracti* jungam τῇ *aëris*, non τῇ *radii*, quod fecisse videtur Florida, interpretans: *fracti intensione aëris.* Non enim radii franguntur aëre, sed aër fran-

gitur, scinditur, a radiis per eum transeuntibus. Possis etiam inspicari tacti, quod propius aliquanto accedit ad scriptam lectionem *facti*, et ad verbum, a Plutarcho adhibitum, ἀέρος *συνέκτος ἐντὸς τοῦ ὁρατικοῦ περιήματος.* In Addend. fortasse ad hunc locum redibimus. Interim non inutile forsitan fuerit de omni videndi ratione unum addere locum Macrolii Saturn. vii. 14. 'Tria ista nobis necessaria sunt ad effectum videndi; lumen, quod de nobis emittimus, et ut aër, qui interjacet, lucidus sit, et corpus, quo offenso desinat intentio' (radiorum nempe, qui ex oculis profecti sunt) &c. J. B.

*Corpori, &c. spisso, et splendido, et lævi*] In de Deo Socrat. 'Corpore denso, seu lævi, seu quodam speculo.' *Prie.*

*Resistent ad faciem suam reduces*] Donat. in Adelph. 'Inspiciendi speculi effectus, est formæ per imaginem resultatio.' Gloss. Vindociensis. ineditæ: 'Resultare, similitudinem referre.' *Idem.*

*Imaginentur*] Ms. Pith. *imagint.* i. e. *imagent.* Non male: si alii bonæ notæ Codd. addicerent. Solet passim Deponentia active efferre App. et ipsum hoc verbum sic exstat apud Gellium N. A. v. 16. 'Ut speculum in loco certo positum nihil imaginet.' Sed aliter Noster Met. l. viii. p. 541. 'meos forsitan tibi pestiferos imaginaria amplexus:' et l. xi. p. 808. 'divinos tuos vultus imaginabor.' J. B. Quod *extra tangunt ac vident, id intra speculum imaginentur.* Opinio Hipparchi. Plutarch. de Plac. Philosoph. lib. iv. cap. 13. 'Ἰππάρχος ἀκτῖνας φησὶν ἀπ' ἑκατέρου τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτεινόμενας τοῖς πρῶτον αὐτῶν, οἷον χειρῶν ἐπαφὰς περικαθηκτούσας τοῖς ἐκτὸς σώμασι, τὴν ἀντίληψιν πρὸς τὸ ὁρατικὸν ἀποδίδουσι. ex quibus obiter etiam intelligas illud *tangunt*, quod Heliodorus Larissæus ἐπιβάλλων vocat. *ὅτι* (inquit) *προβαλῆς*

τινες ἀπ' ἡμῶν γενομένης, ἐπιβάλλομεν τοῖς ὁραμένοις. In *οπαλ. δανικ.* *Pric.*

*Cuncta specula vel uda, vel euda]* Seneca *Natur. quæst. lib. i. cap. 16.* 'Quamvis enim eum' (Solem) 'orientem occidentemque contemplari liceat, tamen habitum ejus ipsum, qui verus est, &c. nesciremus, nisi in aliquo nobis humore lævorenve aspici facillius occurreret: 'Humor et lævor' sunt quæ heic *uda* et *euda*. *Idem.*

*PAG. 428 Ubi et cur]* *Ubi*, i. e. vel, quo loco, quam longe recedere oporteat a speculo, ut læva cum dexteris permutentur; vel, ubi notat, in quibusnam specula. Seneca *Nat. Qu. i. 5.* 'Sunt quæ dextras facies ostendant, sunt quæ sinistras, sunt quæ torqueant vel evertant.' *J. B.*

*Exadversum Soli]* Florid. ii. 'Samos Icario in mari modica insula est, exadversum Miletos.' leg. *Mileto*. Terent. 'Exadversum loco tetrina erat.' *Pric.* V. ad Flor. N. xv. init. *J. B.*

*Appositum fomitem]* Scribendum *oppositum*. Casanbonus. Florent. 2. et Rom. *oppositum*. Male. *Elmenh.* Recte Casaub. *Oppositum f. Pric.* Casanbonus hic legit: *oppositum fomitem*, non *oppositum*, mellius, mea quidem sententia. *Florid.* Nec tamen in textum recepit Florid. emendationem Casanboni, quod fecerant Scal. Wow. Elm. Seriv. cum novissima Ed. Bip. Revocavi ego Meteorum et veterem lectionem, *oppositum*, quam probat etiam Heinsius ad Ovid. Her. Ep. vii. vs. 100. Speculum, exadversum Soli positum, ei oppositum est: quod si alia res eidem speculo opponatur, Solis radii intercipiuntur necesse est. Speculum igitur Soli *opponitur*, sed fomes accendendus speculo *prope...juxta...ad...ponitur*. *J. B.* Cur *cava specula* si *ex aduersum Soli retineantur, oppositum fomitem accendant]* Plinius l. vii. c. 106. 'Cum specula quoque concava aduersæ Solis radiis facillius etiam

accenduntur.' *Pric.* *Ex aduersum Soli]* Florid. ii. 'Samos Icario in mari modica Insula est, exadversum Miletos.' leg. *Mileto*. Terent. 'Exadversum loco Tetrina erat.' *Idem.*

*Nubibus, varis duo Soles]* Lego: *nubibus varis, duo Soles*. Brant. Explicat Plutarchus in Libello de facie in orbe Lunæ: *ὅταν ἱριδες δύο φάνωσι*, et quæ sequuntur. Unde ita scriptura Appuleii distinguenda: *uti arguus in nubibus variis, et duo Soles*: nisi varietatem colorum, non iridum numerum interpretari malis. Vide Aristotelis et aliorum Meteorologica, et Appuleium ipsum, libello de Mundo, et Seneca *Natur. quæst. Scip. Gent. Varis duos Soles*. Sic Florent. Alii: *variis et duo Soles*. *Elmenh.* Post Casaub. et Scalig. editum (excepta Elm. Ed.) *variis, et duo Soles, &c.* et facile sane ex ejusmodi scriptura *vari* et fieri potuit *varis*. Nihilominus tam constanter Mss. et Eds. servant *varis*, ut hanc lectionem cum *Elmenh.* revocandam putaverim, quoniam bene habet sensum; modo distinguas, non, ut fieri solebat, ante, sed post hanc vocem: ita: *arguus in nubibus varis, duo Soles æmula similitudine videntur*. Opponuntur inter se *æmula similitudine* et *varis*, i. e. vario colore. Plin. xxxvii. 10. 'Mitræ multicolor, contra Solem varis refulgens.' Non bene emendabat Brant. *varis*: nam *similitudo varis* absurde dictum foret. *J. B.* *Duo Soles æmula similitudine]* Aristoteles *παράλλως* vocat, ut et Seneca citato loco. Cicero 'gemmatum Solem.' Causas apud Ammian. lib. iii. cap. 11. vide, *Histor. lib. xx. Senecam ubi supra. Aristot. in Meteorologicis. Pric.*

*Ejusdemmodi]* Infra: 'item alia ejusdemmodi.' Florid. ii. 'Hæc et alia ejusdemmodi.' In de Deo Socrat. 'Ejusdemmodi beneficio.' *Idem.*

*Quæ tractat, &c.]* *Κατάραρον ὑδάτους* inter alia ejus Tætes memorat Chilad. xiii. c. 467. forsam non aliam

librum Appuleius innuit. *Idem.* Rec-  
tius ex h. l. conjicit Scheibel in Ein-  
leitung zur Mathem. Bücherkenntnis  
part. IX. p. 268. Archimedes mag-  
num volumen de omnibus doctrinis  
optica conscripsisse; monente Har-  
les. ad Fabric. Bibl. Gr. I. III. c. 22.  
sect. II. § 11. Imo suspicio est ipsum  
hoc opus esse, cujus Arabica versio,  
adhuc inedita, exstat, sub titu-  
lo 'Perspectiva.' cf. id. ibid. § 12.  
J. B.

PAG. 429 *Abaco et pulvisculo*] Mos  
olim Mathematicorum, cum aliquid  
demonstrare, describere vellent, in  
abaco pulvere consperso suas lineas,  
circulos, numeros, notas virgula du-  
cere. Hunc 'eruditum pulverem'  
vocat Cicero l. II. de Nat. De. Seneca  
Ep. LXXXVIII. 'Itane in Geometria  
pulvere hærebo?' Et Epist. LXXIV.  
'Utrum majorem an minorem circuli  
scribes, ad spatium ejus pertinet,  
non ad formam: licet alter diu man-  
deris, alterum statim obdlexeris, et in  
eam in quo scriptus est pulverem sol-  
veris, in eadem uterque forma fuit.'  
Elegans de hoc locus est Claudiani,  
de Mallii Theodori consulatu, qui  
dignus adscribi: 'Illa per occultam  
ligerum se monibus infert, Et cas-  
tes levibus plantis ingressa penates,  
Invenit ætherios signantem in pul-  
vere cursus, Quos pia sollicito de-  
prendit pollice Memphis: Quæ mo-  
veant momenta polum, quis certus in  
æstris Error, quis tenebras Solis, caus-  
isque meantem Defectum videat nu-  
merus, quæ linea Phœben Damnot,  
et excluso pallentem fratre relinquat.  
Ut præcelsa adspexit fulgentia virginis  
ora, Cognovitque Deam, vultus ve-  
neratur amicos. Occurrit, scriptæ-  
que notas confundit arenæ.' Vide  
Martian. Capell. lib. IV. VI. et VII.  
apud quem graphica abaci pulveris-  
que hujus descriptio. Hinc contende-  
re ausim verisimilem conjecturam  
nostram in Gellii lib. I. cap. 30. ubi  
passim vulgatum legas: 'Planum est,

quod in duas partes solum lineas ha-  
bet, quæ latam et quæ longam: qua-  
liæ sunt triquetra et quadrata, quæ in  
area sunt, sine altitudine: legende-  
dem scilicet videri quæ in arena sunt,  
et de hac arena accipiendum. Nec  
alium etiam numerorum *Arænarium*  
dixisse videtur de Pallio Tertullia-  
nus, quæ eum qui in hac itidem  
arena numeros colligit et disponit,  
aliosque eam artem docet: 'De meo  
vestiantur, et primus informator lit-  
terarum, et primus edomator vocis,  
et primus numerorum arænaris, et  
Grammaticus, et Rhetor, et Sophista,'  
&c. Hæc spectat etiam Persius Sa-  
tyra I. 'Nec qui abaci numeros et  
secto in pulvere metas Seit risisse.'  
Unde putem Pulveraticam dictam,  
mercedem agrimensorum, seu potius  
corollarium. Aggeus Urbicus: 'A-  
grimensores tres aureas accipiant,  
abæque pulveratico: et sic accipien-  
dam in constitutione quadam Valen-  
tiniani et Theodosii, quæ apud Fron-  
tinum. *Cole.* *Pulveraticum* dicitur  
præmium quod agrimensoribus et  
præsidibus datur, ut pluribus testi-  
moniis docet eruditissimus Cujac. lib.  
IV. Observ. 18. *Scip. Gent. Add.*  
*Pricæi Comment. J. B. Abaco et*  
*pulvisculo*] Vetus Persii Interpres:  
'Abacus dicitur mensa, in qua Geo-  
metræ designant loca vel mensuras.'  
Papias: 'Abax, et Abacus, tabula in  
qua viridi pulvere formæ depingun-  
tur.' Barthius pro viridi legit *vi*  
*redii*: sed nil mutandum. *Pulvis viri-*  
*dis* est quem *hyalinum* vocat Marcia-  
nus lib. VI. et ibid. (si meminî) in  
princip. 'glaucum pulverem.' Gloss.  
Vindocinens. Ms. 'Viridis, glauca.'  
*Pricæi.*

*Pulvisculo*] Supra: 'Candificum,  
nobile pulvisculum.' Onomast. Vet.  
'Pulvisculus, *κωρίσκαλος*.' *Idem.*

*A Thyesta Tragico*] Satis hæc lectio  
facit Bourdelotio, ni toleretur tamen,  
*Thyeste Tragica*, scribenti. *Pricæi.* Ms.  
*Pith. Chieste Tragica.* Perperam Pri-

cæus, quem rursus hic descripsit Floridus, de Thyeste Tragædo cogitat. 'Thyestes Tragicus' est qualis in Tragædiis inducitur. Cic. in Pis. 20. 'Ego te non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem!' Atque ita 'Tragicas Erinnyas' apud Propert. II. 16. 29. exponit Passerat. ubi hunc nostri Auctoris locum a præpostera Pricæi conjectura recte vindicat Burmann. quemadmodum vulgatam lectionem defendit etiam Bentle. ad Horat. A. P. vs. 96. ubi vide. Thyestam autem, cum comesos a se liberos cognovisset, horribiliter ex angore et fastidio distortisse vultum, nemo est qui non facile credat. Itaque Thyestæ post epulas illas in scenam prodeuntî talem forte etiam larvam dederint. J. B. *Teterrimum os tuum a Thyesta Tragico demutes*] Ni Thyestis vomitum respiciat, non capio: videsis Eustath. ad Iliad. β. et ο. Etymologus: 'Ἐμεῖα, τόπος ἐστὶ Μυκητῶν, παρὰ τὸ ἐμῶ, &c. λέγεται δὲ, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Κέρβερος ἀνελθὼν ἐκ τοῦ Ἀδου ἢ ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Θούετης φαγὼν τὰ τέκνα αὐτοῦ. Juvat sane aliquantillum sententiam hanc quod subdit Noster, 'vultu distortissimo'; oris enim inter vomendum distortiōnem fieri vel usus probat. Mihi vero, (neque mala fide loquor, aut quo suspicionibus meis viam sternam) istiusmodi allusio frigida, nedum absona est. Novi *Thyestem* fabulam, non *Tragædum*. Vide itaque an rectius *Thespi* legas, de quo Plutarchus et Laërtius. Hunc ex scriptoribus iis non solum *Tragicum* fuisse scimus, sed et (quod propius Appuleio accedit) deformitatis captatorem primum. Suidas: πρῶτος μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγέδησεν, εἰτα σαρδαρχὴ ἐσέκασεν ἐν τῇ ἐνδείκνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσήνεγκε τὴν τῶν προσώπων χρῆσιν. Horatius Art. Poët. 'Ignotum Tragicæ genus invenisse Camenæ Dicitur et plaustris vexillas Poëmata Thespi, Quæ canerent age-

rentque peruncti facibus ora.' Plura Casaub. de Satyr. Poës. lib. I. cap. 5. Fuit et *Thespi* Comicus quidam, de quo in Vesp. Aristophanes. *Pric*.

*Sulcus rugarum* Ovid. 'Sulcavitque cutem rugis.' Claudian. I. in Ruffin. 'Rugisque severas Persulcata genas.' Idem in Eutrop. I. 'Sulcisque genarum Corruerat (malim aruerat) passa facies rugosior uva.' Virgil. 'Frontem rugis arat.' D. Hieron. 'Arata rugis frons.' Plant. Bacchid. 'Frontem consulcare.' Idem.

*At ego non mirer...reticere*] Sensus est: Quantumvis ægre feras, Æmiliane, me de isto distortissimo vultu tuo dicere, facile tamen equidem credam, te boni hoc consulturum, modo de moribus tuis, multo etiam truculentioribus taceam, quod sane faciam, &c. Male itaque vulgo, exceptis Edd. Junt. post. Ald. Cas. et perpaucis aliis, per interrogationem hæc leguntur: *At ego...reticere?* Ed. Scriv. consules. J. B. *Distortissimo vultu tuo*] Bene *distorto* vocat, quod jam ante *Tragico* adsimilavit. Clemens Pædag. Στόματι τραγικῶν δίκην διασκομένῳ. Varroni 'Facies mæandrata,' τὰφῇ Μοῖν. Accias apud eund. VI. de Ling. Lat. 'Personæ distortæ oribus, deformes, moriones.' Hujus generis est sigillum ex antiquaria penu Cl. Bourdelotii depromptum. [Sequitur in Ed. Pric. delineatio sigilli, ut et paullo infra alia, e Pignorio. J. B.] Nec abeunt illa μορμολυκεῖα olim in anteludiis pompæarum exhibita, nonnullis risui excutiendo, aliis incutiendo timori: *mat-fios*, et *manducos* Veteres vocaverunt; homines nempe magna malis dehiscentes magnamque dentibus strepitum facientes: mentio apud Juvenalem, Prudentium, nec non alios. Lucian. περὶ ὀρχησ. Στόμα κελυγνὸς παμμέγα, ὡς καταπίμπεν τοὺς θεοὺς. Ejusmodi Indicram effigiem invulgavit Pignorius Comment. de Servis. *Pric*.

[*Albus an ater*] Proverbialiter dictum. vid. ad Catull. cap. 94. et comm. Scip. Gent. J. B.

PAG. 430. *Approbator*] Forte : a *probator*. Sed aliud forte latet. *Colv.* Vulgo *approbator*, sed veram lectionem a *probator*, ex edit. Rom. reposuimus. Sic dictum a *probatore obolare*, ut apud Græcos *ἀπάρτειν* et *ἀπάρτεσθαι* ἀνδρὶ τῷδε, etiam apud poetam præcipuum. *Casaub.* V. c. a *probator*. Sciopp. in Symb. Quid illa voce *approbator* faciam, nondum despicio. Forte : *umbra ignob.* *approbator* vel *approbator*. Pleraque adjectiva in *or* Veteribus communis generis censebantur. *Acidal.* Ita libri vulgares. Nonnulli antiqui, quos eruditiores secuti : *opprobriatore*. Sequuntur vestigia vulgarium et Mss. restitui : *umbra ignobilitatis a probatore obstitit* : ut apud Varronem de Re Rustica : 'a Sole obstatre' : et apud Ciceronem, illud Diogenis ad Alexandrum : 'A Sole mihi obes.' *Wower.* Varro, 'a Sole obstatre.' Cicero, 'a Sole obesse,' ubi Diogenis ad Alexandrum dictum exponit. *Ignobilitatis* autem dixit Appul. *umbram*, pro obscuritate vitæ et generis, vel etiam animi improbitate. Eonius : 'Nam quum opulenti loquuntur pariter, atque ignobiles, Eadem dicta, eademque oratio æqua, non æque valet.' Sensus igitur est : Ignobilitas tua in medio obstat, atque impedit, ne quis te cognoscat, et qualis sit, exploret. *Scip. Gent.* *Umbra ignor.* a *probatione*. Sic Florent. 2. legunt hunc locum : vulgo tibi *umbra ignobilitatis approbatori* : male : vide notas Wowerii nostri. *Elmenh.* Multa de loquendi forma a *probatore obstitit* Gentilis, quæ utinam loco opportuniore docuisset nos : placet lectio ab his literas bene docto Ol. Grotio suggesta, *ab approbatore obstitit*, quam etiam probe fulciunt quæ loquuntur heic. *Pric.* Edd. ante Vulc. sec. *approbator* : sine sensu. Quod in marg. conjecerat Vulc. *approbatori*, id in ejus

Edd. sec. tert. editum est, neque longe ab eo recedit Grotii conjectura a *Pricæo* laudata : sed tum leg. saltem *opprobriat*. Verum fraudi fuisse videtur viris doctis media significatio τῶν 'probare,' 'probator,' 'probatio,' quæ, quemadmodum Gr. δοκιμάζειν, δοκιμαστὴς, δοκιμασία, non tantum approbationem, sed et simpliciter examen, explorationem, experimentum notant. Vid. Ernest. in Cl. Cic. v. *probatio*, et Græv. ad Cic. Verr. III. cap. 30. cit. a Burmanno ad illa Petronii cap. 70. 'mucronem ad buccam probare.' Optime igitur *Colv.* sen potius *Lips.* in marg. Ed. Bas. pr. cum Edd. Cas. Wow. (qui sibi deberi emendationem videri volebat) Gent. *Pric.* Elm. Scriv. Flor. (qui bene explicat) a *probatore* : quibuscum consentiunt præter Mss. *Fulv.* Pith. D'Orv. etiam 2. Florent. ex Coll. Lindenbrog. ita habentes, non, ut ait Elm. a *probatione* : licet et hoc bonum foret. Ceterum *Obstatre* a locutio est, quam usurpavit etiam Lucanus I. vs. 59. 'nullæque obstant a Cæsare nubes : ' item Sallust. Catil. c. 58. 'Exercitus unus ab urbe, alter a Gallia obstant : ' i. e. impediunt, alter, quominus ad urbem, alter quominus in Galliam properemus. J. B.

[*Tegere quam aliena indagare*] Neque propterea impostor, qui peccata sua tegit, quasi vero palam decantare sua facinora aliquis debeat, et gloriari in flagitiis, id vero non probi, sed furlosi esset. Quid? quod nec interrogatus quisquam cogitur fateri crimina. D. Hieronymus Epist. 107. 'Conatus sum crimen meum abnuere, non referre.' Non possum igitur probare acumen Lipsii olim nostri, qui pro *tegere* reponit hic *degere*, id est, Minuere, Detrahere. Sane iustitiam simulare et ostentare, quum homo sis injustus, id prorsus vitiosum est, et vituperandum : licet vulgus contra sentiat, de quo Plato in Protagora :

καὶ παρὶ, inquit, πάρας δὲν πάρας ἀνα-  
δικαλούς, ἔδν τε δὲν, ἔδν τε μὴ ἢ μάλισ-  
τα τὸν μὴ προσωποποιεῖτον δικαιοσύνην,  
et quæ seqq. *Scip. Gent.* Lipsius *de-  
gere ἀρχαῖκός*, pro *minuere*, ut apud  
Plautum et Nonnium: in quam abit  
etiam Pontanus scripturam *Analect.*  
l. iii. cap. 1. Ego vulgatam fero non  
illibenter. *Pric.* *Tegere* non esse sol-  
licitandum arguit quoque, quod ei  
opponitur, *indagare*. Nihilominus ci-  
tat hunc locum, quemadmodum emen-  
dari volebat Lipsius, Parens in Lexi-  
co Plantino v. *agere*; adducens quo-  
que Gell. xvii. 16. 'degendis vene-  
nis,' ubi nunc legitur *detergendis ve-  
nenis*, licet *degendis* ibi sit in Mas.  
De rariori verbi *degere* notione, pro  
minuere, detrahere v. Non. Marc. iv.  
117. cf. Par. l. c. Varro de Re Rust.  
37. Vulgata lectio displicuisse etiam  
Scrivenero videtur, edenti *regere*: nisi  
sit operarum vitium. Equidem sane  
in τῇ *legere* acquiescendum puto. cf.  
quæ supra p. 404. de animi ani vere-  
cundia dixit Auctor. J. B. *Potius  
dixi mea peccata legere, quam aliena  
indagare*] D. Hieron. ad Augustin.  
'Sufficit mihi probare mea, non car-  
pere aliena.' Phæbad. contr. Arrian.  
'Sufficit conscientie puræ tenere  
quod credit, æstimanti fore rectius  
tueri propriis, quam extranea et alie-  
na discentere.' Optat. Millevit. cont.  
Donatist. lib. vii. 'Satis sit homini si  
de peccato suo reus non sit, quam ut  
de alieno iudex esse desideret.' *Pric.*

*Constitit*] I. e. consistit: ut lib.  
xcviii. D. de solution. Et *consti-  
teremus* pro *consisteremus* l. xxvi. D.  
de negot. gest. Eadem Noster offi-  
guratione Miles. viii. 'Invadit ac  
superatitit alcarium,' nam quod in  
casis legitur, *supersistit*, reiculum pu-  
to. *Pric.* De loco Met. l. viii. pag.  
539. perperam omnino iudicare Pri-  
cæum, monet ibi Oudend. Quod ad  
nostrum locum, vel pueris notum est,  
quemadmodum verbi Gr. *ἵστημι* con-  
sisto, perf. *ἵστηκα* constitui, i. e. sto,

ita et Lat. 'constiti' habere vim præ-  
sentis verbi 'stare.' J. B.

Ego adeo servior: tu an habes ad  
ag.] Non dubitavimus veram et cer-  
tam emendationem nostram in con-  
textu recipere, aperta vulgaria scrip-  
tura, *servor* et *abes*. Scio *servor* pro  
*obsevor* Latinum esse, atque adeo  
Tullianum: sed id non posse hic lo-  
cum habere petendo: non enim de  
observantia et cultu qui honoris caus-  
sa a liberis personis exhibetur, intel-  
ligit: sed de servorum *οὐρανός* et  
ministerio. Quid quod sequentia eam  
lectionem manifeste flagitant? debet  
enim repati vox *servos* quæ in verbo  
*servior* intelligitur inclusa: ut in ille  
rūs lxx. *ἰδούτω* *ἡμῶν δὲ ἔσται*. nimi-  
rum ἡ *ἑλπίς*. est enim *οὐχίμα ἀνὰ κοινόν*,  
*ἔσται ἡμῶν δὲ τοῦ ἡμῶν τοῦ ἔσται*,  
ut loquitur Eustath. in Iliad. β. Non  
igitur *servor* sed *servior* legendum.  
Seneca, 'servis paucioribus *serviri*:'  
de tranquill. vitæ. Casaub. Cum an-  
nis superioribus Petronii scholiastes  
locum hunc sic mihi recitaret, 'Ego  
adeo servor, tu an abes,' &c. ut ex-  
perimentum scilicet ingenii mei ca-  
peret, facile quam et talia, quæ non-  
nulli fastidiosius venditant, domi no-  
bis nascerentur, intellexit. Statim  
enim conjeci legendum: Ego adeo  
*servos* tu an habes. Sciopp. in Symb.  
Plane rescribendum censeo cum eru-  
ditissimo Mercero: Ego adeo *servos*,  
tu an habes ad agrum colendum. Wow.  
Ego adeo *servos*. Recte ita Memb.  
Florent. sienti etiam Mercerus et  
Casaub. ante divinarant. *Elmenh.* Ego  
adeo *servior*. Recte hanc scripturam  
retinuit et defendit Casaubonus nos-  
ter, qui et Senecam ita locutum do-  
cet. Cui geminum est verbum, *mi-  
nistrari*, eodem modo positum. Plau-  
tus Vidularia, apud Nonium: 'Ma-  
lim mori meos, quam mendicariet:  
Boni ministrantur; illum nunc irri-  
dent mali.' Nam quod idem Lips.  
lib. i. Antiquit. cap. ult. rescribit,  
*Boni immiscrantur*: non plus ei adpen-

tior, quam illis qui in hoc loco Apuleii mallent *Servor* legi. Sunt qui legunt, *Ego adeo servos, tu an habes ad agrum col.* Scip. Gent. Ita edit. Casaubon. nulla sententia: scribendum *servos*, ut et in Cod. Florent. legitur. *Pric.* Edd. ante Casaub. cum *Miss.* Pith. *Ego adeo servor, tu an adeas*, non sine sensu, si *servor* capias pro *observer* cum Grosiot. in marg. pro quo ipsum illud *observer* reponi voluere Vulc. in marg. et Jungerm. l. supra cit. insuper *adeo* mutans in *at*: sed non viderunt VV. DD. nec Schikherad. legens, longius etiam a vulgata et scripta lectione, *cernor*, non viderunt igitur, totius periodi protasin constituere verba illa *Ego adeo* ... neque scio, neque laboro, et tum denique sequi apodosin *At tu me scis*, &c. Casauboni conjecturam, quam non capio cum *Pricæo*, expressit tamen hic cum Scallig. et Scip. Gent. Sed bene omnino ex uno Cod. Florent. edidit Elm. *servos*, quem secuti sunt reliqui. Ne sic quidem tamen locus persanatus est, nam illud *tu ante an habens* vacat non tantum, sed ne ferri quidem potest; nam *τῷ* *Ego adeo* opponitur in apodosi *At tu*: hic vero vis non est in *tu*, sed in *servos*, cui opponitur *an ipse operas*, &c. *cambias*. Jam vero pro *servos* *tu* in uno Florent. Cod. ex Coll. Lindembrog. est *serviorne*, in Pith. *servorne*, in altero Florent. *servorne*, uti prorsus legendum est: *Ego adeo, servorne an habens* ... *an ipse* ... *cambias*, neque scio, neque laboro. *At tu me scis, eadem die tris* [*Ἐὰν μνημισίαις*. *Servorne an hab.* pro *anne servos hab.* exquisite dictum, quomodo *ne* in interrogationibus hand raro abundat. cf. ad Met. l. i. p. 31. Oud. ad Lucan. vii. vs. 801. J. B.

Cum *vicinis tuis cambias*] Vox Græcæ originis, quam Charisius lib. ii. et Priscianus ex eo vertant *ἀμειβομαι*. Glossam veteres 'Cacumbeat *διαλλάσσει*.' Lego, *Cambiat ἀλλάσσει*. Est a *κἀμπτω*, propter gratiarum vices:

semper enim Gratiæ *καμψιδαντοι* non *συνδιεφύμην* esse debent. Inde est nostrum Francoceltarum *change ἀμοιβή*. Græci tamen suum *κἀμπτω* non usurpant pro eo quod est *cambio*: sed pro eo quod veteres Latini *campas* dicebant. Ennius *Leucaten campant*. Græcum proverbium apud Strabonem, *Μαλέων δὲ κἀμψον ἐπιλάθου τῶν οἰκადε*. et apud Geographos sæpe, *κἀμψαι ἔκρας*. Casaub. *Cambies*. Alii *Cambias*. Vide Indicem. *Elmenh.* Edidit tamen Elm. *cambias*, cum reliquis inde a Colvio, qui tacite ita rescripsit; pro eo quod legebatur in Edd. O. ante eum *cambies*, quomodo exstat in *Miss.* Florent. utroque, Pith. D'Orv. nec dubito de ceteris. Equidem *cambias*, quasi a *cambiare* sine librorum auctoritate non damnum, imo postliminio revocandum putavi. Vocatus quidem in Etym. v. *Cambire* recentiores aut corrupte dixisse *cambiare*; et Du Cangius in Gloss. 'Italia,' inquit, 'Cambiare: 'Latinis, Cambire;' et *Cambire* citat Priscianus: *Cambiare* tamen est in Gloss. apud Casaub. et Elm. in Ind. Item Gloss. Philoxeni 'Concambiat, *διαλλάσσει*.' ex emend. Du Cangii. Sic posterioris ævi scriptores promiscue dixisse videntur 'cambitio' et 'cambiatio,' 'concambitio' et 'concambiatio,' 'cambire' et 'cambiare:' quod Appuleii ævo nondum obtinuisse, non satis mihi persuasum est, quam ut contra Librorum auctoritatem ei *τὸ cambiare* abjdicem. Siculus Flaccus de Condit. Agr. 'Emendo, vendendoque, aut cambiando, mutandoque.' J. B. *An ipse mutuiarias operas cum vicinis tuis cambias*] Hoc enim moris fuisse cum ex aliis, tum ex Gellio patet, lib. ii. cap. 29. in *Æsopi* Apologo: 'Fac amicos adeas, et roges veniant, operamque mutuum dent, et messem hanc nobis adjuvent:' (quo loci inique *τὸ ἀδjuvent* quidam proturbare adorti sunt, quo nil signantius potuit de multitudine effarri. Noster infra,



'An adjutorio multitudo eorum necessaria fuit?') Porro prædictæ sententiæ non absimilia hæc Varronis *περὶ Ἀφροδισ.* 'Utrum mercedem accipit is, qui meas venit Segetes ut sarriat, an ego ab illo:' hinc *mercenarii isti, metelli dicti.* Gloss. a Vulcainio editæ, 'Metellus, *μισθιος.*' Gloss. Ms. Claud. Puteani: 'Metellus, mercenarius, a metendo.' Et verum hoc etymon putem, quidquid apud Festum lego. *Pric.*

*Quod quidem]* Quod quidem, non, ut alibi apud Nostrum, valet quandoquidem, sed eleganter inservit orationi ligandæ, ut 'quod si,' 'quod utinam,' et sim. *J. B.*

*Pag. 431 An consuetudinem]* Ms. D'Orv. aut. Male. Jungenda cæcitate dicam an consuetudinem? Met. i. p. 31. 'eumque propere vestio dicam an contego?' infra p. 592. 'O grave beneficium dicam an ingratum beneficium?' *Tantumne esse* h. l. est infinitivus absolutus per admirationem, cui sic eleganter additur interrogandi particula ne, ut notum ex Terentio, et animadversionibus Dukeri ad Flor. i. 11. § 9. Græv. ad Cic. Epp. ad Att. ii. 6. aliorumque. *Idem.*

*Imperatores Pop. Rom. paucitate servorum gloriantes]* Quod Noster adsignat modestiæ Romanorum Imperatorum, verius alii Veterum parsimonie, qui Legatis et Imperatoribus non alium famulitii modum statuerunt. Ideo M. Cato senior, quum Hispaniam regeret, intra Legatis præscriptum numerum remansit. Valer. Max. lib. iv. cap. 3. Nec majorem habuit Cæsar quum Britanniam oppugnaret, ut ex Cotta ejus Legato in lib. de Repub. Rom. refert Athenæus lib. vi. cap. 8. 'Ιούλιος δὲ ὁ Καῖσαρ ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρετανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, πρὶς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόνας Ιστορεῖ, ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι. Neglectam hanc regu-

lam paulo prius deprehendo apud eundem: *Χάρπρες δὲ ἦσαν, καὶ πάντα ἄριστοι οἱ ἀρχαῖοι Ῥωμαῖοι. Σκίπιον γοῦν ὁ Ἀφρικανὸς ἐπὶ κλην, ἐκπεμπόμενος ἐπὶ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγγχειρισθῶσι, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας.* hujus rei testes Polybius et Posidonius: et quod de Cætone diximus, quinarium ei numerum servorum in Hispania degenti Plutarchus assignat in vita ejus, et Scipioni in Apophthegmat. sed inter Valerium et Græcos nullum dissidium, quippe ex his quinque duo σύνδοι, seu comites, nam legitimus servorum numerus ternarius. *Pric.* Sequitur in Ed. Pric. Bourdelotii observatio, aliquanto prolixior, de legitimo servorum numero, ad familiam constitutendam. *J. B.*

*Solos]* V. D. e vet. cod. probat *solus*: male. In seqq. 'duos solos calones... Tris servos solos ex urbe duxisse:' et amat hanc constructionem Appul. Met. lib. v. p. 325. 'verba tantum audiebat occidentia, et solos voces,' cf. de Phil. Mor. p. 600. et inprimis *περὶ ἔργ.* p. 634. 640. 646. 647. 658. 659. 662. Ed. Flor. Ter. Phorm. iii. 3. 24. 'Quantum opus est tibi argenti? ... Solæ triginta minæ:' et sæpe. *Idem.*

*Pag. 432 Adoreis]* Vide Festum et Scaligerum. Brant. Ms. Lips. *adoris* solita variatione. cf. ad Met. iii. p. 297. b. *J. B. Adoreis]* Miles. vii. 'Domi forisque fortibus factis adorem plenè gloriarer.' Gloss. 'Ἀδέα, ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου, adorea.' Gloss. Bourdelot. Ms. 'Adoream, laudem bellicam.' Gloss. Puteani Ms. 'Adoreis, Victoriis.' *Pric.*

*Una porta]* Quasi vero non omnes triumphieadem porta agerentur. Josephus Ἀλώσεως libro vii. πρὸς δὲ τὴν πύλην (triumphalem portam intellege) αὐτὸς ἀνεχάρι, τὴν ἀπὸ τοῦ πέμψεσθαι δι' αὐτῆς ἀπὸ τοῦ θριάμβους τῆς προσηγορίας αὐτῶν τετυγμένας. Sed re-

aspicit Appuleius ad situm populorum de quibus Carius triumphavit, Samnitum, Sabinorum, Lucanorum, qui omnes ab eodem Tiberis latere sunt siti. *Casaub.* Non satis placet Casauboni explicatio, licet aliam, quam suppeditem, non habeam: neque tamen in tanta Mstorum et editionum constantia conjecturis indulgendum censeo. Possis alias divinare *Imperator. J. B.* Qui *ter triumphum una porta egerit*] Ex his unum de Lucanis fuisse Casaub. ait: Cicero tamen Cat. Maj. ut et Noster heic, pro Lucanis Pyrrhum nominat. Equidem triumphatos eos non puto: de his ovavit tantum. V. Fast. Sigon. *Pric.*

*Ipsæ in oratione scriptum rel.*] Ex hac oratione M. Catonis fragmentum etiam exstare apud Festum viri docti censent, ubi sic legunt: 'Navitas secundum incorruptam consuetudinem dictos, quos nunc nos nautas dicimus: testis est Cato in ea quam scripsit, cum in Hispaniam proficisceretur, cum ait: Navitæ quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum.' *Colo. M. autem Cato nihil oppertus, ut alii de se prædicarent, ipse in Oratione scriptum reliquit*] Id est, suarum ipse laudum præconium ab alio non expectans: quod demonstrat Titulus Orationum ejus, de laudibus suis apud veteres Grammaticos. Ex hac porro, quam hic citat Appuleius, oratione fragmentum Festus refert: 'Navitas,' inquit, 'secundum,' &c. Aliud fragmentum apud eundem exstat tale: 'Maledictores,' inquit, 'dicebant Antiqui, quos nos appellamus maledicos. Cato, quum proficisceretur in Hispaniam, removendi maledictores.' *Scip. Gent.*

*Quoniam ad villam publ.*] Continente exemplum hoc ipse de se memoriam prodidit M. Cato. de cetero ne omittas emendare, *quom jam ad villam publ. venerat*: istic enim duos insuper pueros sibi emendos Cato curavit, et illos quinque in Hispaniam duxit.

*Stewech.* Legebatur *quoniam* male, pro *quom jam*. Exierat Cato cum tribus servis: sed cum ad villam publicam, quæ in Campo Martio erat, pervenisset, subtili animum cogitatio, non posse tam paucos servos sufficere provinciam administranti: misit ergo in urbem, qui duos emeret: sic quinque habuit: quot et Plutarchus ait. Hæc vera mens istius loci. *Casaub.* Fulvius *quom ad v. Scipp.* in Symb. Andreas Schottus *Observ. lib. v. c. 11. Elmenh.* *Quom jam* Stewech. laudatque Casaubon. nihil minus. *Quoniam* significat non solum id quod *quia*, sed etiam id quod *postquam*, teste Festo. *Brant.* Male heic, si unquam, eximius castigator, qui quum in principibus editt. legeretur *quoniam*, exturbavit e contextu suo adeo antiquam ac probam notionem. Ejusdem culpæ affinis etiam Schottus *Observ. Human. v. 2. Quoniam* valet *postquam*, ut sæpiissime apud Plautum. Gellius vii. 5. (ut in antiquis quidem, et melioris notæ Codd.) 'Polus unico amatum filium morte amisit, eum luctum quoniam satis est visus eluxisse, redit ad questum artis:' vide Festum. *Pric.* *Quoniam* pro *postquam* Plantinum est, vid. Parei Lex. Plant. quod an apud alium scriptorem inveniat, nescio: nam in Gellii loco a *Pricæo* cit. legitur *quum*, non *quoniam*, cujus lectionis ibi ne verbo quidem mentionem factam video. Ceterum in Ms. D'Orv. hic legitur *quum*, Lips. adscripsit *quom jam*, G. Voss. *quom jam*, ut edidit Casaub. *Scip. Gent. Pric.* retinuit *quoniam*, quod contra plerorumque Mstorum auctoritatem non mutavi, quia Auctor noster sæpius Πλαυτίστῃ. Et sane *quoniam*, comp. ex *quom jam*, et tempus et causam notasse non mirum est, quandoquidem idem obtinet in simplici *quom*. J. B. *Villam publicam*] Δημόσιον κατάσκηρον; quod in nummo T. Didii apud Urianum vidisse videor. Straboni Libro

v. *Διμορία τριπλῆς*. Positam in Campo Martio docet P. Victor. ix. Region. Usus ejus ad excipiendos Magistratus in Provincias euntes, Legatosque exterarum gentium peregre adventantes. Livius XLIII. 'Macedones deducti in Villam publicam extra urbem, ibique iis locus, et lantia præbita.' Et XXXIX. 'Quibus vetitis urbem ingredi, hospitium in Villa publica, Senatus ad eadem Bellorum datus est.' *Pric.*

*De mensa*] Sic Florent. 2. vulgo *de tribus emi*. Elmenh. Id est, pecunia mutuo sumpta, seu nominibus factis apud argentarios. De mensa sumere, numerare, et de domo vel ex arca, diversa sunt. l. lecta ff. de reb. cred. Nec tamen superfine Cato, vel Appuleius, in foro *de-mensa emi*. Sic Plutarchus, *περὶ δυσπραγίας*. 'Ὁ δὲ Περσῆος ἀργυρίδων τινι τῶν γυναικῶν δαρεῖσιν, δὲ ἀγορᾶς καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον. *Scip. Gent.* Miles. VIII. 'collatitia stipe de mensa paratus:' nec aliud *mensa ista* quam *τραπέζης λίθος*. Cicero in Pison. 'Duos de lapide emptos.' Pollux lib. VII. 'Ἐφ' ὃ δὲ βαλόντες οἱ δοῦλοι περὶσσεύονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ. *Pric.*

PAG. 433 *Paupertas olim Philosophia vernacula*] Marcianus lib. VI. de *παιδείᾳ* germana Philosophia: 'Hæc utpote talentorum conscia in omnium rara congressus, nec cuiquam facile primores saltem vultus superba committens, plerumque tamen admittit arrisitique pauperibus; magisque illis quos aut pedibus nudos, aut intonso crine hispidos, aut sordenti conspexit pallio semitectos.' *Pric.* *Paupertas olim philosophia vernacula*] Petronio, 'bonæ mentis soror.' Chrysostomo Homilia XVII. in acta: 'Mater sanitatis.' 'Parvopotens' ex Virgilio: 'Parvoque potentem Fabritium.' Eleganter idem Chrysostomus Homilia XIII. in eundem librum: 'Dives,' inquit, 'nihil aliud mihi esse videtur, quam civitas absque muris

in agro sita; et undique insidiantibus exposita. Paupertas vero securum præsidium moeis muris et expugnata difficile.' *Scip. Gent.*

*Adversum divitiis possessa*] An scribendum potius, *adversum divitiis professsa*, vel *adversam*: hoc sensu, paupertatis professionem esse virtutem amare et sequi, contra quam soleant divites: quod et suadent quæ sequuntur. Lipell emendatio, *adversum divitiis possessa*, etsi elegans et ingeniosa, propterea minus placet, quia sensum hujus *καλῶν* suspendit: cum videantur singula membra sensum absolvere debere. *Casaub.* Fulvii liber, *adversas divitiis*. Sed hæc verba loco suo mota, ita restituenda: *Enimvero paupertas olim Philosophia vernacula adversum divitiis possessa est: frugi, sobria*. Wower. Lipsius legit *Æmula laetitia, adversum divitiis possessa h. a. Casaubonus: adversum divitiis professsa... adversam*. Ego existimo legendum, *adversas divitiis possessa*. Judicabit lector. *Meurs.* *Casaub.* *Adversum divitiis possessa*, hoc sensu; paupertatis professionem esse virtutem amare et sequi, contra quam solent divites. *Meurs.* *Adversas divitiis possessa*. Wower. locum refingit, adi notas ejus. *Pric.* *Adversum divitiis possessa* est lectio Mstorum O. (præter D'Orv. in quo non comparat *adversum*, et legitur *divitiis*), et Edd. cunctarum, præter Floridi, qui, sensum non intelligens, Casauboni emendationem edidit, et Elmenh. quam Bapontina hic sequitur, qui ordinem et lectionem admisit, ut proposuit Wew. Imo Burmannus quoque ad Phædri IV. 6. 8. nullum his inesse sensum aliens, legendum monet, *adversas divitiis professsa, hab. sec.* Equidem vulgatam lectionem veram puto, hoc autem voluisse Anctorem. Quum proprie dives tantum possideat, pauper vero nihil possideat; imo paupertas sit ipsum illud, nihil possidere: tamen pauper philosophus, pro divitiis

rum possessione, suam habet quoque possessionem, longe illam excellentiorem, quæ est ipsa paupertas, virtutum alitrix, artium reperitrix, neque fragilis et caduca, sed 'habitu secura,' 'cultu simplex,' &c. Argutius forsitan hoc non nemini videatur: non tamen ab ingenio Auctoris et latius sæculi scriptorum abhorrent latiusmodi argutis. *J. B. Habitu secura]* Isid. Polus. lib. II. Epist. 267. Πενία ἀσφαλείας ἀνδρός καὶ μετριοφροσύνης ἐνδείκνυται. Monost. de morib. 'Divitiis trepidant, paupertas libera res est.' D. Chrysost. in Act. Homil. 13. 'Ὁ μὲν πλοῦσιος οὐδὲν ἕτερον εἶναι μοι δοκεῖ, ἀλλ' ἢ πόλιν ἀπείχοντος ἐν πολλῇ κειμένῃ, πωλλὰχόθεν ἐπισπωμένη τοῦ ἐπιβουλεύοντος. ἡ δὲ πενία φροῦριον ἀσφαλὲς χαλκῷ περιβεβλημένον πολλῷ, καὶ δόσολων ἔχον τὴν ἑσόδον. *Pric.*

*Consilio benesuada]* Itane? male tum *malesuada* audit apud omnium fere gentium scriptores. At veniam non gravate damus: e causa, non sensu loqueris. *Idem.*

*Neque vult ullas neque potest]* Suspicionem ducor scribendum, *neque vult ullas, neque putat:* hoc est, æstimat philosophus: ad eum modum id verbi Terentio, Ciceroni, Plauto nsitatum pueri scire possint ex Nonio. Appuleius hac eadem Apologia: 'quod si hæc exempla nihil putas?' Appul. III. Florid. 'cupere nemo, si vere putet, potest.' Salvastio Jugurth. idem excidisse animadverti, in oratione Adherbalis: 'Familia nostra cum populo Rom. bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides ejus, quam fortuna petenda erat:' legunt alii, nec male, *fortuna pendenda erat:* mihi tamen lubet quod diversis in membranis reperi, *petenda*, vel tantillum immutare, ac scribere, *fortuna putanda erat.* Cicero Attico: 'Jampridem scito esse, cum unum te pluris, quam omnes illos putem.' Lib. XII. Epist. 21. idem: 'ea a me minimi putabantur.'

Lib. Famil. Ep. 20. Plant. Amph. 'nam mecum argumentis puta.' *Stewech.* Bene quod ad sensum: sed non opus. Infra pag. 556. 'Latine neque vult, neque potest.' Cod. Barth. *neque Veneris potest. J. B.*

*Ubi contra hæc]* Ms. cod. *ut contra hæc.* Sententia loci totius non cohæret: quam tamen necdum concinniorrem efficere potuimus. *Colo. Ubi contra, hæc t.* Egrege emendavimus omnium librorum *γραφῆν, ubi contra hæc t.* nullo plane sensu: ubi est *ἐπὶ* Græcorum. *Casaub. Flor. ut contra hæc t.* Elmenh. Non omnia sana hæc præsto: forsitan abundaverit quid. *Pric. Mas. O. et Edd. ante Casaub. contra hæc temere int. ill. v. div. comp. e* quo bonum sensum elicere non possum. *Vulc. e conject. et Wow. Elm. Scriv.* quos sequuntur Edd. Altenb. et Bip. ediderunt *ubi contra hæc tem. inter ill. v. et div. comp. sed tum, n* fallor, aliud loco posuisset Auctor *hæc;* sane perspicuitas id flagitasset: neque placet vox *illustris* hoc sensu. Loquitur Auctor de *divitibus et pauperibus*, non de *lis* qui illustri aut humili loco nati sunt: sed 'illustres viri' quisam hic intelligendi sint, explicat Auctor ipse, 'quemcumque in aliqua laude miramur.' Amplector itaque Casauboni emendationem cum Salm. in marg. Grutero in Suspici. Ined. lib. XX. c. 14. Patschio et Jungerm. in Epp. Gudianis pag. 363. quam expressere Scip. Gent. *Pric. Flor. Insper* tamen pro *ubi e* Mas. Lips. et duobus Florent. lego *ut*, sen potius *uti. i. e. quemadmodum. Hæc temere* pro quo Groslet. malebat *hæc ferme, i. e. non facile, ut sæpe. Quinctil. I. O. 1. 3. 'Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere unquam porvenit ad frugem.'* *J. B.*

*Paupertas]* Vide quæ dixi ad Arnob. lib. II. fol. 45. Elmenh.

*Priores apud sæcula]* Terent. Eunucho: 'apud sæculum prius.' *Brant.*

PAG. 434 Omnium artium reperitrix]

Theodoretus *περὶ προνοίας*. Orat. vi. 'Ο δημιουργὸς τέχνας παντοδαπὰς τῇ πνύλῃ ἐπέδωκεν. Plautus Stich. 'Illa omnes artes perdocet ubi quemque attigit.' Xenophon lib. ii. Epist. 118. eam *Χορίαν ἀποδιδάκτον* vocat, et B. Isidorus πάσης ἐπιστήμης τε καὶ τέχνης *μητέρα*. Paria Aristophan. Πλουτ. ii. 5. Himerius apud Phot. Cod. 243. Demosth. contr. Eubul. Manil. i. Claudian. Rapt. Proserp. iii. Et hæc obvia passim: illud non item, 'Artes Paupertatemque' Gaditanos iisdem aris coluisse. Ælian. *περὶ προνοίας*, apud Eustath. in Dionys. Philostrate. de vita Apollon. v. 1. *Pric*.

*Omniū peccatorum inopia*] Vere Galenus in libello, quod optimus medicus etiam philosophus, fol. 9. οὐ γὰρ δὴ δῖος γε μὴ χρημάτων καταφρονῶν καὶ τῇ σωφροσύνῃ ἀσκήν, ἔσπῳν τι πράξῃ. πάντα γὰρ ἃ τοιούτων ἀδίκως ἀνθρώποι, φιλοχρηματίας ἀναπειθείσης, ἢ γοητευθείσης ἡδονῆς, πράττουσιν. Elmenh.

*Phocione . . . Epaminonda strenua*] Barth. Cod. *Farrone . . . Epimenide serena*. Aristidem, Phocionem, Epaminondam, Socratem jungit quoque Ælian. V. H. ii. 43. cum aliis, qui inter Græcos nobiles in paupertate vixerunt. cf. ibid. xi. 9. J. B.

*In Phocione benigna*] Ita Plutarchi *χρηστὸν* vertit Appuleius, et D. Pauli ad Galat. v. *χρηστότητα* D. Hieronymus: notior tamen in hac historia *bonitatis* vox, quidni et aptior? *benignum* nescio quid facilitatis habet, quod abhorrebat a Phocionis moribus: *bonitas* ejus erat anstera probitas, et integritas. *Pric*.

*Homer*] Ei unicum modo fuisse servum tradit Seneca Consol. ad Helv. 12. licet Scindapsus Homeri servus memoretur Ptolemæo Chénno ap. Photium p. 489. Edm. Schotti, et alius Bycco nomine Tzetze xiii. Chil. v. 643. quæ duo loca habeo ex indicio Harlesii ad Fabr. B. Gr. lib. ii. c. 1. § 8. et fame eum periisse Sotades

apud Stobæum Serm. 96. cf. Libri de Vita Homeri, Herodoto adscripti, c. 9. 11. et passim. J. B.

*Proque eo in hodiernum d.]* Sic Plinius N. H. lib. xxxv. c. 12. 'In sacris quidem, etiam inter has opes, hodie non murrhinis crystallisive, sed fictilibus prolubatur simpaviis.' Dionysius Halic. καὶ σπουδὰς εἶδον ἐγκαταμύνας οὐκ ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ἐγγεσιν, ἀλλ' ἐν δοτρακίνοις. *Ceto*.

*Simpulo*] De simpulo, sive, ut alii malunt, simpavio, accurate, ut erat rerum literarumque veterum apprime doctus, Phil. Rubenius, mens, utinam non olim, affinis et collega, lib. rr. Elect. c. 8. ille inquam, quem, dum vixit, inter prima Belgii ingenia merito censuit Justus Lipsius, omni semper cum honore mihi nominandus. Brant. Scriv. edidit *sympuvius* ex altero Florent. Apud Plin. contra xxxv. 12. pro vulgato *simpaviis* est qui legat *simpulis*. *Simpuvium* habent etiam Mss. Prudentii *περὶ στέφ.* vs. 515. ubi Salm. malebat *Simpulum*. cf. ibi Heins. Nempe utrumque dixerunt vet. *simpulum* et *simpuvium*. v. Stewech. et Elmenh. ad Arnob. lib. iv. p. 148. Differre quidem putat Havercamp. ad Tertull. Apolog. cap. 18. Ita, ut *simpuvium* ex ligno, *simpulum* fictile fuerit; sed vide Salmas. ad Solin. p. 583. J. B. *Proque eo in hodiernum Diis immortalibus sympuvio, et calino fictili sacrificat*] Porphy. *περὶ ἀποχ.* Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς κεραμεῖσι ἀγγείοις, καὶ τοῖς ξυλλίοις, καὶ πλακοῖς ἐχρῶντο, καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δημοτελεῖς ἱεροποιίας, τοιούτοις χαλεπὸν πεποισμένοι τὸ θεῖον. *Pric*. *Calino fictili*] Nonnius in *Semium*: 'Oratio extat Lælii, quam sympuvia Diis immortalibus grata sunt, Samiæque ut heic vocat Capedines.' Eadem et Cicer. iii. de Nat. Deor. Ergo *Capedines* eadem *Calinis* videntur. *Idem*.

PAG. 435 *Judices de causa ista sed.*] Plantus Mostell. 'Sine modum istuc judicare, surge: ego istuc assedero.'

Themistius Sophista: *ὡς θυμωδὸς μοι παθεσμένους ὕπὲρ ἂν αἰτίας ἔχει παρανομεῖν. Colo. Vide adnotata ad Minutium p. 6. Elmenh. Add. Scip. Gent. et Pric. J. B.*

*Quorum filia ob pauperiorem, &c.] Senec. ad Helviam cap. 12. 'Beatioresne istos putas quorum Pantomimæ decies sestertio nuntunt, quam Scipionem, cujus liberi a Senatu in dotem res grave acceperunt?' Ammian. Marcellin. lib. xiv. 'Dota- tur ex erario filia Scipionis, quum nobilitas florem adultæ virginis, diuturnam absentiam pauperis erubesceret Patris.' Locus non constat. Scribe, *quum nobilitas et flos adultæ virginis, &c.* adde his quæ Gentilis notat. Pric. *Quorum filia, &c.]* Vid. Seneca Consol. ad Helviam. Valer. Maxim. lib. iv. c. 4. *Scip. Gent.**

*Agrippa pop. reconc.]* Liv. lib. ii. Cic. iii. Offic. Elmenh.

*Usura lucis] Cicero Verr. vii. 'Lucis usuram tam diuturnam.' Idem pro Rabyr. 'Usuram hujus lucis.' Salvianus vi. de guber. 'Vendunt nobis hostes lucis usuram.' Lib. i. Cod. de custod. reor. 'Luce usnrpata.' Miles. ii. Noster; 'Usuram Solis.' Prudent. ii. contra Symmach. 'Luminis usum.' Heric. Altisiodorens. German. vi. 'Usum spiraminis.' Pric.*

*Si cum ex fortuna indulgentia, non ex Philosophiæ censura metiris] Florid. ii. 'Ingenii ejus sæcunditatem malo et doctrinæ, quam suppellectilis multiformi instrumento gloriari.' Ita eum locum lego, vulgo male acceptum. Idem.*

*Destina militiæ] 'Cum omnem apparatus castrensis disciplina submoveat.' Seneca loco proxime cit. Brant.*

*PAG. 436 Nihilo minus quam lacinia propendens, impedit et præcipitat] Exp- pressum ex his Xenophontis: Αἱ μὲν ποθέριαι ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέροικοι περιούσιαι τὰς ψυχὰς ἐμπεδίζουσι. Dio Chrysost. Orat. περὶ πλε-*

*ονεξ. Καὶ ἐσθῆτα μὲν οὐδεὶς βούλεται μάλῃ τοῦ σώματος ἔχειν, ὡς διασχερσῶν ὄν οὐσίαν δὲ τῷ παντὶ μάλῃ τῆς χειρὸς ἐπιθυμοῦσιν ἅπαντες ἔχειν, οὐκ εἰδότες ὅτι τοῦτο ἐκείνου χαλεωτέρων. Symmachus iii. 10. 'Odi in parvo corpore longa velamina: illa vestis decenter indutui est, quæ non trahit pulverem, nec humum demissa calcatur.' Pric.*

*Quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat] Senec. Epist. cviii. 'Et ostendere quam quicquid usum excederet, pondus esset supervacuum; et grave ferenti.' Porphyry. περὶ ἀποχ. lib. i. πολλὸν τὸ ἥδὲ ἐν τῷ καταναοεῖν δῶν τις χρεῖαν οὐκ ἔχει ἀρθείη γὰρ πολυτελείας, ἀρθείη τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια πτοίας, ἀρθείη τῆς ἑξ φιλοτιμίας, τίς λοιπὸν χρεῖα πλούτου ἀργού; εἰς μὴδὲν ἡμῶν χρησιμεύοντος; ἀλλὰ μόνον βαρυσσόντος. Idem.*

*Oneri potius quam usui] Utitur solenni metaphora ab oneribus sumpta. Sic de Cratete ii. Floridorum: 'Rem familiarem abiecit velut onus tergoria, magis labori quam usui.' Infra heic: 'Ad vivendum, velut ad nandandum, is melior qui onere liberior.' Salvianus i. contr. Avar. 'Divitiis onerum atque impedimentorum loco ducentes esse.' D. Hieron. ad Ageroch. 'Divitiarum sarcina prægravati.' Theodoret. περὶ προποίας. Serm. vi. Πῶς ἂν φρονήσεως ἐν ἔξει γένοιτ' ἂν ἄνθρωπος τοσοῦτοι φορτοῖσι τὸ λογι- κὸν καταχωννύς; Ibid. de pauperibus: τὰς ἀσθῆσεις ἐβρωμενεστέρας πλούσιων ἔχοντες, καὶ τῶν περιττῶν φορτίων ἀηλα- λαγμένας. Satyræ de Lite Author, priscus et venustus: 'Qui bona perdere avita Non dubitavit, ut hoc quasi pondere mentē levatus, Liberius studiis incumbere posset honestis.' D. Paulinus Epist. 38. 'Quæ veritas in tantum valet, ut de Gentilibus quoque qui vel extremæ veritatis lineas celsioribus ingenilis attigerunt, inquirendæ, nedum sequendæ sapien-*

time vocari non posse senserint, nisi pecuniarum onera quasi stercoreum etiam in mare quidam projecerant.' Sarisburiensis (quem corrigo) lib. v. cap. 17. 'Ad malitiam via tutissima est divitiis et oneribus' (vulg. *rebus*) 'aliis expedito: difficillimum enim est ut possessoris' (vulg. *possessorem*) 'sui non impediatur cursum.' *Idem*. *Oneri potius, quom usui exuberat*] Claro imitatur illa Seneca, ad Helviam: 'Quicquid extra concupiscitur, vitia, non uisibus laboratur.' *Scip. Gent.*

*Mergunt*] *An devergunt?* In de Deo Socrat. 'Devergunt pondere:' at nil muto. Lucret. lib. v. 'Nunc rerum copia mersat.' *Pric.* Quemadmodum gubernacula enormia, non devergunt, i. e. merguntur, ipsa, sed mergunt naves facilius, quam eas regunt, ita divitiis immodicæ mergunt, i. e. perdunt homines. *Ms. D'Orv. quam regant. J. B.*

*Quod habent irritam cop.]* *Ἀρπακτὸν περιουσίαν*, quæ in rerum actu magis impediatur, quam adjuvet. *Casaub.* Adde *σφαλερὰ περιουσία*. *Vulg.* *Irritam copiam, noxiam nimietatem*] Boëtius de Consolat. lib. ii. 'Satietalem si superfluis urgere velis, aut injucundum quod infuderis fiet, aut noxium.' *Pric.*

*Qui nullo strepitu*] Seneca Tragicus Thyeste: 'Sic cum transierint mei Nullo cum strepitu dies Plebeius moriar senex.' *Brant.* *Nullo strepitu, medico cultu*] Seneca de constant. Sap. cap. 16. 'Domus sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu,' &c. *Juvenalis Sat. vii.* 'Et strepitu, et facie majoris vivere cenus.' *Pric.*

*Supervacanea*] Falsi qui scribi jubent *supervacua*. *Florid. iii.* 'Supervacaneo studie.' *Onomast. vet.* 'Supervacaneus, *νεπεσιός*.' *Idem.*

*Possit necessaria*] Inepta et contra Auctoris mentem scriptio. *Lege possit nec.* Sequitur statim, 'non ultra volentes, quam poterant:' et non longe ante, 'delicias ventris neque

vult ullas neque potest:' quem locum male sunt quidam arbitrati emendationis egere. *Casaub.* *Possit nec.* *Sic Florent.* *Casaub.* *possit nec.* *Elmenh.* *Casaub.* *possit.* *Supra,* 'neque vult ullas neque potest.' *Infra,* 'non ultra volentes quam poterant.' *Pric.* *Salm.* quoque *possit* cum *Edd.* *Vic. Vulc. sec. tert. et Wow.* *Vtrum Edm.* et hinc *Flor.* tacite ediderunt *possidet*. Non tam inepta est vulgaris *Metorum* et *Edd.* ante *Casaubon.* itemque *Pric.* et *Seriv.* lectio, *possit*: nemo pauper est, qui, non cupiens supervacanea, *possit* tantum necessaria. Hinc subjicit Auctor: 'namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit.' *Observatum* autem *Appuleio*, in toto hoc de recta divitiarum æstimatione loco, *Cicero*nis *Paradoxon* in *Crassum*, ubi inter alia: 'Quem intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit: qui nihil querat, nihil appetat, nihil optet amplius:' hoc est quod *App.* dicit, qui 'supervacanea nolit, possit nec.' verum tum scribere debuerat *possat*. Quare *Casauboni* emendationem sequor, in primis, quia hunc locum respexit Auctor infra: 'At contra hi philosophi, non ultra volentes quam poterant.' De sententia autem cf. *Auson. Epigr. 134.* et *Epic. in patr. va. 23.* ibique *Toll. J. B.*

*Quæ natura oppido pauca sunt*] *Manli.* 'Parvos usus natura reposit.' *Lucanus*: 'Discite quam parvo liceat traducere vitam, Et quantum natura petat.' *Senec.* ad *Helviam*: 'Id egit rerum natura, ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset.' *Pric.*

*Is plurimum habebit, qui minimum desiderabit*] *Censorinus Proem.* 'Quisque non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est locupletior.' *P. Syrus*: 'Is minime

oget mortalia, qui minimum cupit.' Valerius de Fabricio: 'Locupletem istam faciebat non multa possidere, sed modica desiderare.' *Idem.*

PAG. 437 *Divitia non melius in amore et fundis, quam in ipso hominis continentur animo*] Scitissimam γυναικα hanc quasi certatim plures expressere. D. Ambros. Epist. LXXXII. 'Non cenans divitem sed animus facit.' Ausonius: 'Ex animo rem stare æquum puto, non animum ex re, Illa opibus modus est, quem statuat animo.' Seneca ad Helviam: 'De contempta pecunie multa dicuntur; et longissimis Orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo, non in patrimonio putent esse divitias.' Xenophon. in Conviv. Νομίζω τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πτωχίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς. Chremes Terentianus Heautontim. 'Quid reliqui est quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona? Parentes, Patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias: Atqui hæc periæde sunt ut illius animus qui ea possidet.' *Idem.*

*Nec montibus auri satiabitur*] Theophrast. Euphrad. Οὐκ ἴσθησι τοὺς ἀπὸ τοῦ πλούτου ὀρεγαμένους πέρας οὐδὲν, οὐδὲ ἔπος οὐδέλ, οὐδ' ἂν πάλαιος εἶπας 'Ἀπλωτύνει, εἰς γὰρ οὐ πένθηεν ἔπος ἐν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ἐν τῇ γῇ. 'Montes auri' proverbiale est. Plaut. Aulul. 'Pici divitiis qui montes aureos colunt.' Varro *περὶ γενεθλιακ.* 'Non demunt animis curas ac religiones Persarum montes, non atria diviti' Crassi: sic πόρτος χρυσίου apud Phœnicem Poëtam veterem Epistol. lib. II. Ἄνθρωποι Νίκοις ἐγένεθ', ἐς ἐγὼ κλέω, Ἀσσύριοις, ὅστις εἶχε χρυσίου πόρτον. Καὶ τῆλα πολλὰ πλεῖνα Κασσίης ψάμμου. *Idem.*

*Ante parta*] Sic Plant. Trucul. A. I. Sc. I. 'Upe ante parta demus, post partoribus.' J. B.

*Nec refert quam magnum sit, quod (ibi minus est)* Seneca de remed. &c. Delph. et Var. Clas. *Apul.*

'Felix est non qui aliis videtur esse, sed qui sibi.' Et Epist. IX. 'Non est beatus esse qui se non putat: quid enim refert qualis status suus sit, si sibi videtur malus?' *Idem.*

*Philus*] De hoc Philo nihil usquam se reperire ait Floridus. Non igitur legerat V. D. Ciceronis Lælium? ubi plus semel mentio Philii, amici Scipionis Africani. cf. cap. 4. 7. et 19. ubi: 'Nunquam se ille' (Scipio) 'Philo, nunquam Ropilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.' Id. ad Att. IV. 16. 'Hanc ego de republ. quam institui disputationem, in Africani personam, et Philii, et Lælii et Manilii contuli.' cf. Ernesti in Ind. Cic. Hist. V. L. Furius Philus. Amicus quoque fuit Terentii si quidem, ut videtur, hic est ille Furius, quem, cum Africano et Lælio, familiarem Terentio fuisse tradit Portius apud auct. libelli de Vita Terentii, Suetonio adscripti. Miror, etiam Scriber. margini adlevisse h. l. *philosophus.* *Idem.*

*Nec Lælius quantum Scipio*] Cicero: 'Nec me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios, multi venalicii mercatores superarunt.' *Pric.*

PAG. 438 *Sed congruentibus desideriis*] Eadem plane docet Chrysostomus Homil. LXXXI. in Matthæum, ubi Avaritiæ mala enumerat atque exagitat incredibili facundia. Vide divinam orationem, quæ mirifice hunc totum locum Appuleii de paupertate et divitiis illustrat: delectabit te duorum eloquentissimorum hominum similitudo, et quasi certamen: me quidem hæc collatio singulari voluptate adfecit. *Scip. Gent.*

*Pauper enim sis app. eg.] Alii p. e. As a. e.* Augustin. Serm. 206. 'Avaritia est esse velle divitem, non esse divitem.' Manilius lib. IV. 'Pauperior bonis quisque est, quo plura requirit.' Ausonius: 'Quis dives? qui nil cupiat: quis pauper? avarus.' Vide notas ad Minutium Felicem et



Agellium l. ix. cap. 8. *Eumenh. Pau-*  
*per sit appetendi egentate.* In de Philo-  
 sophia: 'Egestatem non absentia pe-  
 cunie, sed presentia immoderatarum  
 cupidinum gignit.' Ibid. 'Quanto  
 plarium cupidior, tanto egentior.' Hy-  
 perides apud Rutil. Lupum de figur.  
 &c. 'Qui parcus est, utitur eo quod  
 satis est: tu contra propter avariti-  
 am quo plus habes, magis egēs: ita  
 non tam diligentis' (malim *opulen-*  
*tis*) 'fructus quam inopis miseria te  
 consequitur.' *Præc.*

*Dives non egendi satietate*] Apud  
 Philostrat. Apollonius: Τὸ δεῖσθαι μη-  
 δένος, ἐπὶ τοῦ Λυδία, καὶ τὸ Πανταλαῦ νῶν.  
 Minne. Octav. 'Quis potest pauperes-  
 se qui non eget?' Dion. Halicarnas.  
 Πλοῦσιος οὐκ ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλὰ  
 ὁ μικρὰν δευσιμῶνος. Ibid. Pelasiota  
 lib. v. Epist. 456. Ἀδὲν πλοῦτον ἔχειν,  
 ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖσθαι πλοῦτον, πλοῦτός  
 ἐστι μέγιστος. *Idem.*

*Equus si virtutibus suis polleat, &c.*  
 E Xenophontis *Economico*. Paria  
 apud Stobæum legere est *Serm. 1.*  
 Nostrium in de Deo Socrat. *Juvenal.*  
*Sat. viii. Idem.*

*Æquabilis vector, et cursor pernix*  
 D. Chrysost. Δρομικὸν εἶναι, καὶ εὐσε-  
 λή, καὶ βαλῖν ἐνυθρα. Loco jam dic-  
 to Noster: 'Ad cursum vegetus, ad  
 vectram validus.' Ibid. 'Volo enim  
 non modo perneciter, sed etiam per-  
 molliter pervehat.' Item *iv. Florid.*  
 'Advectorem sibi met equum sefigunt  
 duntine fortitudinis, vivacis perneci-  
 tatis: idem' (malim *eundem*) 'et fer-  
 re validum, et ire rapidum.' Enno-  
 dius: 'Sublimem, validum, formo-  
 sum, passibus aptum.' Ibid. 'Cor-  
 nipedem scandi qualem vix. Cyllarus  
 æquat, Mollibus æthereas qui vincit  
 cursibus auras: Immobile cuius cur-  
 rat per devia sessor, In statione vo-  
 lāns pedibus constanter adactis.' *Id.*

*Gracili Lare*] *Capitol. Clod. Alb.*  
 cap. 4. 'Natus Lare modico, patri-  
 monio pertenui, parentibus sanctis.'  
*J. B.*

*Pauciores habeo*] Aut valde hujus  
 animi frustra sum, aut scripsit Auc-  
 tor: quod paucos servos habeo: paulo  
 ante: 'Sed finge hæc aliter se, ac  
 me ideo pauperem, quia mihi fortuna  
 divitias invidit.' Expedita mihi, at-  
 que adeo certissima ad emendationem  
 semita, ex geminatione syllabam  
 scribo, aliter sz, pro aliter esse. *Virg.*  
*iv. Æneid.* 'Quis me autem, fac vel-  
 le, siue?' Locationes solennes lin-  
 gum Romanæ precoribus: 'fac ita  
 esse: 'fac aliter esse: 'finge illum  
 posse: 'puta me dedisse: 'pone  
 victum esse: 'da retineri posse,'  
 &c. de quibus nos in usum puerorum  
 egimus in lib. de Partic. *Stowech.*  
 Vol pauciores res habeo scribendam,  
 vel pauciora. *Casaub.* Ahi libri pau-  
 cioris. *Fulv. paucioris habito.* *Sclopp.*  
 in *Symb.* Puto deesse vocem servus.  
 V. C. paucioris; unde *Fulvius* autem  
 legit paucioris habito: nescio an satis  
 Latine. *Scip. Gent.* Ego servos habeo.  
*Fulv. quod paucioris habito.* *Casaub.*  
*pauciora habeo.* Sed nil mutandum.  
*Eumenh.* Varia hujus loci lectio est  
 in excusis, nec minus varium *Expositu-*  
*rum* conjecturæ sunt. Liberiores hu-  
 jusmodi interpolationes mero ingenio  
 nixas, utcumque a viris conspectissi-  
 mus eruditionis profectas, nos tanti  
 nunquam putabimus esse, ut in eas-  
 dem discedere velimus, quam præ-  
 sertim majore compendio verum pos-  
 se erui putamus. Ex fide boni homi-  
 nis *Inaci Pontani*, præfert *Ms. Cod.*  
*pauciores h.* qui non perceptus *Ar-*  
*chaismus* videtur loco corrumpondo  
 fuisse. *Habere est habitare*, ut apud  
*Plantam* et *Comicos*. Exempla plu-  
 cula apud *Nonium* cap. 4. vido.  
*Varro de L. L. iv.* 'Apud eadem *Ja-*  
*monis Lucine*, ubi editamus habere  
 solet.' Sumptum est a veteribus  
*Græcis*, apud quos sæpius ἔχω pro  
 οἰκῶ legas: ut in illis... οἰκοῦ  
 οἰκῶν δάμαρ ἔχωρες, Item... πανδρῶν  
 οἰκῶν αἱ Ὀλυνθίων ἔχουσι. quæ apud  
*Homerum* et *Hesiodum* quasi or

more occurrunt. Theocrit. Eidyll. vii. Νήφες Κερνάλβες Παρδοσίος αἴρος Ἰχθυόου. Scholiast. αἱ οἰκίδες τοῦ ἔφους τοῦ Παρδοῦ. Et ne ita Poëtas tantum locutos putes, addam specimen e prorsa oratione. Marmor Cretense vetustissimum, nuper in Britanniam delatum, auspiciis Excellentissimi Herois, Thomæ Arundelii Comitis, solertia docti juxta ac sagacis Petri: ΕΠΙ ΤΑΙ ΧΟΡΑΙΑΙ ΕΚΑΤΕΡΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΟΝΤΕΣ. At præstat totum adscribere, cum quia nondum est editum, partemque exhibet fœderis antiquissimi, voces etiam nonnullas hactenus inauditas: tum ut videant, qui his literis cupiunt, quam constanter hoc in stadio pergunt, homerique Antiquitatis consulunt, auctoritate, splendore, opibus, Illustrissimus Comes noster; Petrus cura, iudicio, ac labore. Pric. Sequitur hic apud Pricæum exemplum ipsius marmoris, primo litteris majusculis, tum communiori charactere, ubi ex ingenio supplere V. D. quæ deerant: dein subiecit versionem Latinam, eum brevibus notulis, versionem illam spectantibus. Hunc totum locum autem, quia ad Auctorem nostrum nihil omnino pertinet; rectius omittendum in hac Ed. putavimus. J. B. Quod pauciores habeo. Supple domesticos, famulos, nec quidquam interpolandum. Quæ sequuntur mire quadrant cum hoc intellectu: nec probo quæ hic Pricæus habet nimis intelligendo nihil intelligens. Florid. Nihilominus utrumque, et ego et servos in textu servavi Flor. cum Vulc. Ed. tert. et Elmenh. Servos exhibuit quoque Wow. Sed utramque vocem denno eiecerunt Scip. Gent. ac Pric. et unci inclusit Seriv. Comparent sane ego et servos, quorum hoc merum est additamentum Stoweckii, in nulla Ed. vet. nec, quod sciam, Mæto Cod. Nec ex silentio Elmenh. et Lindenbrogii in Excerptis fore est ut colligam, in Mss. Florent. esse ego servos.

Equidem non dubito, quin subintelligendum sit servos: quam vocem subaudiri ab Auctore, obscurum esse non poterat hominibus Latine loquentibus, quibus solemne erat verbo pascere uti, de dominis servorum. Spartian. in Hadr. cap. 11. de famulitio: 'ne quid otiosum vel emeret aliquando, vel pasceret:' ubi vid. Casaub. Sic 'ventres pascere' Petron. c. 57. vid. Pricæi notas p. hnj. Ed. 161. a. ad illud: 'Unicam pascere ancillulam.' Quomodo τοῦ servos aliquoties ἀλλήτῳ, cf. Sanct. Min. iv. 4. Eleganter Amm. Marc. xxviii. 4. § 9. de opulentia Romanis istius ævi, magno cum fasto, balneas intrantibus, et minaciter clamantibus: 'ubi sunt nostrum?' Quod autem Salm. et Lips. in marg. itemque Pric. putant paucioris habeo legendam esse, pro vilis habito, id cum Gentile et Jungermanno in Epp. Gnd. p. 363. veror ut Latinum sit, licet habeo frequens sit hoc sensus: de viliori domo dixerat quoque jam, 'vivo Gracili Lare;' neque est tum, quo referas pascere et vestio; nisi subintelligendum putes me: et sane, si pascere et vestio ad servos sit referendum, nimis ἀνεπὶ τὸν τόπον tum sequi minus obno, non est quod diffitear. In Mss. Lips. Pith. et Edd. ante Colv. est quidem paucioris: sed hoc nihil aliud est, quam frequens illa scripturæ variatio in acc. plur. 3<sup>æ</sup> decl. per is, eis, et es. Ms. D'Orv. abeo. J. B. Ad marmor Cretense, cuius mentio apud Pricæum in nota citat V. D. ad calcem Ed. Casaub. in Biblioth. Cl. V. M. Tydeman. Reines. vii. 22. p. 491. Reisk. ad Anthol. Cephalæ p. 170. Idem in Addend.

Animi ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est] Lactant. Divin. Instit. l. vii. cap. 1. 'Eo fit ut pauperes et humiles Deo credant,' (malim, accedant) 'facilius, qui sunt expediti, quam divites, qui sunt impedimentis plurimis implicati: imo catenati et compediti, serviunt ad

natum Dominum cupiditatis, quæ illos inextricabilibus vinculis irretivit.' D. Hieron. ad Rufin. 'Nisi me attenuati corporis vires quadam compede præpedissent.' Fors et Glossarii mens ea, ubi 'Πεδύρα, pedica.' Vide quæ notamus infra, ad ea 'morbo impeditus.' *Pric.*

PAG. 489 *Velut ad natandum*] Eadem assimilatione Paulinus Epist. xxxviii. 'Atque utinam vel nudis nobis ex istius mundi salo liceat evadere, et in tempore isto quo in fragilitate corporea, et possessionum lubrico, tanquam in navigii fatiascentis infida compage fluitamus, exnere nos ad enatandum impedimentis agentibus, quasi ventibus madidis: et fidem salutarem, qua in virtute Christi Dei, vexillo crucis nitimur, quasi tabulam perfrugii meminerimus invadere.' Et in Polycrat. Sarsaburiensis. lib. v. cap. 17. 'Sic omnes post divitias currunt, ac si alibi laborum requies dolorumque solatium inveniri non posset: ac si naufragi de profundo queant enatare facilius, si prægravi sarcina fuerint onerati.' *Idem.*

*Cui quam minimis opus sit, cum esse Deo similiorem*] Scitum Cynicorum. Vide Laërtium in Menedemo. Silemus Marco Imperatori apud Julianum in Cæsarr. Τί ποτε ἐνόμενος εἶναι τὴν τῶν Θεῶν μίμησιν; καὶ ὅς, δεῖσθαι μὲν ἐλαχίστων. Xenophon Memorab. l. i. "Ἐγὼ μὲν νομίζω τὸ μὲν μηδὲν δέεσθαι θεῶν εἶναι, τὸ δ' ὅς ἐλαχίστων ἐγγυτέρω τοῦ θεοῦ. Eadem in Cynic. Lucianus, et in Proëm. Censorinus. *Idem.*

*Proinde gratum habitum*] Insanabile vulnus inesse in his verbis doctissimus Interpres ait. Sententia tamen Appulei nihil clarius, gaudentis, sibi talia vitio verti, quæ pro gloriosis ipse amplectitur. *Scip. Gent.*

*Proinde gratum habitum ad contumeliam diceretis*] Inest in verbis vulnus, vereor ut insanabile: tamen erit sententia non contemnenda, si legas, *Proinde gratum habui cum ad contume-*

*liam diceretis.* Sed præit ad aliam emendationem liber Rom. ubi *dicens* (pro *dicensis*, ut assolet) legitur, non *diceretis*. Fors fuit desunt aliquot voces: quas sine librorum ope velle comminisci; *μάλισθαι μᾶλλον ἐν ἴσως, ἢ μαρτεῖσθαι. Casaub.* Legebam *Græcum*: ut habitum Græcorum philosophorum intelligat, qui cum pera et baculo ambulabant. Nisi tamen *gratum hab.* sic dixit, ut supra, 'Acceptum philosopho crimen et ultro profitendum:' ubi itidem de paupertate loquitur. *Acidal.* Insanabile vulnus in his verbis inesse, doct. Casaub. putabat, conjicteque deesse aliquot voces, quas sine librorum ope velle meminisse, *μάλισθαι μᾶλλον ἐν ἴσως*, inquit, ἢ *μαρτεῖσθαι*. Quæ verba summi viri ideo refero, ut Acidalii *εὐτοχίας* impensius laudes. Is enim sic legendum putabat, *proinde Græcum habitum ad contumeliam diceretis*, &c. ut habitum Græcum philosophorum intelligat. Nisi tamen, inquit, *gratum habitum* sic dixit, ut supra 'Acceptum philosopho crimen:' sed prior conjectura mihi magis placet. Julius Capitolinus in M. Antonio: 'Habitum philosophi adsumpsit.' *Scip. Gent. in Append. Lege cum Acidallio, proinde Græcum habitum.* Elmenh. Locus: qui multos exercebat, quia in speciem corruptus. Valens Acidallius scribit *Græcum hab.* intelligens clavam et pallium; Philosophorum gestamina. Facilius venis locus illi si errasset solus, neque pendulas erroris consequias traxisset alios. Casaubonus hiatum subesse putat, sine Mss. ope non explendum: aut certe *habui* legendum, ut in Fulvio libro. Sed hoc recedit nimis a vulgata lectione: cujus heic et ubique habenda semper ratio. Ego, ut ne peccem hoc nomine, retinebo *habitum*: hoc valet *habuisse*, et ita loquuntur Valerium ex fide veterum Codd. tradunt Pigbius et Lipsius. Verba ejus: 'Æque mitis animus Pyrrhi regis: audierat

quosdam in convivio Tarentinorum parum honoratum de se sermonem habitum:’ ubi vulgo male legitur *habuisse*. Interpretes Valeriani *γραφῆς* veram inculcarunt quidem, de cetero, vera necne, non auri affirmare. Nos in Valerio eam stabilivimus, in Nostro revocavimus. *Pric.* Mas. et Edd. nihil variant, nisi quod Edd. Rom. Vic. *dicentis* et Scriv. *pr. Deo g. h.* neque tamen in his idoneum sensum video. Verissime emendasse mihi videtur Casaub. cujus emendatio non nimis longe recedit a vulgata lectione, (*habui cum* facile abire potuit in *habiti*), et sensum exhibet planissimum: hanc igitur, quum probatam videam quoque a Salmasto, et Lennepio V. Cl. exprimere, quamvis nimis audacter fortasse, sustinui. Crusius Probab. Crit. p. 54. divinabat *gratum habitum an contumeliam dicetis?* J. B.

*Pera et baculus*] Omittit Pallium: quod et divites nui. *Scip. Gent.*

PAG. 440 *Solitatem*] Idem *solitarem*. Colv. In Ms. exaratum fuit *solitarem*: quod profecto retinerem, si historia modo faveret, et esset *Solitaris* pro *unico*. Sic in seqq. Arbores plurimas et frugiferas præ uno baculo sprexit, villas ornatissimas una perula mutavit. *Mews.* Sed, quantum memini, ne unicam quidem servum habuit Crates. Imo Noster Flor. N. xiv. ‘Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit:’ ubi plura de Cratete, rem familiarem abjiciente. *Solitatem* ergo delegit Crates, quæ vox occurrit Met. l. ix. p. 627. et memini me legere eam quoque apud Amm. Marcell. J. B.

*Frugiferas*] *Flor. fructiferas*. Elmenh. Ut apud rei rusticæ scriptores. Sane, licet aliquoties *fructus* et *fruges* confundantur, proprie tamen distinguenda videntur. Noster de Dogm. Plat. lib. i. p. 583. Ed. Flor. ‘Terreænamque esse arborem, ceterarumque frugum, quæ humi fixæ vitam

trahunt.’ Proprie itaque agri *frugiferi*, arbores *fructifera*. Non tamen observatur ubique hæc distinctio. Pliniani lib. xv. duntaxat titulus est ‘Naturæ arborum frugiferarum:’ et ‘frugiferas’ arbores idem dixit lib. xii. c. 3. licet alibi ‘fructiferas’ dixerit. Vide omnino Helms. et Burmann. ad Ovid. Nuc. vs. 19. et Oudend. ad Lucan. i. vs. 135. J. B.

*Πήρη τις πόλις ὀρί]* Qui ietius parodiæ Cratetis loco, ipse Homeri verba, quæ in vulgatis Edd. hic leguntur, substituit, næ ille fuit insigniter et imperitus et audax. Nam quis stupor aut *κορυβαρτιασμός*, non vidisse illa non convenire isto loco! quæ vero audacia discedere a Rom. ed. ubi diserte ita legitur! Ex ea nos et Græca verba Cratetis (quæ tamen ex Laërtio multo ante annotaveramus quam eum librum vidiisemus) et eorum versionem Appuleii restitimus. *Casaub.* Homeri, non Cratetis, versus comparent in Edd. Junt. post. Basil. Colv. Vulc. pr. et *πήρη* est in Ms. Pith. in Lips. *ὀρή.* Casaub. cum seqq. *πήρη τις πόλις ὀρί μέγας ἐπὶ ὄρεσι τρύφῃ καλῇ καὶ πλεον.* Vulc. pr. et Colv. male *πόρι*, qui addunt *περίπυρος*. Sed Ed. Vulc. tert. pro *πόρι*, quod est in Mas. et Diog. Laërtio, habet γῆ, Edd. Basil. et Elm. ex Homero γαί. In Edd. Junt. pr. Ald. et Ms. D’Orv. Græca desunt. Addidit Casaub. et cum eo Scip. Gent. Latina hæc: *Caruleo in medio quædam urbs est perula ponto Pulchra et optima:* quæ, utpote ab Appuleio non profecta, cum reliquis Edd. omisi. Perperam quoque in ea versione est *ponto*, quum ipse Casaub. ediderit *τρύφῃ*. Melius Laërtii interpres: ‘Est quædam medio constructa urbs Mantica fastu; Pulchra quidem et pinguis.’ J. B.

*Equitibus phaleras*] V. Marcilli Not. ad Persium. *Pric.*

PAG. 441 *Togam palmatam*] Insignia triumphantium, quod notum est, toga

picta, olim, et tunica palmata fuere. Non temere propterea suspectum quisquam habet hunc locum. Nam etiam palmata togæ postea factæ: quas reperio fuisse triumphi et consulatus insigne. Constat hoc ex Martiale, Tertulliano, Cassiodoro, et Ennodio. Verum de istis alibi. *Casaub.* Nempe ad Lamprid. Alex. Sever. Addatur omnino Salm. ad Vopisci Carin. c. 20. ostendens olim tunicas triumphales fuisse tantum palmatas, ita dictas a clavorum latitudine; togas vero pictas vel purpureas, ut apud Livium semper ea distinctio obtinet: postquam vero et tunica triumphales pingi cœptæ sunt, et a picturæ argumento *palmata* sunt appellatæ, etiam pictis togis hoc idem nomen datum esse, et *palmatas* passim ipsas vocatas; nec enim aliter ævi medi scriptores eas appellitare consuevisse, quam *togas palmatas*. Hæc Salm. Aliquoties tamen apud Hist. August. Script. eadem distinctio, quæ apud prioris ævi Auctores obtinet. Trebell. Poll. c. 8. 'cum picta toga et tunica palmata.' Vopisc. in Aurelian. cap. 13. 'tunicam palmatam ... togam pictam.' 'Palmatam vestem' dixit Tertull. Apolog. cap. 50. 'palmatas;' non addito substantivo, Lat. Pacat. Paneg. c. 9. Add. h. l. Priæci nota. *Togam palmatam* cum nostro Auctore dixit Martial. VII. 2. 8. ad lorica: 'magno illæsa merere triumphos, Palmatæque ducem, sed cito, redde togæ.' *J. B. Togam palmatam.* Qualis hæc, quam expressimus e nummo Augusti. [Sequitur in Ed. Pric. haud inelegans delineatio togæ palmatæ. *J. B.*] Primo Triumphantium, post Consulium et Consularium fuit. Sæpebatnr autem e Templo Jovis Capitolini. (Livius lib. x. Juvenal. Sat. x. Ausonius Paneg. Lamprid. in Severo.) Quem morem abrogavit Gordianus senior Capitolino testè c. 4. *Pric.*

*Pontificibus galerum*] Varro lib. II.

de Actione scenica: 'Galeræ, unde et Galeritula dicuntur:' ut legimus apud Charis. lib. II. Sic rescripsimus post ex Rom. et Ven. libro, *Litum*, eodem genere. Sic quoque Nasum et Nasus, Collum et Collus, Lorum et Lorus. *Cole.*

*Mendicabula animi sordent*] Corrigere malim, *mendicabula, nimis sordent.* Idem. Lege *m. nimis sordent*, quod et aliis ante nos in mentem venerat. Erroris aperta canassa. Sic Floridorum 'quidam palliata mendicabula obambulant.' *Casaub.* Nuper in Mantissa ad librum de Luxu Romanorum censui legendum, ut *mendicabula nimis sordent.* Nunc video ante me ita fecisse et Casaubonum, quibus libens rescribo, contentus tantæ auctoritatis approbatione, qua merito gaudeo. *Meura.* Forte rectius fuerit, *mendicabula hominum*, ut Plautus dixit, 'mendicabula regum.' Similis est significatio vocabuli *Nugæ*, quod observo Latinis poni pro hominibus malis et postremæ notæ. Cic. 2. Epist. ad Q. Fratr. XI. 'Ego Apamensem Ephesium, ego levissimum hominem Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni comitate sum complexus.' Mamertinus in elegantissimo panegyrico Juliano Imperatori dicto: 'At tu, Auguste, omnibus nugis remotis, optimum et doctissimum quemque perquiris.' *Nugas* dicit, quos paullo ante homines indoctissimos, villissimos, improbissimosque adulatores adpellaverat. *Scip. Gent. in Append. Flor. m. animi sordent.* Elmenh. Colvio et Casaub. cum Grosnot. et Salmas. in marg. tacite adbensum præbuerunt Elm. et seqq. ut repetita fuerit ultima littera vocis præcedentis, deinde ultimam primæ sequentis absorperit: quod firmat sane lectio alterius Cod. Florent. *mendicabula a nimis sordent.* Quoniam tamen in reliquis Mss. et in Edd. vett. cunctis discrete exstat separatim

animi; ego antiquam hanc et scriptam lectionem revocandam putavi. Jungo autem animi non cum *τῷ* mendicantibus, ut reliqui in tpp. fecisse videntur, sed cum *scilicet*, hoc sensu: 'quoniam animo fastidiis istos, veluti quosdam mendicos.' Dicitur autem 'sordere animi,' ut, 'angi animi,' 'comenescere animi,' 'recreari animi,' et sim. alia apud Nostrum. Ad Oudend. ad Met. i. p. 76. et ad ii. p. 116. b. In adjectivis et præteritis participii hic genitivus Nostro quasi proprius. V. Ind. in v. 'Genitivus.' Infra p. 521. 'derepente animi mutatum.' Flor. N. xv. 'his artibus animi expletum.' Ms. Pith. *quidam mendicantia*. J. B.

*Purgator ferarum*] Lege *pugnator* f. nisi tamen alii occuparunt. Sic Seneca de Tranq. Vlt. c. 2. 'Hos enim Stoici nostri sapientes pronunciaverunt, &c. et victores omnium terrarum: ubi malim *ferarum*: de Ulyse et Hercule sermo est, cum quibus comparat Catonem. Alias et 'gentium domitor victorque' dicitur: ut vel Appuleio h. l. et de feri locutum ostendunt seqq. 'Cato cum feris manum non contulit,' &c. Collationis hæc summa. Hercules et Ulysses cum feris ac monstris luctati sunt, et vicerunt victores inelyti. Cato non cum feris aut monstris, sed cum ambitu, cum potentie cupiditate, cum villis civitatis degenerantis, malis hinc multiformibus et monstris teteris, depugnavit, neque, quoad vinceret, vincere illa passus est. Sic Appul. philosophum Herculi comparat, iv. Florid. 'Quod Herculem olim poetæ, &c. . . . memoria exstat.' Sed et Lucretius l. v. Herculem et Epicurum comparat, quod monuit Martialis. *Acidel*. Nonnulli pessimo exemplo *pugnator* scribunt. Noster in Floridis: 'Herculem olim, Poetæ memorant, monstra illa immania hominum et ferarum virtute subegisse, orbem-

que terræ purgasse.' Et statim: 'omnes pestes mentibus exegit, famillas purgavit.' Græci eod. argumento *ἐκκαθαίρων*. Themist. Ephrasi. Orat. 2. *ὑπάρχων τὴν ἐμύνηται, καὶ ἐκκαθαίρων ἐκδόχων*. Lucian. Deor. Dial. *Ἐκκαθαίρων τὸν βίον, ἐκκαθαίρων τὸν δόμους*. Præc. Lactant. Inst. Div. i. 9. 'Hercules, qui orbem terræ peragrasset ac expurgasse dicitur: et proprium est de Hercule apud Græcos scriptores *καθαίρων*. v. loca a Celeb. Wytenbachio allata, Bibl. Crit. vol. ii. p. 25. Pro *lustrator orbis Pith. lustror orbi*. J. B.

*Ad censum disserrandum*] In vetustis codd. ex antiquo scribendi more, fuisse autem, ad censum differendum, vel, deferendum conveniens vocabulum ei, qui in iudicio tanquam apud Censorem patrimonii sui vires professurus erat. Idem Ulpianus in formula censuali: 'omnia,' inquit, 'ipse, qui defert, aestimet.' Idem: 'lacus quoque piscatores, et portus in censum dominus debet deferre.' i. forma ff. de censibus. Rursus depravate apud eandem Appul. superiori versiculo vulgarunt, 'Hercules purgator ferarum: cum deberent *pugnator*. Stewech. Legebam *deferendum*. Gellius xvi. 10. 'Tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum æris in censum deferrebant.' Præc. Ma. D'Orv. *disserritum*. Pith. *diffundum*. Non male quidem Præc. et jam ante eum Stew. coniecere *deferendum*, quemadmodum locutus est Tertull. de præscr. adversus hæret. cap. 22. 'Hoc enim modo Ecclesiæ censu suos deferunt.' Sed non muto temere vulgatam lectionem. 'Disserere censum' est edere, profiteri censum, sive bona, facultates, rem familiarem. Simili notione *disserrere* usurpavit Anson. Mos. va. 88. 'Squamigeri gregis ede choros, liquidaque sub alvo Dissere cœruleo fluitantes amne cater-

vas.' 'Fabulas disserere' dixit Plautus; Prol. l. v. et Sept. de B. Troj. 117. 16. 'rem, ut gesta erat, disseruit.' cf. Oudend. ad Met. l. vii. p. 451. 'sequens verbum nullo pacto disserere potui.' Mas. Pith. D'Orv. *animum*. J. B.

PAG. 442 *Vicies paulo secus*] Ut l. 111. Florid. in princ. 'Exemplum ejus rei paulo secus quam simillimum commemorabo.' Brant.

*Idque a me longa peregrinatione, &c.*] Tota ex Apollonio [Philostr. l. viii. c. 7. p. 332. Ed. Olear. J. B.] Pric.

*Modice imminutum*] Imo vero non modice. Ait ipse Milesia ultima: 'Nam et virgulas patrimonii peregrinationis attriverant impensæ: et erogationes urbicæ pristinis illis provincialibus antistabant:' ubi et alia in hanc sententiam. Sed ita hic loquitur Appuleius, quia nihilominus dives remansisse videri voleat. *Casaub.* Prædenter dicit *modice*, et causas honestissimas hujus imminutionis recenset, quod probro id sibi, ut aliis, datum iri videbat. Strabo de Arabibus loquens: *ἔστι καὶ δημοσίῃ τῇ μὲν μείσασσι τῇ οὐσίᾳ ζημία καὶ τοῖς, τῇ δ' αὖθις αὐτῇ τιμὰ.* Athenæus Democritum Abderitam, quia bona paterna absumpserat, publice condemnatum fuisse ab Areopagitis narrat: sed ubi mundi seriem, inferorumque arcana declarasset, continuo dimissum fuisse. Solonis nimirum lex erat, quam Laërtius recitat his verbis: 'Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονίᾱς, ἔτιμος ἔστω· ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῶα καταδεδοκός, ὁμολῶν.' Sed ut ad Appuleium nostrum redeamus, alibi contra de se scribit: 'nam et virgulas patrimonii peregrinationis attriverant impensæ: et erogationes urbicæ pristinis illis provincialibus ante stabant.' Sed hic in judicio loquebatur, et capitis res erat: vel quia, ut doctissimus amicus noster patet, nihilominus dives remansisse videri volebat. Quod autem in eadem Milesia dicit, se adeo pauperem

esse, ut vestem vendere sit coactus, quo sacrorum impensis parem summam corrueretur, ad illud tempus, quum hæc diceret, referendum videtur. *Scip. Gent. Vulc.* adlevit quoque *haud modice*. J. B.

*Quorundem filias dote auxi*] Phalaris Epist. 148. Πάντα τέλειπτον προῖκα κατέλειπεν αὐτῇ (θυγατρὶ) Φιλῶδῆμος ἐκπλήκων παρ' ἡμῶν καὶ οὐχὶ ταῦτα μόνον ἔστι γὰρ αὐτῇ κοινὰ καὶ τὰ Φαλάρῃδος χρήματα. V. Hesych. Illustr. in Empedocle. Sæpe integre dotabant etiam. Noster x. Miles. 'Ut desolatam puellam, parentumque præsidio viduatam, domus suæ tutela receptaret: ac mox arctissimo, sibi que multum dilecto, contubernali, largitus de proprio dotem; liberalissime traderet.' Specimen munificentie hujus insigne Vespasianus præbuit. Suetonius: 'Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam et instruxit.' Pric.

*Contemptu patrimonii*] Lipsius argute, *contemptum patrimonii*. Colv. Cæcus sit oportet qui non videat vulgatam lectionem *contemptu* esse mendosam: nec debuit Colvinus, præsertim qui tantum auctorem haberet, de ea in contextum recipienda dubitare. *Casaub.* Recte Lipsius. Mas. et editi *contemptu patrimonii* habent: male. *Elmenh.* Lipsii emendationem, receptam a Casaub. et seqq. firmat Mas. Pith. J. B.

*Tanti revera ætis, quantum habetis*] Horat. Serm. 11. 'Tanti, quantum habes, sis.' Poëta vetus apud Senecam, Epist. 115. 'Tanti quisque, quantum habuit, fuit.' Lucilius: 'Quantum habes, tanti ipse fies, tantique habearis.' Pric.

*Arbor infecunda, et infelix*] V. Muret. Var. viii. 9. Brodum Miscell. 1. 1. Juret. ad Symmach. x. 28. Mercet. ad Nonnium. Meurs. ad Lycophron. *Idem*.

*Uno asello*] Miles. ix. de scipio

tam sub asino delitescens: 'Me pan-porculeus quidam hortulanus compa-rat quinquaginta nummis, magne ut aiebat, sed ut communi labore vic-tum sibi quæreretur.' Breviter porro, sed acerbè, Æmiliani sive μικρολογί-α, sive egestatem perstringit, nam 'Quod fieri per asellum potest, vilis-sime constat,' inquit Plinius l. xviii: c. 6. quod et fuscè persequitur Colo-mella lib. vii. cap. 1. *Idem.*

*Ad tempestivum imbrim tr. exarabas]* Promptum hoc e rusticæ disciplina. Plato apud Plin. xviii. 9. 'Ara tem-pestive,' h. e. dum impendent im-bres; post in sulcos casuri: atque ita Virgiliū iv. Georg. capio: 'In-cumbere aratri, Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.' Et Clau-dianum: 'Felix qui Pharias prosci-dit vomere terras, Nubila non sperat tenebris condentia cælum, Nec gra-viter flantes ploviali frigore Coros.' Locus est perquam luculentus, sed cujus sententiam corrumpit Barthius, dum τὸ sperat, metuit pessime inter-pretatur. *Prie.*

*Unde tibi potius]* Interrogationis nota in fine posita istius periodi to-tam sententiam corruperat, quæ hæc est: Æmilianus iste ob cadaverosam faciem et Acheronticam, vulgo Cha-ron audiebat. Infra: 'Igitur agno-menta ei duo indita: Charon, ut jam dixi, ob oris et animi diritatem.' Hic vero vult videri Appuleius non ob turpitudinem formæ id ei adhæsisse cognomen: sed ex eo potius, quod multos suorum cupiditate hereditatis sustulisset; quamquam istud ab eo non tam dicitur, quam per figuram innuitur. Simili artificio et sub fi-nem orationis utitur: ubi causam explicat, cur idem Æmilianus cum Rufino consentiat in danda uxore Si-cinio puero: vide locum. *Casaub.*

*Pag. 443 Numidia et Getulia in ipso confusio]* Hoc idem dicere voluit iv. Floridorum: sed is locus in Li-

bris omnibus ita corruptus videtur, ut dixisse eum quidvis aliud putes. 'Ita mihi et patria' (inquit) 'in concilio Africæ.' Lectio nihili, corrigend. ex hoc loco, 'Confinio.' *Prie.*

*Lolliano Avito]* Qui sub Divis fra-tribus Bithyniæ præses, ut claram ex Ulpiano nostro lib. iii. § 1. de Decu-riōib. Consularem virum hunc etiam memorat, Helvii Pertinacis imperio, Jul. Capitolinus. *Cels.* Hic Lollianus Avitus Consularis vir fuit, ut scribit Capitol. in Pertin. Ulpianus autem Divorum fratrum rescriptum ad Lolliannum Avitum citat lib. iii. ff. de Decuriō. atque ita etiam ter no-minatur ab Appuleio infra, addito V. C. Consul (unde et Procos. Afr. fuisse constat) sub Pio fuit. Aurelius Victor Lollium Gentianum vocat. *Scip. Gent.* Eundem esse, qui ab Aurelio Victore Epit. c. 18. per errorem 'Lollius Gentianus' vocatur, monuit quoque Casaub. ad Capitol. Pertin. c. 1. cfi et ad cap. 7. ubi 'Lolliani Gentiani' mentio, viri consularis. *J. B.*

*Ille terra alumna]* Virgil. 'Terræ omniparentis alumnum.' Miles vi. Noster: 'Terræ omniparentis agiles alumnae.' Invaluit sensus apud non indoctos haud sanus, hoc verbi nusquam poni pro *Altore*. Nonnum ut evincam non advoco; nam et si vocis δολογίας innuit, invalidis tamen probavit argumentis: afferam fortiora ego, de quibus nec dubitari queat. Avienus de Carthagine: 'Urbs Phœ-niassa prius, Libyci nunc raris alum-na:' id est, Metropolis. Idem de Tibride: 'Romanosque Lares lapsu prælambit alumno.' Et de Nilo: 'Longo segetes quod nutriat amni, Aren-tesque locos unda fecundet alumna.' Florus lib. iii. cap. 21. 'Alumna Ur-bis Ostia.' h. e. quæ Romam alit eo undique comœatu vecto. Meretrix in veteri Lapide: ME VENERI ALUM-NÆ ADDIXI. In *κράδα* alumna vis ca-



dem. Noster iv. Miles. 'Orbis totius alma Venus.' Lucret. ii. 'Liquor almus aquarum.' Servius Georg. ii. 'Almus ager, ab eo quod nos alat.' Festus: 'Alma, sancta, sive pulchra, vel alens ab alendo.' Gloss. 'Alma, *κλυτή, ἀγρή, ἀρὰ, ἀρίσταρα.*' Vet. Onomast. 'Almus, *Ζείδωρος.*' sic *alumnari* pro *nutrire* Miles. vi. 'Adolescentem istum quod meis manibus alumnatus sit, scitis omnes.' Et viii. 'Canes rabidos et immanes, &c. quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati.' Quæ omnia palam est activam significationem habere. h. e. innuere, non *τρέφω*, sed *τρέφω*. Pric. *Alumnus* dicitur is qui alit, et qui alitur. vid. Gruter. Suspic. lib. x. c. 5. cf. Parei Lexic. Plautin. et ibi cit. Cruquium ad Horat. iii. 18. Italiam quoque 'omnium terrarum alumnæ' vocat Plin. iii. 5. Sed activam hanc significationem in nostro Appuleii loco obtinere, vix credam. Est quidem in Mss. et Edd. vet. itemque Vulc. Wow. Scriv. probante Crusio Probab. Crit. p. 54. 'terra alumna,' quod tum jungi debet *τῇ juverit*, ut *illa* scil. vinum et olus, sit quartus casus: sed sic pro more suo hic quoque addidisset Auctor et, ut in seqq. 'et regio foc. et com. pluv. et,' &c. Tum sane perspicuitatis gratia, cum Wower. e Fulv. Cod. malim *illis*: ut *juvere* construat cum Dativo, quem admodum alibi 'adjuvare' et 'adjuvare:' de quo vid. Inttpp. ad Petron. cap. 62. et unde 'adjutor incepto' dicitur Sept. de B. Troj. ii. 10. Sed præplacet emendatio Casauboni et Salmas. in marg. quam exhibuere Scip. Gent. Elm. Pric. et Flor. *terra alumna*: sic multo efficacius hisce opponuntur seqq. 'Enimvero animo hominis,' &c. Corruptendo loco esse potuit insolens usus *τοῦ alumnæ*, neutro gen. sed quidni, ut *alumnus* et *alumna*, dicatur recte quoque *alumnæ*? quum revera adjectivum sit:

ut vel ex Avieni duobus postremis locis a Priamo cit. clare patet. Proxime ad hanc lectionem accedunt Mss. Pith. et Florent. *terra et alumna*. J. B.

PAG. 444 Quid ex istis addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Extat in hanc mentem sane Oratio quædam Themistil *περὶ τοῦ μὴ δεῦν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις προσέχων*. alia tamen Curtius lib. viii. et Polyb. iv. Hippocrat. lib. de aer. et loc. Aristot. Polit. vii. 7. imo Plato tuus in Timæo, Menedemo, de Legg. v. de Republ. viii. Pric.

Anacharsis] Juvenalis Satyra x. vi. 49. 'Cujus prudentia monstrat Summos posse viros et magna exempla daturus Vervecum in patria crasseque sub aëre nasci.' Vide Stobæum *περὶ ἐθνικῶν*, Sermon. LXXXIV. Theodoretum contra Græcos serm. i. pag. 78. 79. serm. v. pag. 172. *Εἰδικα*. Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est. Themistius: 'Ἀνάχαρσις δὲ τῶν Σκύθων πάντων ἀνοήτων, ὅτι καὶ σοφὸς ἦν καὶ Σκύθης. Julianus Orat. ad Senat. et Pop. Athen. Τυχὸν οὐ παρέδοσαν ἐν πολλοῖς παύλοις ἐπὶ γίνεσθαι σπουδαίων. ἢ γὰρ, οὐχὶ παρὰ Μήδοις ὁμνῶνται τῷ Δηέκῃ, Ἀβάρῃ τε ἐν Τρωβόρῃσι, καὶ Ἀνάχαρσις ἐν Σκύθαις; At cur socordes Scythas Appuleius vocat? Herodotus ex diametro pugnat, en verba ejus: 'Ὁ δὲ πόσις δ' ἔβλεψεν, ἐπ' ὃν δονταπόνοτο Δαρεῖος, χωρίον παρὸν παρέχεται (ἔκ τοῦ Σκυθικοῦ) ἔθνη ἀμαθέστατα: οὗτοι γὰρ ἔθνη τῶν ὄντων τοῦ Πόντου οὐδὲν ἔχοντες προβαλεῖσθαι σοφίας πέρι, οὗτοι ἄνθρωποι λόγιμοι, παρὰ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνος καὶ Ἀναχάρσιος. cemensdum itaque est Appuleium hoc nomine omnes Ponti accelas intellegisse, Herodotum unam eorum gentem ita proprie vocatam, quam Scymnus Chius *Nomadicæ* appellasse videtur: Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν ἔθνη γενέσθαι τῶν σφόδρα εὐσεβεστάτων. Pric.

[*Apud Athenienses catos*] Tertull. de Anima cap. 20. 'Thebis hebotes et brutos nasci relatum est. Athenis sapiendi dicendique acutissimos ubi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua. Siqñdem et Plato in Timæo Minervam affirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam.' Vide Eusebium præpar. Evang. lib. vii. c. 9. *Elemen.* *Athenienses catos*. Miles. 1. 'Athenienses catos illos, et omnis scientiæ magistros.' Attici acuminis apud Veteres fama non infrequens. Tertullian. de Anima cap. 20. 'Thebis hebotes et brutos nasci relatum est: Athenis sapiendi dicendique acutissimos.' D. Hieron. in cap. 3. Galat. 'Athenis expeditiora nasci ingenia Philosophi gloriantur.' Martialis: 'Tibi cor limante Minerva Acris, et tennes finxerunt pectus Athenæ.' Putabant enim acumen gigni ab æris tenuitate. Cicero de Fato: 'Athenis tenne cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici.' Vita Pythagoræ Author apud Photium Cod. 249. *Δὲ καὶ οὗτ' ἐπείσεκτός ἐστιν (ὅς ἐστιν) ἡ παιδεία ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως ἀναρχοῦσα τοῦ τοιοῦτου ἀνδρὸς ἰσχυροῦς τοῦτος καὶ καθαροῦς, ὅς μὴ μόνον τὴν γῆν λεπτύνει, ἀπ. ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. συμβαίνει γὰρ τὸν λεπτόν ἀέρα τὴν μὲν γῆν βλάπτειν, τὰς δὲ ψυχὰς ὠφελεῖν.* Adi Cassiodor. Var. xii. 15. *Pric.*

*Concessimus munere populi Romani ac d.]* Ita Fulvia. *Scio.* in *Symb.* *Munere populi.* Puta deesse vocem *Romani*, quamvis *Populus* per excellentiam, sicut *Urbs*, de Romano dici possit. Et nota, quod ait, 'Munere populi ad Masinissam concessisse:' id enim ita intelligendum est, quomodo apud Sallustium Atherbal de tota Numidia: 'Jus penes Romanos procurationem tantum nostram esse.' Quod Feudistici juris doctores dice-

rent, Feudum populi Romani esse. *Scip. Gent.* *Tō Romani* expungunt vulgatæ Edd. *Elemen.* Rectius in aliis *Munere populi Romani*; nam quod *Numina propitio* vir magnus voluit, neutquam sequendum puto. Qui abnuunt *τῷ Romani, Populusque* καὶ *ἔσθλην* dictum volunt, nō si nova somniant, et citra fidem authorum: nam etsi *Urbem* ea figura reperias, vix *Populum*. Omnem vero scrupulum eximemus similī Solini loco: 'Cæsariensi' (inquit) 'Colonie Cæsarea inest a D. Claudio deducta: Bocchi prius Regia, postmodum Juba indulgentia populi Romani dono data.' Quod ait *dono data*, Noster *munere concessa* dixit, et (si fallor) utrumque absolutum jus notat. Itaque quæ de procuratione Gentilis hic, facessant ocyus. *Pric.* *Munere populi concessimus.* Hoc ordine legitur in Mss. Lips. Pith. D'Orv. quorum in nullo, uti nec in Florent. aut Edd. ante Wower. comparet *Romani*, quod ex conj. Fulvii et Salm. in marg. primus edidit Wow. et hinc seqq. prætor *Pric.* et Gent. vehementer tamen id probantes: quibus ego, sine Mstorum auctoritate, haudquaquam accedo: aliud enim est dicere quomodo loqui potuerit, aliud quomodo probabiliter locutus sit Auctor. In Romana autem colonia, coram Romanis iudicibus, orationem habet Appul. *Populus* itaque nullus alius intelligi poterat, quam *populus Romanus*: et opponitur hic *populus* illi, qui in coloniis vivunt. Apud Jctos autem *populum* aliquando vocari *populum Rom.* decet Brissou. de V. S. v. 'populus.' J. B.

*Novo conditu*] Sic recte judicavimus Venetiis olim esse eusum. In aliis omnibus libris vulg. *novo conditi*. Ms. cod. habet *novo conditus*. Nec vera videtur interpretatio doctissimi Turnebi *Adversar. lib. xvii. cap. 15. Cote.* Vide Turneb. *Advers. xvii.*

16.. *Elmenh.* Conditus est Assignatio sive divisio agrorum : inde conditores dicti quorum id munus in Coloniarium deductionibus. Horum non infrequens mentio apud limitum scriptores. Turnebus legit hoc loco : ' novo conditi.' *Novum θραρυκός*, ut apud Festum, ' quum quid novatur.' Tertullianus sane hoc ipso argumento *novitatem* extulit. ' Viri Carthaginienses ' (ait de Pallio) ' vetustate nobiles, novitate felices.' h. e. coloniarum hujus nova deductione. *Pric.* In Mss. quoque Pith. D'Orv. ex. sequenti voce adhaesit τὸ α. In Florent. ' recte scriptum videtur *conditu*. Edd. ante Colv. præter Vic. Ven. *conditi*. At quis ita loquitur : nos conditi novo veteranorum sumus colonia ? J. B.

*Splendidissima Colonia*] Omnia quæ in Coloniæ cadere ornamenta possunt, videtur unico hoc verbo congestisse. Tacit. German. ' In splendidissima Rhetia Provincia Colonia.' Cicero Philipp. v. ' Mutinam firmissimam et splendidissimam Pop. Rom. Coloniæ.' Lapidæ : . . . . DECVRIONI SPLENDIDISSIMÆ COLONIÆ . . . . ORDO ET POP. SPLENDIDISSIMÆ COLON. AVG. NIMEROVRVM. *Pric.* *Novo conditu, splendidissima colonia sumus.* Ne intelligas, iterum exædificatum illud oppidum fuisse, vel e ruinis excitatum, sicut Carthaginem Colonia deducta est : sed quia ex oppido vectigali et stipendiario colonia populi Rom. facta sit. Vide M. Velseri nobilissimi et eruditissimi Germaporum historici Rerum Vinde. August, lib. v. ubi et hunc locum Appuleii et totam rationem Coloniæ illustrat. *Scip. Gent.*

*Loco principe*] Bene vetus noster. Vulg. *loco principis*. Gell. Noct. Attic. XIII. ' T. Castricius, Rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi.' Colv. Flor. *loco principis*. Elmenh. Mss.

Pith. D'Orv. nec non meâ collatio Cod. Lips. cum cunctis ante Colv. Edd. habent *principis* : quod nescio an prorsus damnum. *Duumviri* in coloniis et municipiis, *principis loco* reuera erant, et haberi volebant : unde et Consulis et Prætoris nomen affectabant, et Gr. ἀρχορες et ἀρχεῖρες dicebantur. vid. comm. Gent. et Pric. ac Brison. de V. S. in v. Imo ipsum illum *duumviratum* videtur Augustinus regnum vocare Epist. v. ubi ait : ' Appuleius, qui nobis Afris Afæ est notior, non dico ad regnum, sed nec ad aliquam quidem judicariam potestatem potuit pervenire : licet duumviratus et ipse judicaria potestas fuerit. J. B. Patrem habui loco principe, &c. Quam claritudinem stemmatis sui vel e Milesiis patere voluit. Lib. III. ' Neque tuæ dignitatis, vel etiam prosapiæ tuorum sumus ignari, Luci Domine : nam et Provinciam totam inclytæ vestræ famillæ nobilitas complectitur.' Et XI. ' Nec tibi Natales, ac ne dignitas quidem, &c. usquam profuit.' De Patre vero, quem hoc loci memorat, quique vulgo *Thæscus* perhibetur, vide alia omnia apud Salmas. in Prolegom. ad Solin. *Pric.* *Duumviralem*. Honoris apex in Municipiis, Coloniisque. Ulpian. lib. i. D. de alb. scrib. V. Scalig. Anson. Lect. lib. II. Panciroli. de Magistrat. Municipal. Alciat. Dispunct. lib. III. cap. 5. et ad l. 239. de verb. signif. *Idem*.

*Cunctis honoribus perfunctum*] Miles. x. ' Gradatim permenalis honoribus.' Scatet ejusmodi Elogiis Inscriptionum corpus. *Idem*.

PAG. 446 *Cujus ego locum in ea Republica*] Opinor, a patre nominatus. Nam duumviri sibi successores nominabant et creabant, pro quibus etiam tamquam fidejussores Reipublicæ obligabantur, Tit. de periculo nominatorum lib. XI. Codicis. Sed pater Appuleii jam multo antea decesse-

rat; et Drumviratus magistratus annuus fuit: de loco igitur et honore paterno loquitur, non de nominatione et successione. D. Augustinus epist. v. 'Appuleius enim, qui nobis Afris Afer est notior, Non dico ad regnum, sed nec ad aliquam quidem iudiciariam potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire; honeste patris suae loco natus et liberaliter educatus, magnaque praeditus eloquentia. An forte ista ut Philosophus voluntate contempsit, cui cum sacerdos provinciae pro magno fuit, ut munera ederet, venatoresque vestiret, et pro statua sibi apud Censes locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorundam civium litigaret: quod posteros ne lateret, ejusdem litis orationem scriptam memoriae commendavit. Quod ergo ad istam terrenam pertinet felicitatem, fuit magnus, quod potuit. Unde apparet eum nihil amplius fuisse, non quia non voluit, sed quia non potuit. Quamquam et adversus quosdam, qui ei Magicarum artium crimen intenderant, eloquentissime se defendit.' *Scip. Gent.*

*Exinde ut participare Curiam capi* Ausonius: 'Curia me duplex, et uterque Senatus habebat, Muneris exortem, nomine, participem.' 'Participare Curiam,' est in Decurionum ordinem adscisci; secus enim impos fuisset Drumviratus. Paulus lib. vii. D. de Decurion. At vero 'tradi Curiae,' aut 'Curialium obsequio,' tantum ab honore aberat, ut inter poenas esset. V. Forner. Quotid. lib. i. cap. 28. *Pric.*

*Zarathē* Sic prisci lib. Ego vero scripserim *Zarath*: in eo enim ἡ *Bap-bapērys* quam ridet, quod desinat hoc nomen in aspirationem contra linguam Graecae analogiam: aliqui non est quod vocabulum cujusquam aures offendat magis quam *Zapnē* et *Zapās*, quae sunt nomina locorum in Graeciae

penetralibus, apud Lycophronem et Geographos. Apud Ptolemaeum scribitur hoc nomen *Zāpērn*, et sane scripsisse hic puto Appuleium *Zarathē*, in quo praeter aspirationem alius etiam *Bap-bapērys* ob geminam consonantem in fine. *Casaub.* Ego existimarim ab Appuleio irrideri *Emilianum*, quod quum Attice loqui se optime crederet, ne agellum quidem suum vel patriam sciret Attice pronunciare, sed Dorice *Zapnē* diceret, pro *Zāpēn*. Idque inscientia quadam, non, ut Pausanias, dedita opera, cum de rebus Doricis loqueretur. *Scip. Gent. Rom. Zarathē.* Elmenhorstius. *Mss. Pith. Zarath* cum *Edd. ante Vult. sec. plerisque, Florent. D'Orv. Lips.* *Zarath* cum reliquis: recte, vel, ut *Casaub.* *Zarathē*: sed supra *Zarathensem* non *Zarathensem*. Quid sibi velit *Gent.* mihi non liquet. *J. B.*

*Asseveranter* Flor. 2. *asseverate.* *Elmenh.* Recte *Ms. D'Orv. et Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. Vult.* Wow. ut apud Cicer. *asseveranter.* 'Adseverare orationem,' i. e. ad severitatem componere, supra dixit Noster p. 425. Vulgo hic *adseverate*: sed tunc, ni fallor, passive scribendum foret *objectari*, quod vetant seqq. Non me latet apud Cic. i. de Off. cap. 17. activo sensu occurrere *copulatus*: 'nihil est amabilius, nec copulatus, quam morum similitudo.' ubi *Pearc.* cum aliis, ex *Codd.* quibusdam *copulantis* legit. Imo ipsum hoc *adseverate* est apud Gell. xvii. 5. de Polo: 'tragœdias scite et adseverate agitabat.' Plerumque tamen et proprie differre adverbia a partic. activis et passivis derivata, affirmare non dubitem. Appul. saltem, quo fortasse nullus scriptor in usu et compositione adverbiorum est frequentior et accuratior, ubique hanc distinctionem observat. cf. supra ad pag. 414. 'versus intempera-

timosus.' Ut hic *adseueranter*, sic infra p. 483. 'perseueranter quasi-  
visti.' Met. l. v. p. 340. 'quam ar-  
roganter egerit.' vii. p. 476. 'pasti  
saliant.' i. e. ita, ut se penitus sa-  
tiaverint. L. viii. p. 536. 'simulan-  
ter revicta.' i. e. simulans se revic-  
tam. Ad eandem normam 'abundan-  
ter,' 'instanter,' 'cunctanter,' 'aman-  
ter,' alia, sensu activo: passivo au-  
tem, 'accumulate,' 'obstinate,' 'gra-  
vate,' et sim. Utnt est, habemus hic  
auctoritatem et Mat. (D'Orv.) et E-  
dit. (Junt. post.) optimæ notæ. J. B.  
PAG. 446 *Vana hæc convitia aufer-  
tis* Gellius lib. xviii. cap. 4. 'Va-  
nos doctissimi veterum non (ut vul-  
gus) desipientes, aut hebetes, aut  
ineptos: sed mendaces et infidos, et  
levia inanisque pro gravibus et veris  
astutissimæ componentes, vocabant:'  
quæ optimæ vocis pondus in Appuleio  
monstrant. Festus Avienus in Fab.  
'Vana laboratis aufer mendacia dic-  
tis:' *aufer* Plantinum est. Tracul.  
'*aufer* augas.' Aulul. 'aufer cavil-  
lum.' Pers. 'Jurgium hinc auferas.'  
*Pric.*

*Scelera immunia*] Conjeci olim *seel*.  
*immunia*. Sed jam rectissimam judico  
vulgatam lectionem. Festus: 'Im-  
munis, vacans munere: aliquoties  
pro improbo ponitur, ut apud Plau-  
tum: Immune est facinus.' Locus  
Plantii Trinummo, princ. fab. 'Ami-  
cum castigare ob meritam noxiam,  
Immune est facinus, verum in ætate  
utile et conducibile.' Fortassis eti-  
am scribendum apud Arnobium lib. i.  
'Hocce est, quæso, andax illud fa-  
cinus et immune?' sed vix est, ut ibi  
tolli debeat *immune*: quod hic tamen  
nequaquam deat reponendum, etiamsi  
Apol. ii. 'Immo etiam sceleri adver-  
sus parentem nefando, immani, impe-  
tibili.' *Colo*. Lege *Immunia*. Wower.  
Recte viri docti *Immunia* retinuerunt,  
quam antea maluissent *immunia*. Festus:  
'Immunis, vacans munere. Ali-

quoties pro improbo ponitur, ut apud  
Plautum: Immune est facinus.' Ve-  
teres Grammatici scribunt olim Ma-  
nes dictos amicos, qui in unum con-  
sensum mutis animis conspirabant.  
Lucilius lib. xxvi. apud Nonium:  
'Munifices munesque amicis nostris  
videamur viri.' Versus restitueris  
vel feceris hoc modo: *Munifices mu-  
nesque viri videamur amicis*. Scip.  
Gent. Alii *scelera immunia*. Elmenh.  
Mirum quantum *immunia* arrideat  
eruditis. Ego (quod in quibusdam  
visitor) *immunia* mordicus retineo.  
Infra, 'Sceleri nefando, immani, im-  
petibili.' Virg. Æn. i. 'Scelere ante  
alios immanior omnes.' Latro in Ca-  
tillin. 'Hujus immanissimi sceleris  
atrocitatem.' Ibid. 'deque ulescen-  
da immanissimi sceleris atrocitate.'  
Salvianus iv. de Gubern. 'Ad ea  
per scelera immunia perveniri:' et  
alibi: 'Criminum turpitudinem, scele-  
rum immanitatem.' *Pric.* M. Bemb.  
*immunia*, quod nunc verum puto, cum  
Jungerm. in Ep. ad Scip. Gent. inter  
Gud. pag. 363. Groslet. in marg.  
Wower. Elmenh. *Pric.* Scriver. Flo-  
rid. Loco Festi temere abusos esse  
viros doctos existimo. Apud Plau-  
tum enim Trin. i. 1. 2. 'amicum cas-  
tigare immune est facinus,' ita expli-  
candum: facinus est, quod nemo do-  
ho aliquo aut beneficio remunerat,  
quod beneficium vix putatur, pro quo  
gratia non rependitur. cf. Gronov.  
Lect. Plant. p. 337. Fortasse hoc vo-  
luit etiam Festus *et improbo*, aut le-  
cum Plantii nec ipse intellexit. Jam  
vero ridicule dictum foret *scelera*,  
*pro quibus gratia non refertur*. Nam  
simpliciter pro *scelerato*, *nefario*, vo-  
cem illam usurpatam fuisse, ex  
Festi loco non affirmare auiam. De-  
sidero certe exemplum. Ceterum  
male in loco illo Plantino, qui citatur  
ab auct. ad Herenn. ii. 13. in Ed.  
Ernest. legitur *immune*, sed recte ea-  
dem Ed. apud Cic. de Inv. i. 50. ubi

eodem Plauti verba referuntur, habet immune. *Immune* legit quoque Ern. ap. Cic. de Amic. 14. ubi vulgo *immunis*. J. B.

[*Aggreditur enim jam ad ipsum crimen Magie*] Adhuc respondit maledictis ademsatorum: hic refutationem criminis Magie, quod principaliter ei intentatam adgreditur. Est igitur hæc pars altera judicii et legitimæ quæstionis. *Scip. Gent.*

[*Flammam stipula exortam*] Virgil. 'Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.' Sedulius Opere Paschali: 'Velut ignis oberrans Arentes stipulas, vires cui summa cremandi, Materies infirma rapit, victoque furere, Labitur invalidæ deformis gloria flammæ.' *Pric.*

[*Perorum lingua*] Apollonius Tyannenensis Epist. ad Esphratem: *Μάγους δουμάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι.* *Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῶν.* Dio orat. xxxvi. fol. 449. *Τὸν βασιλεὺς συγγνώμῃ τε οὐχ ἔπαυσε, ἀλλὰ τοῖς ἔκροτα πρὸς ἀλλήλους παρικέει, καὶ τοῦ θεοῦ ἐνέστιναι δουράμεναι, οὗτοι Πέρσαι μάγους ἐπέλεσαν, ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δουράμενον οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοοῦν τοῦ ἐνέματος, οὕτως δουράζουσιν αὐτοὺς γόφους.* et Orat. xlix. fol. 538. *Πέρσαι μὲν, ὅμαι, τοὺς καλούμενους παρ' αὐτοῖς Μάγους, ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἑμπεροί, καὶ τοὺς θεοὺς ᾔδεισαν, ὡς δαὶ θεραπεύειν.* Porphyr. de Abstin. ab Anim. f. 58. Suidas in *Μάγοι*. Agathias de gestis Justin. lib. iii. p. 57. *Elemen.* Horum quædam habet *Elemen.* e Lindenbr. Excerpt. J. B.

[*Leges ceremoniarum*] Miles. xi. 'Cerimoniarum ritus.' Florid. ii. 'Cerimoniarum potentias.' Arnob. vi. 'Cerimoniarum debita.' Gloss. Ms. Cl. Bourdelœii: 'Cerimonie, observationes religionum.' *Pric.*

[*Magia id est quod Plato interpretatur θεῶν διαπραγμάτευς*] In Alcibiade puto. Porphyr. περὶ ἀποχ. lib. iv. Πλάτῳ γε μὲν τοῖς Πέρσαισι οἱ περὶ τὸ θεῶν σοφοί,

καὶ τοῦτοι διαπράττοντες, Μάγοι μὲν προσεγορεύονται, &c. Hesych. *Μαγεία, γοητεῖν, διαπραγμάτευς θεῶν.* Quod vero Laërtius e Clitarcho tradit, Chaldeæ περὶ Ἀστρονομίας καὶ πρὸς ἄρῃσιν ὁσχελάσθαι, Magos περὶ θαλάσσης θεῶν διαπρίβειν, videtur tantulum a vere abhorrere: nam et Magi vaticinantur et astrorum peritissimi erant. Cicero de Divinat. 'In Persis augurantur et divinant Magi.' Lucian. Macrob. *Οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος τοῦτο μαγικόν, &c.* Juvenius Hist. Apostol. lib. i. 'Gens est Eoi Phæbo orto proxima, regni Astrorum sollers ortusque obitusque notare, Quorum primores nomen tenere Magorum.' Ammian. Marcell. lib. xxiii. 'Hystaspes Darii pater, quum superioris Indis secreta sidentis (suspectam hanc vocem habeo) penetraret, ad nemorosam quandam venerat solitudinem, cujus tranquillis silentis præcelsa Brachmannorum ingenia potiuntur; eorumque monitu rationes mandanti motus, et siderum, purosque sacrorum ritus quantum colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua sensibus Magorum infudit, quæ illi cum disciplinis præsentendi futura, per suam quique progeniem posteris ætatibus tradunt.' *Idem.*

[*Puerum regium adolescentem Persæ imbuunt*] Clemens Strom. v. ab Ægyptiis hunc morem eos traxisse ait. *Idem.*

PAG. 447 *Diis imm. acceptam*] Magos 'Deorum amicos' dicebat Hellogabalus, teste Lampridio in ejus vit. c. 8. Magiam 'divinorum incorruptissimum cultum' vocat Amm. Mare. xxiii. c. 6. § 32. ubi vid. Lindenbrog. J. B.

[*Antistitam*] Pleræque edd. *antistitem*: minus recte. Vide Grænum lib. xiii. c. 19. Attius Astyanacte: 'Utinam unicam ibi antistitam arctitenens suam Tutetur.' Corn. Severus: 'Stabat apud sacras antistita numinis

aras.' Plautus Rudente: 'Venerique antistitæ.' *Colo.* Vide Voss. de Anal. II. 21. Heins. ad Ovid. Met. XIII. vs. 410. Ms. D'Orv. *antistitam.* J. B.

*Inler prima regalia*] Nam nisi cum Magis familiariter versatus sit, regnare non potest. Philo de speciali-bus legibus fol. 611. *τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν, ὁπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ἣ τὰ φύσεως ἔργα τρανωτέρας φαντασίας ἐργάζεται, σεμνὴν καὶ περιμάχτην δοκοῦσαν εἶναι οὐκ ἰδύται μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, καὶ βασιλέων οἱ μέγιστοι, καὶ μέλλουσ' οἱ Περσῶν διακονοῦσιν εὖτας, ἥστ' οὐδένα φασὶν ἐπὶ βασιλείαν παραληφθῆναι δυνάμει παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ πρότερον τοῦ Μάγῶν γένους κεκοινωνηκὸς εὐγυῖνοι.* Hieronymus in Danielelem lib. I. c. 1. 'Consuetudo et sermo communis Magos pro maleficis accipit; qui aliter habentur, apud gentem suam, eo quod sint Philosophi Chaldæorum; et ad artis hujus scientiam reges quoque et principes ejusdem gentis omnia faciunt.' *Elmenh.*

*In alia sermocinatione*] Forte in Charmide, ubi de Zamolxide multa. *Colo.*

*Thraci*] Male alii *Thraci gen.* De hoc supra scripsimus ad Miles. lib. IV. Ad quæ adde Gellium lib. XIX. 'Cuiusiam Thraco insipienti et rudi.' *Idem.* Plato in Charmide fol. 156. *Elmenh.* De eo, quod *Thraci* scribendum, non *Thracii*, vid. ad Met. lib. IV. p. 274. a. J. B.

*Viro*] Vulc. in marg. *perito*: male. 'Viro generis quidem Thraci, sed artis ejusdem.' 'Vir artis' dicitur ut 'homo litterarum' Symmacho I. 72. et Sidon. v. 1. vid. Salm. et Casaub. ad Capitol. Maximin. c. 2. 'Semibarbarus et vix adhuc Latinæ linguæ.' cf. infra ad pag. 623. J. B.

*Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἐνθάδαις τῶν*] Eadem Pythagoræ disciplina. Malchus in de vita ejus: *Τὰς ψυχὰς*

*νοσοῦντας θεραπεύειτο, τοὺς μὲν ἐνθάδαις καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ Μουσικῇ. Pric.*

PAG. 448 *Vi cantantium*] Miles. I. 'Viopientia cantionum:' ibid. 'Cantionum virtutibus.' Orig. I. contr. Celsum, *ἐνθάδαις διδάμει. Idem.*

*Venenarium*] De venenariis mentio lib. XXIX. D. de *pemis.* Gloss. 'Venenarius, φαρμακοποιός.' Gloss. Ms. Bourdelotii: 'Venjarum, herbæ', lege *Venenarium, herbarium.* *Idem.*

*Qualem isti dicunt*] Primo reponendam *qualem* isti dicunt: valet, *qualem* me: cujusmodi multa passim in Pandectis Florentinis: de quibus ego in Commentario Vegetiano in emendatione I. *quæret aliquis* ff. de Verb. Sign. Postea, quod nesciam quis scrupulorum usus sit, malim: *quibusasatellitibus: quibus custodibus.* Stewech.

*Quibus scrupulis*] Nihil in his aliter legendum: respondent enim illis quæ præcesserunt, 'Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit.' *Colo.* Id est, qua scrupulositate, vel diligentia. Respondet enim ei quod dixerat, 'scrupulosius cibari.' non memini me alibi legera hoc sensu, sed pro dubitatione, *scrupulos.* Sisenna Histor. lib. IV. 'Hic tum injectus est levis scrupulus, et quædam dubitatio.' *Scip. Gent.* Stuporem Stewechii ingerentis *Satellitibus!* au non proxime præcessit 'cibari scrupulose?' *Pric.* Ante *scrupulis* deest *quibus* Ms. D'Orv. J. B.

*Corporum causas meras*] Fulvius rerum aut *Deorum* libentius legit. *Scip. Gent.* Pessime utique *Deorum*: nam opponuntur philosophi, qui mundi rerumque omnium originem ad meras causas naturales et simplices, sine ulla divinæ mentis providentia referunt, (propterea rerum *natura patre-* nos vocari ab Appuleio puto, non, ut explicat *Gent.* infra,) opponuntur igitur hi philosophi illis, qui 'Providea-

tiam mundi curiosius vestigant et impensius Deos celebrant.' Neque tamen etiam necesse est cum eodem Fulvio rescribere rerum: sive corpora in universum intelligas omnia quæ sunt; sive, corpora illa, seu 'individua corporum', (*átomos* vocant) quorum concursu effectum esse cælum atque terram Philosophi illi censebant. J. B.

Rerum naturæ patronos] 'Democritum, ceterosque antistites bonarum artium' Seneca de Brevit. vit. cap. 14. dixit. Scip. Gent. Melius Florid. in Interpret. 'defensores causarum naturalium.' V. not. præced. J. B.

PAO. 449 Epimenides, &c.] Vide Plin. Nat. Hist. l. xxx. c. 1. de origine magicæ artis. Elmenh.

Astanes] Legend. ut edidit Colvius, *Ostanes*: meminit ejus infra Noster. D. Cyprian. in de Idol. Vanit. et Minuc. Felix (apud quem vulgo male *Sothenes*) Plinius l. xxx. c. 1. duos *Ostanes* ponit; alterum in exercitu Xerxis, quum in Græciam descenderet; alterum ceteriorem, M. Alexandri comitem. Pric. Cas. et Scip. Gent. *Astanes*. Florid. *Osthanes*. Scriv. *Hostanes*, cum Elmenh. in notis ad Arnob. l. i. p. 31. in cujus textu tamen legitur: 'Armenius Zostriani nepos;' non, *Ostani nepos*: sed in Appuleio edidit cum reliquis *Ostanes*, ut scribitur hoc nomen Plinio xxx. l. et 'Oordans Græcis scriptoribus, sed *Otanes* Herodoto, Arabibus *Andshan* s. *Aidsen*. De *Ostane* a. *Hostane* omnia vide apud Fabric. B. Gr. l. i. c. 14. § 1. ibique Harles. J. B.

*Suspecta est Eccli Cathorino*] Romæ impressum, *suspectata est Empedocli Cathorino*. Colv. *Suspectata Empedocli Cathormæ*. Sic scriptum, paullo minus, in Codice Rom. in quo hoc tantum peccatum est, quod *Cathorineæ* scripserunt operæ: debuerant enim *Catharmæ*, h. e. *καθαρμοί*. Nota Empedoclis γῆρας, noti *καθαρμοί* ex Plutarcho, Laërtio, aliis Græcis. At in Delph. et Var. Clas. Apul.

Edd. post Romanam censis quem fœde acceptus fuerat hic locus! Ita enim primus opinor Bernardus Philomathes edidit, *Eccli suspecta est Cathorino*: quàm portentosam γραφήν omnes deinceps Edd. feliciter servarunt. *ὄθως ἀναλαττωπος τοῖς πολλοῖς ἢ τῇ ἀληθείας ζήτησις*. Casaub. *καθαρμοί*. Ita Flor. et Casaub. In Aldo et Rom. est *Catharino*: ineptissime. Elmenh. V. Casaub. notas. Schott. Obs. Hum. v. 15. Pric. Ma. Pith. *Empedochi*: sed bene exstat in D'Orv. in quo porro *Cathornice*, sed Pith. *Cathormee*, Edd. ante Colv. *Eccli Cathorino*, nisi quod Rom. Vic. *catorineæ*: e quibus patet, in omnibus scribi per o non per d. Hinc firmatur aliquomodo conjectura Grosloii legentis *καθορμela*, pro impetu in profundendis versibus, quem in Empedocle valde celebrant auctores: sed de poetica Empedoclis facultate non constat inter antiquiores et recentiores. V. Bibl. Gr. Fabricio-Harlesiana v. i. l. ii. c. 12. § 8. Utut est, quid illa poetica *καθορμεία* ad h. l. ubi de rebus magicis et divinis mysteriis sermo est? Imo palmaria est Casauboni emendatio, Florentinarum membran. auctoritate firmata, et a seqq. editoribus jure merito expressa; nisi quod Scip. Gent. rursus Auctorem corruperit, excudens *Cathariza*, quia ita operarum vitio scriptum vidit in Ed. Casaub. qui in Erratis id correxit. Scriv. sing. num. dedit *καθαρμοί*; sed Empedoclis opus ubique inscribitur *καθαρμοί*. vid. Fabric. Bibl. Gr. l. c. quare minus bene quoque Turneb. Adv. 24. c. ult. et Mercerus, teste Grosloio in marg. divinarunt *καθαμῶν*. Schottus Obs. v. 15. Casauboni *εὐτοροχίας* suis ineptiis se anteponendam censere, ingenue fassus est; et merito. Ceterum Latine *Catharmæ* edidere Cas. et Pric. de qua terminatione v. quos citat Oudend. ad l. de Mundo p. 319. a. et ad Lucan. ii. vs. 593. et inttpp. ad Nepot. Miit. c. 4. 'qui hemerodromæ



vocantur :’ atque ita hic legendum.  
J. B. [Vid. VV. LL.]

*Socratis Dæmonium*] Rectius heic quam in Apodeixi peculiari, ubi *Deus* vocatur. Ipse Socrates apud Platonem, Plutarchum, Cicero, Maximus Tyrius (qui duas edidit de eo dissertationes) ubique *Δαμόνιον* vocant eum, non ‘Deum.’ *Pric.*

*Platonis τὸ ἀγαθόν*] Non ita hæc accipi debent, quasi Plato fuerit magis suspectus: quam ille gravi supplicio proposito de sua republica exterminavit Legum xi. sed quia multa ille de Diis disserere solitus non in vulgus nota, ideo visus imperitis novos deos comminisci, quos sub novorum verborum involucrio celebraret. Notum quid sit in Academia τ’ ἀγαθόν. *Casaub.* Recte *Platonis* scriptum est, generandi casu, et ita etiam legendum, *Empedoclis* et *Socratis*, non enim ipsis, sed aliis suspectata illorum, quæ commemorat Appuleius hic. Plato l. x. Legum, Magiam (ut Romani decemviri) damnavit. *Scip. Gent.* Ignoravit Gentilis Auctoris nostri consuetudinem, nominum in *es* faciendi genitivos in *i*, de quo paullo supra, et sæpius monitum: quare non necesse est cum Florido restituere *Empedoclis*, *Socratis*. Ceterum *Vulc.* in marg. conjecit *Socratis Dæmonium* *Platoni τὸ ἀγ.* quomodo edidit *Wow.* fors quia Socrates summum numen dicere solebat τὸ ἀγαθόν et τὸν ἀγαθόν, de quo insignis locus est *Platonis* l. ii. de Republ. Sed aliud est Summum numen, aliud *Dæmonium* *Socratis*; hoc autem diversum omnino a *Platonico* τῷ ἀγαθῷ. J. B.

PAG. 450 *Habet aliquid Appuleius domi quod secreto colit*] Idem hoc ab Ethnicis obiectum Christianis. *Minnuc. Octav.* ‘Cur etenim occultare et abscondere quidquid illud colunt magnopere (lego tantopere) nituntur, quum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint?’ *Sophocl. Electr. πῶς τόδ’, εἰ καλόν, τοδρ-*

*γόν σέβειν δέ;* *Pric.*

*Morbo corp. impeditus*] L. *impeditus*, i. e. morbi ejusdem paroxysmo correptus, *Acidali.* Non probo *Acidali* conjecturam, qui *Impeditus* reponit. Nam intelligit Appul. morbo impeditis, quasi colligatis omnibus membris corporis necessario procidiasse, quod inferius dixit, ‘moribundo corpore cessante animo cadere.’ Tac. i. Annal. ‘quia Tiberius casu an manibus ejus impeditus prociderat.’ *Scip. Gent.* *Acidalius impeditus* otiose. Cic. Verr. v. ‘Etate et morbo impeditus.’ Nonster in *Milesiis*: ‘Morbo implicatus.’ Nonnus in Joann. *νουσάλεψ πεποδημένος ἄψα δεσφ.* *Symmachus* vii. 28. ‘Febre impeditus.’ *Ammianus* Marc. lib. xiv. ‘Egri tudine colligatus.’ Pari elegantia est ubi pro sano *Expedi tum* ponunt. *Miles.* ix. ‘Sanum me, atque omni morbo scirent expedi tum.’ Supra heic: ‘Sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est.’ *Pric.*

*Largitur aqua*] Male vulgatum, *largitur atque superest.* Per aquam intelligit Clepsydram, ad quam olim dicebant Rhetores, et caussarum patroni. Sic infra: ‘At tu, interea dum legit, aquam sustine.’ Et: ‘mea aqua licet ad hoc utare.’ *Apol.* ii. ‘At tu, licebit, aquam sinas fluere.’ *Philetas*: *Τοσαῦτα ὅσπερ πρὸς ὕδωρ εἰπον.* *Lucianus* Piscatore: ‘*Ἡ γὰρ ἂν ἐποιμεν Ἀντίου καὶ Μελίτου τέμν, τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικασάντων, εἰ οὗτος θνήσκειται, μὴδὲ τὸ παρὲν ὕδατος μεταλάβει;*’ *Synesius* *Dione*: ‘*Ὑδωρ δὲ τοῦτ’ οὐδὲ διδόντων δρόμον οὐ μεμετρημένον οὐδὲ πρὸς κλεψύδραν ταμεῖν μαλλον. ἀλλ’ ἐγὼ μὲν εἰ μή τι παύομαι, ἀλλ’ αὐτίκα πεπαύσομαι.*’ Sed nota res de Clepsydris his oratorum. Hoc adhuc observare est, a iudicibus sive arbitris dari has, prout causam exigebant, vel plusculas vel pauciores solere. In quam rem elegans et festivus *Martialis* jocus Ep. 35. lib. vi. ‘Septem clepsydras magna tibi Voce petenti

Arbiter invitus, Cæciliane, dedit. At tu multa diu dicis, vitreisque tepentem Ampullis potas semisupinus aquam. Ut tandem saties vocemque sitimque, rogamus Jam de Clepsydra, Cæciliane, bibas.' Plinius lib. 11. Epist. ad Arrianum: 'Dixi horis pæne quinq;ue: nam decem clepsydri quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor.' *Colo.* De aqua notum. At quid illud, *pro accus. long.*? Barth. Advers. v. 12. æqualia utrinque dicendi spatia notari contendit; malim ego sesquialteram proportionem ex parte Rei, quod in causis, capitalibus duntaxat, aliquando moris fuisse, docent Plinius lib. 14. Epist. 9. et Asconius Verr. 111. *Pric.* *Pro longitudine accusationis*, i. e. quia longa fuit accusatio, et longa igitur defensio requiri videbatur, propterea multum temporis mihi ad dicendum datum est. Lat. Latin. legit *largitur aqua*. In Ms. Pith. *largitur*. Edd. vett. *largitur atque sup.* J. B.

PAG. 451 *Tamen aveant potius def.*] Ita Fulvius, *Sciopp.* in *Symb.* Legendum puto *aveant*: ut desiderium refellendi significat, ut supra. Sæpissime hæ voces *Habere* et *Acere*, et similia, locum mutarunt, et se mutuo extruserunt, ut doctissimi viri P. Victorius et Jac. Cujacius docuerunt. Possis tamen ita hic interpretari, *Habeant potius defendere*, vel debeant. Sed tum dixisset *Habeant defendendum*: ut Plinius: 'Quum enitendum haberemus:' et Suetonius: 'Ut consolandos eos magis Imperator quam puniendos habuerit,' et alia plurima. Græcismus autem est, *Non habeo dicere, οὐκ ἔχω εἰπεῖν*. sed hic non quadrat. *Scip. Gent.* Fulvius *aveant potius*, quod probò. *Elementa*. Multi heic *aveant* legunt, quibus accedunt quæ et Cujacius notat ad Paul. Recept. Sentent. lib. 111. Tit. de Testam. Ego in vulgata lectione nil video quod non optime ferri potest. *Pric.* *Non male aveant* reponi voluit etiam

Lips. in marg. Bas. pr. ut sit fere sensus idem, quem supra p. 404. expressit: 'Est prudentis animi et verecundi vel falsam vituperationem gravari.' Invitis libris tamen non muto *habeant*, sive explices 'possint,' sive, quod malim, cum Florido, 'existiment satius esse.' Ms. D'Orv. *tamen potius haud def.* J. B.

*De falso invidia*] An scripsit Auctor, *de falsa invidia*? an potius Græcorum imitatione *falso invidia* nove dixit, ut illi possent *ψευδοφθόρος*? *Cassaub.* Illud amplexus est Scriv. quem Ed. Bip. sequitur; hoc Floridus. Ceteroquin Mas. et Edd. nihil fluctuant. Quare acquiescendum *τῇ de falso invidia*: quod tamen non pro uno vocabulo, ut Gr. *ψευδοφθόρος*, capiendum puto, sed ita, ut sit adverbium positum pro adjectivo, et *de falso invidia* idem, quod infra p. 513. ait Auctor, 'ut ipse Æmilianus recognoscat, falso se ad invidiam meam inductum.' Nam de eadem et ibi et hic loquitur invidia, propter dotem nempe, et lucrum, cujus cupiditate invasisse Pudentillæ domum accusabatur Appuleius, quam 'cassam invidiam' vocat p. 510. Unus autem iste adverbii, substantivo additi, haud infrequens est apud Latinos scriptores. Vid. Passerat. ad Tibull. 1. 3. vs. 29. et Oudend. ad Lucan. lib. 1. vs. 63. quam constructionem alii explicant, ut adverbium jungatur verbo subaudito, melius tamen e Græcorum loquendi more derivari putem. Virg. *Æn.* 1. vs. 198. 'ante mala.' τὰ πρὶν καὶ. Lamprid. Alex. Sev. c. 35. et alibi apud Lat. Pacat. Tertull. alios, 'retro principes,' οἱ πάλαι ἀρχόντες. Sic tamen non explicandum puto Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 63. 'patrem lacrimis et precibus adsidue ab exilio revocavit:' nec Terent. Andr. 1. 2. 4. 'Hæc semper lenitas Verebar quorsum evaderet.' J. B.

*Officii gratia quam*] Bas. 2. et Ald. *officii gratia potius, quam*. Sed rectius

hoc abest, et elegantius subauditur, Græcorum loquendi more. Sic Homerus Iliad. α. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σὸν ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Sophocles Ajace: Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκὺς. Pindarus Nemeis: Ἵπποδῶμεν πάντες ἢ πιστεύομεν. Ubi τὸ μᾶλλον non exprimitur. Apologia II. 'Si quæ simulationis causa dicta sunt, adseverantis pronuntiatione quam exprobrantis legantur.' Plautus Menæchmis: 'Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.' Casina: 'Ut quod vir velit Fieri id facias, quam adversere contra.' Sic sæpe Tacitus, Livius, Tertullianus, et JCI nostri: ut observatum notatumque viris doctissimis, A. Augustino, B. Brissonio, Lipsio. Sidonium Apoll. emendare ita me memini ē cod. Ms. Gellius ita lib. II. cap. 7. Noster item lib. III. Florid. Colv. *Officii gratia potius quam*. V. C. Idem mox: 'immane quantum angori.' Sciopp. in Symb. Sic Ald. et Fulvii liber, alii τὸ potius male omittunt. Elmenh. Ἐλλειψις τοῦ potius jam vel pueris nota: adeo nil heic Elmenhoratius agit cum Fulvii Ms. Pric. Ipse tamen Elm. cum reliquis in textu expunxit potius, rectissime; neque etiam comparet in Ed. Ald. nec in Mss. præter Fulv. sed in Junt. post. post idque insertum potius. De hac ellipsi vide quos citavi ad Flor. N. xvi. add. Heyne Obs. ad Hom. II. A. vs. 117. J. B.

*Privignum meum, nuperrime cura mea ereptum*] Id Solon lege cavet, Ne curator cum pupillorum matre cohabitaret, neve is fieret curator, ad quos post pupillorum obitum substantia pertineret. Sed aliud est, quod Appuleius hoc loco significat: nam maritus is erat matris pupillorum, neque divelli ab ea sic poterat. Immo, ne vir seorsim ab uxore habitare cogatur, multa contra leges constituta videntur, veluti, si ususfructus ædium vel habitatio alicui relicta sit, etiam cum uxore et familia habi-

tare poterit, immo, de quo dubitatum fuit, si mulieri relictus usus sit, habitare cum viro poterit. Quod Q. Martius primus admisit, inquit Ulpianus lib. XVII. ad Sabinum. Idemque in vidua admissum postea est, ut possit cum secundo marito habitare. Cæterum quod Appuleius ait privignum suæ cnræ ereptum, id jure factum est. lib. I. Cod. ubi Pupill. edic. deb. Quod intelligendum de educatione et habitatione privigni est: fuit enim is ab Appuleio abductus ad patrum: potest enim vitricus tutor privigno dari. I. ult. Cod. de Contrar. Judic. tutel. Trogus lib. XXVIII. 'Cui' (filio Demetrii regis Macedoniæ) 'Antigonis tutor datus, accepta in matrimonium matre pupilli, regem se constitutur laborat.' Scip. Gent.

*Cujus obtentu et voluntate a patris ejus accusor*] 'Dederat Libellum enim nomine nepotis sui, adscripseratque se ei adistere, &c. scilicet ut obtentu ejus ætutulæ ipse insimulationis falsæ non plecteretur.' Verba sunt Authoris in limine Apologiæ. Pric.

PAG. 452 *Phrygionibus*] Salmas. ad Vopiscum. Seriverius ad Senecam. Idem.

*Maleficio*] Magiæ, sic in XII. QUI MALVM CARMEN INCANTASSIT. Vide Heins. ad Siliū Italici lib. III. Idem.

*Cupedinarius*] Sic recte Memb. Florent. et Fulvii liber. Vulgo *cupediarius*: vide Indicem. Elmenh. Edd. vett. item Colv. Vulc. Wow. Gent. Pric. *cupediarius*, quomodo, vel *cupped*. scribendum præcipit Bentley. ad Terent. Eun. II. 2. 25. ducta quippe voce a *cupediis*. Quoniam tamen et forum *cupedinis* fuit, (cf. Appul. Metam. lib. I. p. 73.) pariter, ut a 'cnpediis', 'cnpediarius', ita a 'cupedine' ἀναλόγως formatur 'cupedinarius', quod firmant h. l. Mss. O. et plerique Terentiani, si non omnes. Dein in Pith. scribitur per pp, cum Bentley, in Florent. *Cupidinarius*. J. B. *Cupediarius*] Quos Onomast. vetus

reddit *Ζαμφοροῦς*, quasi dicas, 'gnaros juris condiendi : ' ego nec de illis, nec καθόλου lautiorum edulium venditoribus Appuleium loqui puto, prorsus nec allo genere hominum quam Piscatoribus. Miles. 1. ' Forum Cupedinis peto, inque eo piscatum opiparum expositum video.' ' Forum Cupedinis,' est Forum piscatorium, *ἰχθυονόμιον*, ut in vett. Glossis. Temere advesetur nemo, stat a nobis Scaliger, *μάστιγον σερμὸς μάλα καὶ ἀξιόπistos*. *Pric*.

*Depenso*] E Ven. et Rom. edit. In aliis *de penso*. Depensum, Postulatum, Peccatum et sim. id est, quod impensum, quod solutum est, impensa. Paulus lib. 1. Sentent. tit. 19. 'Quaedam actiones si a reo inficiantur, duplicantur: velut Judicati, Depensi.' Glossarius liber: 'Depensi, *ἐνπεκρίστος*.' Dependere animetiam esse solvere, exponere pro aliquo. Seneca de Beneficiis lib. v. 'Paratus, ne quem beneficii peniteat, pro ingratu dependere.' *Cato*. I. e. immenso pretio emuntur. Caesar de B. Gall. 'Quaeque Galli impenso parant pretio.' Appuleius infra: 'Pretio impenso quæsisse.' Item, 'impenso pisces pretio mercari.' Quare in alio loco infra ubi scriptum est, 'Ut merito statuto præmio quærentur,' malim, *pretio*, legere. *Statuto* autem non est ordinario et communi, sed quodcumque piscatori libuerit vel cupidario, id est, plurimo, ut mox loquitur. Vox populi Rom. 'Statue pretium humanæ carni:' quum fame suffocaretur. *Scrip. Gent.* *Depenso* non valet *immense pretio* (quod Gentilis vult) sed pretium nude unneratum, sine intensione. Supra proxime: 'An ex eo intellexistis maleficio quæri pisciculos, quod pretio quærebantur?' Infra: 'Piscatoribus mercede invitatis.' Pretium et mercedem, gratuitæ donationi opponit. *Pric*. Ms. Pith. *despenso*. De verbo *dependere* adi Oudend. ad Met. lib. ix. p. 666.

'depensis pro prandio lacrimis:' et Brisson. de Verb. Sign. in v. J. B.

PAG. 453 Quo proximo signo] Infra, 'Patiens et oppido proxima humanitate.' h. e. (ut supra notavimus) 'manifesta.' Minuc. Octav. 'Apertius, proximius.' *Pric*.

*Altilia*] Miles. x. 'Carnes lasere infectas, altilia pipere inspersa.' *Altilia* dixeris omnia in saginam tradita, proprie tamen volatilia. Gloss. 'Altilium, *ἁλυντῶν*.' 'Altiles, *ἁλυνταί*.' legendum fors. *Altiores*, *Ἀσπί* nempe, quos olim in *Œconomia* lautiorum locum habuisse legimus, Lapis

..... PRISCUS.

L. VARI. AMBIBOLI.

AVIARIUS. ALTILIARIUS.

Alins :

ANTIGONVS. DRVSI. CAES.

AVIVM. PARTOR. &c. *Idem*.

Quid enim competit ad amoris ardorem, &c. *piscis, aut omnino res pelago quæsitæ*] Multum. Hesych. Illustr. *Ἀλσινος*, οὐκ ὁ μυθοποιός, ἔγραψε περὶ Ἑλένης, ἔνθα φησὶ πάντα ἰχθύν καλεῖσθαι κηγάδην, ἐν τούτῳ δὲ τὸν Ἀσπερίην λθόν εὐρίσκεισθαι, ὅς ἐπὶ τῇ ἡλίῳ ἀνέπτεται, ποιεῖ δὲ πρὸς φίλτρα. Eadem Suidas, et Ephestion apud Photium. Nec dissimile de Echeneide tradit Aristoteles de Animal. ii. 14. de Mustela marina *Ælianus* Var. Hist. xv. 13. *Idem*.

PAG. 454 *Vittas molles*] Ms. D'Orv. v. *mobiles*: contra Virgil. Ecl. viii. vs. 64. 'Vittæ molles,' quia e mollis lana confectæ. 'Torulum capiti circumflexum,' et 'verbenas felicitis arboris' in re Magica memorat Amm. Marc. xix. c. 1. § 31. J. B.

*Thura*] Sic D'Orv. et Virgillii Codd. sine adspiratione. Charsius lib. 1. 'Tus a tundendo sine adspiratione dicitur: quamvis Julius Modestus ἀπὸ τοῦ θάω tractum dicat.' *Idem*. *Vittas molles*, et *verbenas pingues*, et *Thura mascula*] Eclog. iv. Ex eo Nemesianus: 'Quid prodest quod me pagani mater Amyntæ, Ter vittis, ter

fronde sacra, ter thure vapore Las-  
travit? *Pric. Thura mascula*] Tur-  
neb. Advera. x. 2. Tiraquell. ubi su-  
pra, num. 66. et 67. *Idem.*

*Licia discolora*] Pharmaceutria :  
'Terna tibi hæc primum triplici di-  
versa colore Licia circumdo:' item  
Ciri: 'Terque novena ligat vario di-  
versa colore Licia.' Petronius Ar-  
biter: 'Illa licium protulit varii co-  
loris filisintortum, cervicemque unxit  
meam.' *Colv.*

*Limum durabilem, ceram liquabilem*  
Joan. Sariaburiens. Polycrat. i. 12.  
'Ad effectus hominum immutandos  
in molliori materia, cera forte vel li-  
mo, eorum quos pervertere nituntur,  
effigies exprimunt.' Plura de his  
malis pupis Helms. ad Theocrit. *Pric.*

*Equi de fronte revulsi*] Hippoma-  
nes. Id venenum accendere libidi-  
nem etiam in hominibus præstatum an-  
tiquitus. Columella l. vii. de re rus-  
tica. Servius ad iii. Ecl. et iv. *Æ-*  
*neid.* Theophrastus ad Photium f.  
862. dicit equam id devorare, utili-  
tati scilicet hominum invidens. Vid.  
Plinius l. viii. cap. 42. l. xxviii. c.  
11. *Elmenh.*

*Detergenda*] Legi olim *detergenda* :  
quod jam mihi non placet. Hand-  
dubium tamen est, sic legendum esse  
Plauti Epidico: 'Detegetur corium  
de tergo meo:' ut in suis libris etiam  
legi testatur doctissimus Camerarius;  
ut ego etiam in aliis esse scio. Nec  
Nonius audiendus, qui *Degetur* scri-  
bit, et Degere detrudere hic signifi-  
care vult. Nam id ipsum potius De-  
tegere est. Turpilius Pedio: 'Quæ-  
so omitte ac desere, quæ te semel  
nacta, semper studuit perdere, dete-  
gere, despoliare; opplereque adeo fa-  
ma ac flagitiis.' Qui locus id omnino  
ita esse convincit, et ab ipso Mar-  
cello alias citatur. *Colv.* Malim cum  
aliis nonnullis *detergenda*, Degere, de-  
trahere. v. Nonnium Marcellum. *Pric.*  
Cave mutes. 'Detergeri' non tan-  
tum dicuntur res liquidæ, ut 'lacry-

mæ' Nostro Met. p. 813. ubi vid. in-  
fra p. 498. 'criminis maculam deter-  
sisse'; sed in universum 'detergere'  
est demere, excutere. Met. l. vi. p.  
422. 'detergo somno:' vide et ibi.  
Imo notat 'vi demere' et 'infrin-  
gere': unde 'detergere remos' pro-  
prium est in re navali, quod Græci  
dicunt *ροδς ῥαπρος ὑπαρσιπρω*. V.  
Voss. et Oudend. ad Cæs. l. i. de B.  
Civ. c. 58. *Detergeri* itaque recte  
dicitur Hippomanes, sive caruncula  
illa, quæ fronti equorum recens edi-  
torum innascitur, quæque *revulsa* di-  
citur Virgilio. *J. B.*

*Dorsis squallentibus*] Proprie 'squal-  
lere' dicitur 'de squamarum crebri-  
tate asperitateque quæ in serpentium  
pisciumque coriis visuntur': auctor  
est Gell. N. A. ii. 6. cit. ab Elmenh.  
in Ind. *Idem.*

*Hamis inuncanda*] Sic ex Ven. Ro-  
manaque edit. reposuimus. Vulgo  
erat *hamis iniuncanda*. Unde Pithæus,  
*hamis vincienda*. Lectio nostra magis  
probabilis. Sidon. Apol. l. vii. Epist.  
10. 'Semper hic tamen bonarum par-  
tium mores pungentibus linguis ma-  
ledicorum, velut bicipitibus hamis,  
inuncabuntur.' Et l. ix. 'Sylogis-  
mis tum propositionis uncatis volabi-  
lem tergiversantium linguam inha-  
mantibus.' Hunc enim affectatorem  
sermonis Appuleiani jam superius ob-  
servavimus. *Colv.* P. Pithæus vir  
doctissimus *inuncanda*, cui ego ut non  
assentiar, facit locus ejusdem Appu-  
lei supra, *vaguidus inuncet*. Lego igitur  
*inuncanda*. Roald. Alii *hamis vin-*  
*cienda* inepte. Vide Indicem. *El-*  
*menh.* *Colv.* adhibet Sidon. Apol. l.  
vii. Ep. 10. Ego Columel. l. iii. c.  
8. 'Lana quanto prolixior in pecore,  
tanto magis obnoxia rubis, quibus vel-  
ut hamis inuncata a pascentium ter-  
goribus avellitur.' Lucil. l. xv. 'aut  
qui nummos tristicis inuncat.' Nonius :  
'Innuncare quasi unco invadere et ar-  
ripere.' 'Quæstuum aduncatores'  
Cypriano de jejunn. et tentatione.

Brant. Frustra eximius Pithæus *Inscenda*. V. Brantli et Colvii not. Item Savar. ad Siden. Concion. lib. vii. Epist. 9. *Pric*. Jam ante Colvium *inscenda* editum in Edd. Vic. Junt. post. Bas. sec. emendatum a Lipsio in marg. et exstat in Mas. quo verbo de aquila usus est Noster Flor. N. ii. Quare non opus est cum Heinio *Advera*. p. 533. emendare *inscenda* vel *inscinda*; licet hæc sit verbum proprium in omni venatione: et sic mæneret Auctor in *ἐμμεταλέειν* 'excidenda .... revellenda .... extrahenda .... metenda .... inlicienda.' Edd. vett. pleraque *inscenda*. J. B.

PAG. 455 *Fluctum scrutaris*] Forte potius, *Fretum scr.* Colv. Male. Virg. *Æn.* iii. vs. 270. 'Jam medio adparet fluctu nemorosa Zacynthos.' Sonat quodammodo poetico quid Apul. J. B. *Fluctum scrutaris*] Voce aptissima usus est, 'Scrutari.' Manilius iv. 'Scrutarique novum pelagus.' Claudian. iv. Cons. Honor. 'Calidi scrutatus stagna profund.' Priscian. in Perieg. 'Scrutantur ripis alii torrentibus imbri, Berylli gemmas.' Ausonius Mosell. 'Scrutatur toto populatrix turba profundo.' Ibid. 'Ille hamis et rete potens, scrutator operi Nereæ.' Stat. Theb. 'Scrutator aquarum.' Et Sylv. iii. 'Fluctivagos, nautas, scrutatoresque profund.' Nonnus in Joann. cap. 1. *Ἐρουντῆρα θαλάσσης*. Valeant deliria hominum in Appuleio nova omnia aut absoleta somniantium. Scriptor cum primis purus, elegans, Latinus est: Leporis et amenitatis Pater, norma proprietas. *Pric*.

*Vernus ipsoe, quos*] Emendem *vernus poeni, quos*. Colv. Ita libri quos vidi omnes, nulla Syntaxi plane. Colvius ut constaret aliqua, pro *ipsoe*, *poeni* legit. At quæ (per Deos) est hæc ratio emendandi? Adeon' pro lubitu licebit mutare omnia et sententiam struere etiam per fas ac nefas? Si hoc concessum, nunc ille bardus et

bucco, qui non facile sanaverit Authorum corruptissima quæque. Innitendum est, in conjecturis, apicibus literarum: insistendum vestigiis vulgatae lectionis: quibus quanto recedat, eo praviora quæ suggerimus, magisque a Vera Critica aliena esse certissimum est. Hæc parce, non ut Manibus insultemus eruditi juvenis, (judicii mediisfidius in his studiis sabactissimi) neque vero quod voculam eam censeamus sollicitandam (quam nullatenus in mendo cubare fidenter spondeo) sed ut moneam, si quis in ea locus mutationi fuisset (quod quidem ille persuasum habuit) debuisset eam ingerere emendationem aliquam minus longinquam. Nos (ut diximus) *τὸ ἴπποε* sanum præstamus: querendus alibi defectus, dico in clausulae principio; ejus non hiatum, sed rimulam expleo insertionem minus interjectinunculæ, quam Authoris effusam calamo dejerabis mihi. Lægo, *En vernus ipsoe quos*, &c. *Pric*. Salm. et alius V. D. in marg. ejici volunt *quos*. Nihil variant Mas. et Edd. quare *Pricæ* emendationem admittere nolin, nec quidquam mutare. Sabaudiri potest *ἀντὶ κοινῶ* ipsum illud *attigam*, aut aliud, *recitabo*, vel sim. J. B.

*Lælium*] Lipsius mavult *Lævium* hic legere, quod is inter illos, qui amatoria scripserunt apud Gellium l. xix. c. 9. Sed pluribus de eo Scaliger Ausonian. Lection. *Colv*. Vel *Lævium*, quem Festus allegat in verbo 'Petraurum.' 'Lævius in Centauris: Ubi ego sæpe petris.' Fuit et Cæsius Bassus poeta Lyricus, Quintilian. no teste, si forte ita hic legendum esset, nam Lælius orator fuit. Fuit et Lælius quidam familiaris M. Varonis vel magister, cujus commentarius de Proloquiis a Gellio citatur l. xv. c. 8. *Scip. Gent.* Florent. Fulv. et Rom. *Lælium*. Elmenh. Ambigi a doctis video quid heic scribendum, aut quis hic *Lælius*, de quo alibi nulla

mentio. *Lætes* quidem nœvimus quosdam, nullos qui Amatoris inserint. Quœrendas heic scriptor 'Ερωτογυρίων. Eum Scalig. Anson. Lect. 11. 27. *Lævium* putat, de quo Festus in *Redivivis*. Anson. Cent. Nupt. Gellius 11. 24. Macrob. 1. 18. Plin. ad Pontium Epist. 1. vii. Laudatur prædictis sane nomine *Lælii*, *Livii*, *Navii*. Scaliger ubique *Lævium* rescribendam censet. Eruditiss. Gausminus ad Eustath. retinet *Lætium*. Junius Animad. 613. et Vinetus in Prolegom. a *Livio* stant, *Andronico* nempe, qui fabulas Romæ docuit etiam ante Ennium. Maxime probabilis videtur sensus Scaligeri, quem et firmat accuratissimus Solini enarrator. *Pric. Lævium* dedere Vulc. Wow. Elm. Scriv. cum Scalig. in Catal. p. 74. Reliqui *Lætium* ut est in Ms. Interim tamen *Lævium* exhibui, quem Erotopœgnion libros scripsisse docuere Scaliger, Scriv. et Toll. ad Anson. Cent. Nupt. p. 517. et cujus mentio apud Porphy. ad Horat. 111. 1. init. et Gell. xix. 9. ubi tamen optimus Salmasii Ms. habet quoque *Lætius*: vide eum ad Solin. p. 661. Frequens est horum nominum 'Lælius,' 'Lævius,' 'Nævius,' 'Livius' confusio: *Lævii* nomen Horatio Ep. 11. 1. 69. e Cod. Reginensi restituit Bentley. et Prisciano pluribus locis, e conjectura, Osannus Anal. Crit. p. 53. sq. ubi vide. De Lævio vide Voss. de Anal. 111. 35. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 333. et p. 619. coll. Osanno l. c. et in Add. J. B. Ad Lævii fragmentum citatur a V. D. ad calcem Edit. Casaub. in Biblioth. Cl. V. M. Tydeman. Tho. Bartholin. Hist. Anatom. Cent. 111. hist. 78. p. 107. *Idem in Addend.*

*Antipathes*] Sic scribendum fuit, non *Antiphaltes*: ut etiam visum ante annos multos B. Pio fuit, et postea Turnebo. *Antipathes*, ut scribit Plinius, gemma nominatur nigra, quam contra effascinationem prædicabant

valere Magi. Ctesias apud Stobæum 1 "Ορος ἐστὶ τῆς Μυσίας Εἰθρας καλεόμενον. γὰνῆται δὲ ἐν αὐτῇ λίθος ἀντιπαθῆς προσονομαζόμενος, ὃς καλλίστα ποιεῖ πρὸς ἄλφεος καὶ λήπρας δι' οὗου τραβήματος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. Colv. Ita emendavit Turnebus lectionem omnium librorum *Antiphaltes*: quam scriptionem possis fortasse non minus bene defendere: ut de quadam planta, aut gemma, aliave re simili intelligatur, quæ inimicandi vim, ut illa insana laurus, ex perpetua contradictione, habeat. Fore enim quæcunque ad philtrea adhibita, in quæ vim crederentur habere, ex ipso nomine paret. Jam 'antiphaltes ἰνδ' contra analogiam Græcam dictum fuerit, (nam illi τὸν ἀντιφάρην dicebant) ut alia quæ plurima, in quibus genus mutarunt simul et declinationem Romanæ. *σέρμα* Græci et *σχῆμα*, et τὸν χάρην: Latini *syramam*, *schemam*, *chartam*: sexcenta sunt id genus. Casaub. Ita Turnebus Adv. l. xvii. c. 15. legit. In Flor. 2. est *antiphaltes*, quod retinet Casaub. quem vide, et B. Pium in annot. post. f. 107. c. 198. *Elmenh.* Ita primus restituit Pius, non Turnebus, ut Casaubono visum, qui tamen τὸ *Antiphaltes* censet retineri posse. *Antipathes* πάλιν est, Alexipharmacum illud longe decantatissimum, quo Mercurius Ulyssen munivit adversus Circeen. V. Eustath. ad Odyss. x. Plin. Hist. xxv. 4. *Pric. Antiphaltes* cum Edd. vet. et Scriv. servat Ms. Pith. cum aliis: male et contra Ms. D'Orv. v. Salm. ad Solin. p. 661. qui recte explicat: 'quidquid adversus effascinationes, incantationes, et amoris faciendi artes magicas, potenter est efficax,' ex Hesychio: ἀντιπαθὸν φάρμακον ἀντιπαθὲς ὅπερ ὁ πῶν οὐ βλέπτεται ὀφθαλμῷ, ἀντιφάρμακον. In transpositione vss. 1. et 2. Salmasii auctoritatem in sua Ed. secutus est Floridus, cum eodem reponens *quarito*, sed tenens *eruant*, quod Salm. mutandum

judicabat in *irruant*: hoc sensu: Quærite ac parate tibi antipathes illud celebratum, nam omnia philtrea in te comparantur, et admoventur omnes amatoris machinæ, a quibus ut tutus ac tectus esse possis, antipathes illud querendum. Sane, si *crumens* retinendam, videntur sequentia scribi debuisse in quarto casu, ut respondeant *τῇ philtrea*. Probabilis quoque est emendatio *querito*: probabilius tamen, ni fallor, legas *quaritur*. Neque tamen necessaria est mutatio: nam *quaritur*, i. e. desideratur, opus habetur. In tam abrupto fragmento contra Mss. nil moto. Nominativi illi habuerint fortasse post se verbum, quod non addidit Auctor, quia nihil ad rem faciebat, quum nominibus tantum ei opus esset. *J. B. Antipathes illud queritur*] Recte eruditiss. Salmasius Not. ad Solin. p. 661. ubi v. plura, duplex heic mendum advertit. In voce *quaritur*, et in ordine versiculi ipsius. *Ἄριχος* hic præponendus priori, legendumque *quarito*: nam quis adeo imperitus est qui non agnoscat *προσφάσσειν*? *Pric.*

PAG. 456 *Trochiscili ungues*] Idem Plac. *Trochiti ungues*. Jos. Scaliger *Trochiscili, iunges*. Scribit Schollastes Theocriti Iygi aviculæ vim inesse natam amatorii philtrei; ac ideo omnia in amorem impellentia *ἰγγας* dici. Adi Suidam, et Janinam nostrum Adagior. Centur. iv. ubi multa, quæ ad hunc locum penitus percipiendum. *Cole.* Non potest meo iudicio dubitari de voce *ungues*, quin, ut emendat Scaliger, legendum sit *junges*, id est, *junges*. Nam quis putet in hoc albo prætermisam avem illam, quam supra omnia impetrabilis efficaciam esse in his sacris crediderunt? Et ratio est: quia cum viderent aviculam, quam *ἰγγα* appellabant (quæ alia est ab Aristotelis: illi enim *ἰγγῆ* non est inter aves quæ *καυῶσι τὰ ὀρῶα*, ut *σχοῖνικες*, *κίγκες*, *τρίγες*) assidue caudam motitari, crediderunt

salacissimum esse *ἰωφίον*. nam et in scena mimi mimæque, præcipue Gaudianæ, cinctos ita exprimebant. Ideo philtreis adhibitis *junges* inter præsentissima pharmaca, ut ex poetis Græcis et eorum scholiastis notum. Romanis dicitur *σεισσυρίς*, inquit Theocriti vetus interpres: sic ille vertit Latinam vocem, *motacilla*: de qua Varro et Plinius. Glossarium, '*σεισσυρίς*, moticella, motacilla:' at *ἰγγῆ* ab eodem magistro exponitur 'frutilla.' Jam diximus *iungem* in amatoris aliam esse ab ea quam describunt Aristoteles et Plinius: neque dubium mihi, quamlibet de genere earum, quæ, ut ille ait, tremulum crispant, pro *iynge* in amantium *φαρμακῶν*, habitam et ita appellatam fuisse. Postea vero non hæc tantum aviculæ, sed *ἀελλῆς* omnia quæ conciliandi amoris aut amicitia vim habent, ita cæpere appellari: sic enim illam vocem disertissimi Græcorum etiam in honesta amicitia usurpant. *Trochilisci*, si ea lectio vera, sunt trochi minuti: est enim diminutio duplex ut in Latinis nonnullis, Græcis non paucis: *τόκος*, *τοκάριον*, *τοκαρίδιον*, *χρῆν*, *χρῆνίσκος*, *χρῆνισκάριον*. Sic *τροχῆς*, *τροχίσκος*, *τροχισκίλος*. Bene autem trochus et *iunges* hic junguntur: nam et in usu jungebantur. Schollastes Pindari, Pythionicarum ode quarta, *λαμβάνουσαι αἱ φαρμακίδες τὴν ἰγγα, δεσμεύουσιν ἐκ τροχοῦ τινες δὲ περιρροβούσιν ἅμα ἐπιδουσαι*: οἱ δὲ φασιν, ὅτι τὰ ἔντερα αὐτῶν ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῇ τροχῇ. Theocritus: 'Ὡς διὰ τοῦτο δὲ βόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, Ὡς κείνος διὰ τοῦτο τοῦ ἀμετέρου θύρασι. Sic possumus eam lectionem tueri atque interpretari: quia tamen ea vox nonnihil insolens est, et versus ratio leviter repugnat, fortasse non male scripserimus: *trochilisci*, *ἰδὲ*, sed transpositis literis. *τροχιλλίλος* est parvus trochilus, quod notum est aviculæ ejusdem nomen: quæ etiam parva, vigoris tamen plena est, et ut de



ea Græci scribunt, *δρυὸς ὕρπον*: unde potius ortum videtur quod de odils trochili et aquilæ Plinius ex Græcis refert, quam ex eo quod ille *δρυάριος* prorsus *αδρύαριος*. Hanc avem videntur Veteres philtris aptam censuisse, ut quæ accelerandorum votorum vim haberet: nam grammatici *τροχίαν*, *παρὰ τὸ τρέχειν* dictum volunt. Semper autem, ut ante diximus, ex nomine captabant omen: quod tamen Appuleius oratorie magis quam serie alibi ridet. *Tæniæ* sunt quæ alii auctores in hoc argumento liciæ nominant: quorum non in magicis hisce tantum sacris olim fuit usus; sed in plerisque opertaneis. Sic apud Clementem Alexandrinum legas *ταυρίας ἐρίην καὶ πορφύρεα περικαλόμενα* in expiationibus fuisse adhibitas. Erant et magicæ istæ tæniæ diversi coloris. Petronius, 'Illa de simulacrum protulit varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam.' Non exprimit colorum numerum: cæteram plurimi aliquando miscebantur: nam in Ciri canit Virgilius 'Terque novena ligat vario diversa colore Licia.' Fere tamen pauciores: puta tres, ut in Pharmaceutica: 'Terna tibi hæc prima triplici diversa colore Licia circumdando:' aut etiam duo: conjicio ex hoc Lælii, seu verius Lævii loco. Ita enim hos versiculos et legendos et digerendos censeo: *Trochiscili, ignes, tæniæ, Aterplices bicolores, Radicula, herba, succuli*. Nam qui vulgata lectionem conantur explicare, et ad aureas ac cordylas pisces referunt, ii vero *τελέως παραπλόνουσι*. Quid enim magis *κατὰ διέμετρον* oppositum menti Auctoris dici fingive potuit? Sed id genus scriptorum sententiæ plerumque de numero sententiarum per me tolerantur licet. At eam lectionem quam supra posuimus, ut affirmare pro vera non ausimus, ita nihil absurdi continere asseveramus. *Aterplices*, est duplices, ut et Festus interpretatur. Legebam prius *atriplices* et de ea herba

accipiebam, quam Græci *χρυσολόχων* vocant: de cuius mirabili virtute ex Pythagora refert Plinius libro xx. Sed sequenti voce *bichordilis* quid fiet? Placet itaque magis superior emendatio. Ac videtur initio scriptum fuisse *bichorelia* transpositione litterarum, pro bicoloris, vel bicolores, quod usitatus bicoloris dicitur. Atque hæc est nostra de hoc loco sententia: quam constanter et veracunde ideo proferimus, quia meminimus esse a te, Scaliger eruditissime, aliter pridem emendata ista et exposita. *Legis in Auriplices bitortilis*: et refert ad simulacra magica quæ ipsiplices alio nomine videntur appellata: ingeniosissime, ut omnia, et doctissime. Enimvero non is es, tu vir nobilissime, qui in hoc genere litterarum, quod (ut de medicinæ arte Celsus ait) conjecturale maguam partem est, tuas omnes sententias, seu *κυρίας δόξας*, velis haberi: quod falso nimis et improbe sycophantas quosdam, non Scaligeri nominis magis quam Musarum hostes, dictitare non pudet. Sed quid eos pudeat, qui ea scribunt, ea tænentur, quæ nemo legat sanus, quin statim 'exclamet perfissæ Fontem de rebus?' *Casaub. Flor. Trochiscili ungues*. Scaliger et Casaubonns, *Trochiscili, Ignis*, recte. Nicephorus in Synesium de insomniis fol. 360. *τὴν δὲ Ἰγγύ φασιν ὕρπον εἶναι διὰ τοῦτον τὴν οὐρανὸν εἶναι δὲ πρὸς ἐρωτικὰς ἐπιπλάς χρῆταιται ταῖς φαρμακίαις γυναικὰς δὲ οὕτως τὸ πρότερον εἰς ὕρπον μεταβεβλήσθαι: ἐπὶ τῆς Ἡρας φασιν οἱ μύθοι, διότι φαρμακεύουσα διετέλει τὸν Δία πρὸς τῆς Ἰούης ἐρωτικῶς. ἄλλοι δὲ καθάρων ἐμμελεσιόταται φασὶ τὴν Ἰγγα, ὅς ἐντεῦθεν καὶ τῶν γλυκῶν καὶ ποθευδὸν Ἰγγα καλεῖν. Suidas in Ἰγγ. Element.* Pius conjunctim legit *Trochylis ungues*, refertque ad *Trochilum* avem (quæ et *Regaliola*; Aristoteli *πρῶστος* dicta:) sed heic (ut in seqq.) nugatur nugacissime. Salmas. *Trochus, pili, ungues*. τὸ *ungues* retinet etiam Gaulminus ad Eustath. Scimus

nos, et pilos et ungues saepius veneficiis adhibitos, magis arridet tamen haec lectio, *Trochisci, Iynges*. *Trochos* seu *Rhombo* autem *Iyngibus* signatissime adjunxit, nam et simul positos reperias in usu Magico, ut jam ex Pindari Scholiaste aliis adnotatum. Tzetzes Chiliad. xi. 380. Καὶ ἔλεν ἁλοκάρπας δὲ πρὸς ἔρωτας τὸ ζῶον Ἑκτεταμένον τοῖς πτερύσιν ἐπὶ τινὲς τροχίσκου, Καὶ συμπροστροφόμενον εἰς ἑσπρία φέροντες, τοῦτο· καρπὸς ἡνάσκει τὴν ἰσχυρὰν ἐνέρωσαν. Ejusdem usus, et fere formae fuere sphaerulae Hecaticae. Paelus in Scholiis ad Oracula Chald. Ἑσπριαὶς στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσή, μέσον Ζεφείρου περιελάουσα, διὰ ταυρείου στρεφόμενη ἑκάστου, δὲ ἑλῃς αὐτῆς ἔχουσα χαρακτηριστὴν ἢ ἐπιστρέφοντες ἐκποιεῖτο τὰς ἐπιλήσεις, καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰσθασιν ἰσχυρὰς, εἶτε σφαιρικὰς εἶχον, εἶτε τρήκωνας, εἶτε καὶ ὅτι σχῆμα. ἃ δὲ δοσοῦντες, τοὺς ἀσκήτους ἢ κτηνάδεις ἐξοφάντων ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἄρα μαστίζοντες. *Tanias* quae sequuntur haec, sat notae: cui minus, Casaubonum adeat. Versiculus quartus non controvertitur, in quinto sudatur maxime. *Pric*. *Trochisci* firmatur auctoritate Ms. Florent. unius, nam in altero est *trochiliaci*, itemque *Pithecani*, in quo *trochiliaci*: neque est emendatio virorum doctorum, ut putabat Salm. l. c. sed constanter id habent non tantum Gent. et *Pric*. sed Edd. ante Vulc. sec. et tert. In his enim conjectura Casauboni *trochiliaci* (probata ab altero Florent.) expressa est. Imo *trochiliaci* carere analogia ait Salm. reponens *trochi, pili*: quod si sit, scribendum utique, e Mistorum vestigiis, *trochisci*, ejectione τῷ *pili* obversum, ut fecerunt Elm. Scriv. Flor. Isid. Orig. iv. 9. de remediis et medicaminibus: 'Trochiscos dictus, quia in modum rotulae deformatur, τρήχος enim Gr. rota dicitur.' Videtur vero a diminutivo Graeco aliud diminutivum fecisse Lævinus: nam *trochiliaci* neutiquam mutandum puto. Quod

enim in textu hujus Ed. editum est, *trochiliaci*, id invito me factum. Fateor tamen Scaligeri commentum *trochi, pili* non parum verisimilitudinis acquirere e scriptura Ms. D'Orv. *trochilli*. Delin in *ungues* consentiunt cuncti Mss. et Edd. vett. At Scaligeri conjecturam *iynges* sequentes editores libentius amplexi sunt, quia celebratissimam in re Magica avicennam egre omissam forebant. At minime omisa fuit: vid. seqq. *Ungues* sacro oleo aut chrismate delibutos in re magica memorat Salsaber. Polycrat. ii. 27. cit. infra ab Elmenh. ad p. 475. et de *unguibus* magico usu vide Plin. H. N. xxviii. 7. Acute observat Salm. primo poetam possuisse τὰ ἑρπυχα vs. 3. tum τὰ φυνὰ vs. 4. postremo τὰ ζῶα vs. 5. et 6. J. B.

. *Aurea illices*] Plus *Aurea Iynges*. Scaliger, *Auriplices, bitortila*: quem vide ad Append. Virgilianam, Plum autem, si tibi tanti, Annot. post. c. 198. ubi versiculos hos omnes explicare conatur. Colv. Flor. *auri illices bicodulae*. Rom. a. *bichordulae*. Elmenh. Plus, *Aurea, Iynges, trychia, cordyla*, designans pisces quosdam nimis infelicitur. Scaliger ad Virgil. Cyrin, (quem sequutus est Delecampius) *Auriplices bitortila*. *Auriplices* refert autem ad sigilla Magica quaedam, in Glossis *Ipsiplices*, apud Festum *Ipsullices* perperam appellata. Gaulminns retinet vulgat. *Aurea illices*. 'Tanias (inquit) radicales,' &c. amoris *illices* vocat, quia eum conciliant. *Auricas* dixit, ut et alli χρυσῶν ἔρωτος μανίας. Casaubonus versiculum hunc (qui vulgo quintas) ponit quarto loco, refertque ad *Tanias* illas quae claudunt ὀρχος tertium. Scribi autem debere putat *Alterplices bicolorae*. 'Alterplices,' duplices, ut apud Festum Pompeium. 'Bicolorae,' ut 'licium varii coloris' apud Petronium. Salmasius ad Pall. Tertull. (omnium novissimus) *Auriplices* legit. *Plices* tabellas vocat,

quas *πυχὰς* Græci: alibi tamen (Not. ad Solin.) alla, atque ex membranis vett. scribendum omnino censet, *Sauri*, *illicet bicodula*. *Saurus* (retenta Græca voce) *Lacertos* vocat, quos etiam memorat Theocrit. *φαρμακιστρ*. *Illices bicodulas* ait *Iunges* esse, id est *σεισωρυίδες*, dictas *bicodulas*, quod eandas vibrando duplicent: sic serpentes 'bilingues' dictos a linguæ spisso motu, et apud Hesychium *τὰ δάρα δῖπλᾶ*, nempe a tremula vibratione. *Pric*. In Ms. Fux. viderat quoque Salm. *enrculis aure*: unde verissime eum emendasse puto *Sauri*, *illices bicodula*. *Sauri* exstat diserte in Mss. Florent. nisi quod *s* littera male priori voci juncta sit, et *illices bicodula* in Mss. Pith. D'Orv. sed in Pith. *bicodila*. *Illices bicodula* ipsæ sunt *Iunges*, quas propterea supra vs. 3. inter *ἐχρυα* intrudere non debuerant VV. DD. Negant alii *σεισωρυίδα* et *Iunges* eandem esse avem. V. Burm. ad Anthol. Lat. lib. v. Ep. 69. p. 354. J. B.

*Hinnientum dulced.*] *Hinnientum* scribi iusseramus, ob metrum: nam primus pes est spondæus trium syllabarum cum *συνήθως*. *Casaub.* Salmas. fusissime ad Solin. p. 939. et seqq. *Pric*.

*Verisimilius conflixisses*] Ita hæc periodus tota concipienda, non ut in vulgatis libris. *Casaub.* In quibus major distinctio ponebatur post *conflixisses*, et omittebatur parentheses signum. J. B.

*PLo. 457 Nihil adjutare*] Rom. Ven. Ald. Bas. l. *nihil adjutars*. Placebat Lipsio, *nihil adnutare*. Et si, inquit, adversarius meus mihi concedere, hoc ita esse, videatur; rationem tamen meam promam. *Colo*. Legebatur, *quamquam videatur*, fecimus, *quare autem*, melius, opinor, et verius, quam docti viri quibus placet, *nihil adnutare*. Sic in *ἀπολόγῳ* hujus sermonis, 'Dixi cur non arbitrer quidnam,' &c. *Casaub.* L. *quam cur v. n. a. d. unde*

*s. c.* *Piscis ad magiam*, inquit, nihil facit. Quod quia affirmo, ne vel hinc magum me suspicemini, dicam, cur mihi ita videatur, et unde conjecturam illam habeam. Hanc esse mentem loci patet ex seqq. et ex ipsa denique ejus narrationis conclusione *Dixi cur non, &c. adjuvare*. Si viri magni hoc vidissent, non tam ineptam interpretationem hic essent commenti. *Acidal.* Quod vehementer probō. *Scip. Gent.* V. C. *ad magiam nihil quicquam videtur adjutare*. Dicam unde id conjectem. Woverius. Flor. *quamquam v. mihi adjutare*. Elmenh. Locus a pluribus ventilatus: legitur in quibusdam *quamquam videatur*, &c. melius *Acidallus*, *Quam quur vid. &c.* *τὸ id enim quod sequitur, παραδει, ut et alibi*. *Pric*. Ante Colv. eadum legitur *quamquam vid. mihi* ut exstat in Mss. plerisque. Quæ cum nullum darent sensum, emendavit Colv. quem secutus est Florid. Sed Vulc. eumque secuti Wow. et Elm. pro *quamquam* reposnere *quod autem, τὸ nihil retinentes cum reliquis post Colv.* *Casaubonum* denique secuti sunt *Scip. Gent.* et *Pric*. Lipsius atque minimè audiendus est, nam handquaquam adversarius adnutabat, nihil pisces facere ad magiam. Infra: 'Credamus *Æmiliano* solere pisces etiam ad magicas potestates adjuvare.' *Acidalii* emendatio nimis contorta videtur. Sed præplacet mihi lectio *Mati Fulv.* quam, forsā ex Ms. Fux. margini adlevit Salm. itemque alius *Vir Doctus: ceterum ad Magiam nihil quicquam vid. mihi adjutare*. *Dicam, &c.* Sed tam necessario legendum *videtur*, ut legitur revera in Mss. *Fulv. D'Orv.* et *Ed. Junt. post*. Ipsa tamen hæc variatio possit facere ut quis eo magis *τὸ quamquam* retinendam censeat. v. Oud. ad Flor. N. i. init. In *nihil consentiant* Mss. et *Edd. vett.* *Videtur mihi* est, quod infra dixit, *cur... arbitrer*. Quid sibi velit *Scriv. quamquam videatur nihil adjutare* non capio:

nisi alit operarum vitium. J. B.

*Pythagoram Zoroastri sectatorem*] Imo *Auditorem*. Florid. iv. 'Sunt qui Pythagoram aiunt eo temporis inter captivos Cambysæ Regis Ægyptum quem adveheretur, doctores habuisse Persarum Magos, ut præcipue Zoroastrem, omnis divini arcani Antistitem.' Sed turbat temporis ratio, enim Pythagoras recentior multo. *Zarada* tamen Pythagoræ præceptoris meminit Pintarchus in *περί τῆς ἐν Τυμολίῳ ψυχολογίας*. qui an idem cum Malchi *Zabrato*, et *Nezarato* Clementia Alexandrini, vide apud incomparabilem Seldenum nostrum in de Diis Syris, Syntag. ii. cap. 1. *Pric*.

*It. sua, quam subsicivam Græciam*] *Græcia subsiciva*, est Græcia altera et secunda: sic apud Arnobium lib. v. 'subsicivæ laudes' sunt laudes secundariæ. *Casaub.* Scribe ex eodem libro, *It. tibi quam subs.* Wower. In veteri Cod. legi aiunt, *Italia, tibi quam*, &c. quod pro illorum opinione est, qui Pythagoram advenam in Italia dicunt. Contra Appuleius hic innuit, quum ait, *sua*. Scip. Gent. 'Græcia exotica' Plauto in *Menechm.* *Pric.* Pro *sua* Elm. rescriptit *sibi* e *Ms.* Fulv. eiqne adsenam præbuit Florid. Non ego. *Italia sua*, i. e. quam tantopere dilexit; quæ ejus quasi propria est; quam exornavit privatim et publice præstantissimis et institutis et artibus; quam 'subsicivam Græciam,' quasi partem subsectam celebri illi Græciæ, proindeque similem Græciæ, atque alteram Græciam, reddiderat. J. B.

*A quibusdam piscatoribus verriculum trahi, fortunam jactus ejus emissæ*] Valerius lib. iv. cap. 1. 'A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam jactum emerat.' Gloss. et Onomast. 'Verriculum, *Ζεῦλον*.' *Pric.*

*Jussisse illico pisces qui capti tenebantur, solvi retibus et reddi profundo*] Fusius rem narrat Plutarchus Sym-

pos. viii. 8. et Tract. *Ἡὸς ἐν τῷ δὲ ἐξόπῳ*, &c. Similem (ut Arnob. vocat) humanitatem, Plutarch. *χρηστὴν ἐλεγγέτιαν*, in Xenocrate Elianus memorat, Var. xiii. 31. *Idem*.

*Quos acilicet e. d. m. amissurum n. f.*] Scribam, *Quos scire licet cum de manibus missurum non fuisse*. *Casaubonus*. Vulgo *quos scire licet*. *Elmenhorstius*. Piget dicere adeo elegantem *κῶρον* a viro maximo sollicitatam, utique cum eandem vim habeat quam illius *τὸ scire licet*. *Pricæus*. Male *Cas. scire licet* et *de manibus missurum*. Supissime in Appuleio acilicet eodem modo: et *amittere* omnis antiquitas ait pro 'dimittere.' *Vir Doct. in marg. Ed. Casaub.* Sed infinitivus non pendet a *τῷ acilicet*, sed a verbo subaudito, *aito*, *credo*, aut *conjecto*, e superioribus nempe, 'unde id conjectem.' Certe *Casauboni* inventum contra *Mas.* non amplecti debuerant *Scal.* et *Wow.* Neque etiam, aut hic cum *Casaubono*, quem tacite seqq. præter *Gentil.* et *Pric.* secuti sunt, aut cum *Bentleio* apud *Terent.* *And.* v. 3. 27. et *Phorm.* iv. 3. 70. pro *amittere* reponam simplex *mittere*. Quod enim ad *Terentium*: non nego, *amitti* propriis dici uxorem, quæ domum jam ducta est, quia *amittere* rem non videntur, quorum ea propria non fuit; *mitti* vero, quæ nondum ducta est. Sed *amittere*, ut hic apud *Appul.* ita et apud *Terent.* valet *dimittere*. Vide *Parei Lexic. Plant. Borm.* ad *Phædr.* i. 13. 10. *Oudend.* ad *Lucan.* iii. 46. et *Pricæum* ad *Met.* lib. vi. pag. 265. b. in *Append. Appul. J. B. De manibus amissurum*] *Miles.* vi. 'De manibus emissas offulam.' Et viii. 'Prædam mediis manibus amittimus.' *Cæsar Bello Civil.* i. 'Hostem ex manibus dimitti.' *Idem* vi. *Gall.* 'Prædam ex manibus dimitterent.' Et alibi: 'Fortunam tantam ex manibus dimittant.' *Pric.*

PAG. 458 *Τοια ἄνδρ θυράνη*] Non fuit difficile locum satis aperte ab

Auctore indicatum, ex posita prom-  
tum apponere. Est 'Οδυσσ. δ. Ca-  
saub. Cum de quadam saga ad hunc  
modum memoravit: Πρεσβυτέρη δὲ θύ-  
γαρ' εἶχε ξαυθὴν Ἀγαμέδην, ἥ τόσα  
φάρμακα βῆθη ὅσα τρέφει εὐρεία χθών.  
Itemque carminum similiter: Ἀβρία'  
ἔρ' εἰς ὄνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔκρινον,  
&c.] Sic v. c. in quo et decem alii  
versus perscripti sunt, qui 'Οδ. δ. le-  
gantur sicut priores duo Il. A. Sciopp.  
in Symb. Aptiores versus explendæ  
huic lacunæ censebat Ful. Ursinus,  
qui extant Iliad. A. Πρεσβυτέρη δὲ  
θύγαρ' εἶχε ξαυθὴν Ἀγαμέδην, ἥ τόσα  
φάρμακα βῆθη ὅσα τρέφει εὐρεία χθών.  
Wower. Homerus Odys. δ. et κ.  
Fulvius alios versus hic substituit,  
quos vide apud Wowerium. Elmenh.  
Quod Sciopp. versus illos citat quasi  
e vet. cod. id intelligendum videtur  
de conjectura Fulvii. In Mss. et  
Edd. ante Casaub. Græca non com-  
parent: sed vere eum cum seqq. la-  
cenam explesse, docent exempla,  
quæ subdit Appuleius, ex iisdem  
Odysseis libris A. et K. petita. J. B.  
'Ὅς ἄρα πανήσας] Et hic asterisci  
erant pro Homeri verbis, quæ ex  
Odys. κ. restitimus: certum enim  
non alium locum ab ipso Auctore  
olim appositum. Similem nuper me-  
dicinam similiter affecto Symmachi  
loco faciebamus: ita enim vulgo le-  
gitur Epist. 101. lib. xi. 'Ut plane  
Homeri . . . . relatione usus . . . .  
id est æquimanum te esse pronun-  
ciem,' scribendum, ut plane *Homericæ*  
*relatione usus περὶδέξιοι id est æquim. te*  
*pron.* Casaub.

*Nec Proteus faciem]* Non dicit πρόσω-  
πον, sed totius corporis speciem: vide  
A. Gellium lib. xiiii. c. 28. sic de Deo  
Socr. 'omnem humani animi faciem  
pati' quod et in Augustini de Civi-  
tate Dei legere memini, ut alia multa  
hujus scriptoris. Idem significat dic-  
tio *iustar*. Florid. lib. ii. ex vulgata  
divisione: 'Psittacus Indis avis est:  
iustar illi minimo minus quam colum-

barum: sed nec color ei' (male vulgo  
colorum) 'columbarum': ita legi et  
interpungi locus ille debet: neque  
quicquam deest quod falso quidam  
sunt arbitrati. *Iustar* est ὅψις, spe-  
cies: sic apud Virgil. 'quantum ius-  
tar in ipso.' Valer. Maxim. 'ha-  
bere iustar arcis.' Gloss. vett. 'In-  
star, similitudo, ὁμοίωμα, ἐκτενόνισμα.'  
In eodem libro postea scriptum *Ius-  
ter, ἴσος, συνήθεια, τόπος, τρόπος*. ubi  
legi debet *Istar*, quod valet *iustar*.  
sic mox 'istita:' pro 'instita:' multa  
enim male lecta, male scribit Græcus  
ille magister longe doctissimus. Por-  
ro Homeri locus est 'Οδυσσ. δ. In  
eodem poemate omnia habet, quorum  
hic fit mentio: præter cingulum Vene-  
ris, de quo sic maximus vatium Iliad.  
ξ. Ἥ καὶ ἀπὸ στήθεσφι ἐλθέσσω κορ-  
τὸν ἡμᾶντα Πουίλιον ἔνθα δὲ οἱ θελητή-  
ρια πάντα τέτυκτο. Casaub. *Faciem*  
de toto corpore dici, monitum quo-  
que ad Metam. v. Ind. Not. J. B.

*Ulixes scroblem]* Odys. A. Colv.  
Vide Beroaldi annot. in Appuleium  
fol. 71. Elmenh. *Ulixes* bene Ms.  
D'Orv. Adi Ind. Not. J. B. *Uly-  
ses Scroblem]* Miles. i. 'Devotionibus  
sepulchralibus in scroblem procura-  
tis.' Lycophron, Πυχναῖσι θερμὸν αἶμα  
προσρῖνας βόθρῳ. Ovid. Metam. vii.  
Horat. Sat. i. 8. Silius Ital. lib.  
xiii. Theodoret. θεράν. Serm. viiii.  
Justin. Martyr. Apolog. ii. Philo-  
trat. de vit. Apollonii. iv. 6. Enseb.  
in Hieroclem. Nicephor. ad Synes.  
περὶ ἐννῶν. Omnium accuratissime  
Heliodor. lib. vi. Pric.

PAG. 469 *Carminum vector* . . . noc-  
tium *conscia]* Ut scribendum noctium  
*conscia*; quæro sitne pariter verum,  
*Mercurius carminis inventor*: persua-  
debo puto his, qui memores erunt  
Mercurium bubulcum fistulas inflas-  
se, compogisse, ac demum Apollini  
cessisse pro virga aurea, teste Apol-  
odoro lib. iii. Quæ superant, ea  
interpretabitur nobis Virg. iv. Æn.  
'Tercentum tonat ore deos, Erebam-

que Chaosque, Tergemisanque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Sparserat et latices simulatos fontis Averni, Falcebus et messæ ad Lunam quæruuntur ahenis.' *Stæpoch.* Fulvius animarum vector, forte manium. Sciopp. in *Symb. Animarum ductor*. Alii legunt *carminum inventor*: minus apte ad hanc rem. Al. *vector*. Quid si *animarum evocator*? Virg. iv. *Æn.* 'Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco:' tametsi Petron. p. 107. 'Mercurius, qui animas ducere et reducere solet.' Horat. ii. O. 18. 'Satelles orci callidum Promethea revexit.' Lib. i. O. 24. 'Quam virga semel horrida,' &c. O. 10. 'Tu piæ lætis animas,' &c. *Acidal.* *Carminum vector*. Quasi cantamina, ut nuncios et alatus, subveheret. Veram tamen lectionem existimam: *Mercurius animarum vector*. Wowerius. *Animarum* legunt Fulvius et Joann. Wower. *Manium* Scioppius. Utrumque probum. *Brant.* Scaliger et Fulvius *animarum v.* bene. Laërtius in Pythagora l. viii. τὸν δὲ Ἐρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο πομπὰς λέγεσθαι. *Elmenh.* Locus varie interpolatus. Scripserim *Animarum vector*, aut *Animarum evocator*. Tertull. de Anima cap. 53. 'Tunc exultat aut trepidat, prout paraturam deversorii sui sentit de ipsius statim Angeli facie, evocatoris animarum, Mercurii poetarum.' *Pric.* Groslet. in marginus recedens a vulgata et scripta lectione, *carminum auctor*. *Animarum vector* in mentem quoque venit Lindenbrogio, probante V. D. in Obs. Misc. vol. ii. p. 188. monente, *manium vector* admitti non posse ob statim sequens 'manium potens.' Sed conjecturis indulgendum non esse arbitratur alius ibid. V. D. qui 'Mercurium carminum vectorem' explicat, 'qui advehit et appeditat carmina,' magica scil. et ex Valer. Flacco l. 737. ostendit Mercurium in magicis sacris invocatum fuisse: cui

sententiæ accedo, ob Mistorum consensum. *Vehere* eo sensu dixit Horat. lib. iii. O. 29. vs. 47. 'Quod fugiens semel hora vexit,' i. e. advexit, supeditavit: neque obstat quod contrario plane sensu, pro anferre, usurpat Noster Met. lib. iii. p. 229. ubi v. Ratio est, quod simplex frequenter ponitur pro composito: atque adeo *vehere*, nunc pro *advehere*, nunc pro *avehere* usurpat. *J. B. Noctium conscia*] Scilicet libidinum fœdarum testis. Juvenal. Sat. vi. vs. 309. ubi impuratas bestias exagitat: 'Inque vices equitant, et Luna teste moventur.' *Elmenh.* *Illex animi Venus, et Luna noctium conscia, et Manium potens Trivia*] Diversis nominibus hiæc intellige idem Numen: Lunam nempe, 'Deorum Dearumque illam uniformem faciem, cujus Numen unicum multiformi specie, vario ritu, nomine multijngo totus veneratur orbis.' Verba sunt Authoris Milesia xi. Lunam autem præfuisse τοῖς ἐρωτικοῖς, Magorumque Venerem fuisse, doctissime Seldenus monstrat jam laudati operis Syntag. i. cap. 2. Videsis et προλεγόμενα ejus de ista παλαιότητι, quam a Magis eo ostendit usurpatam, ut virtutis carminibus plus esset, et facilius venia. *Pric.* Et *Luna noctium conscia*] Id est, libidinum et dalcium furtorum, quæ nocti plerumque committuntur, unde 'noctes emere' vel 'pacisci.' Propertius: 'Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras, Ipse amor adcensas concutit ante faces.' Adde prologum Plautinæ Mercatoris, ubi amatores ait nocti et Lunæ suas miseras narrare. Appuleius igitur Lunam 'consciam' dixit, Propertius 'ministram,' Plautus 'quasi conallariam,' Cicero 'sociam,' Philipp. ii. 'Cum tamen tu nocte socia, hortante libidine.' Lunam enim intelligit. *Scip. Gent.*

Et *Portuno et omni ch. Ner.*] Ita edidi ex Ms. D'Orv. Vulgo erat, et *Portunus cum omni ch. Ner.* Ms. Pith.

et Portunum et nuni ch. N. Ceterum observa, Neptunum hic bene distinguui a Portuno, quem eundem esse ac Neptunum, cum Florido censebat Oudend. ad Met. lib. iv. p. 308. a. Sæpe eos confundi non nego: sed ibi tamen Portunus idem videtur ac Palæmon. Nam Neptunum ipsum in comitatu Veneris fuisse probabile non est, et tum primo loco eum nominasset Auctor, ut h. l. Neque obstat quod enim describit App. 'barba cærulea hispidum:' est enim ille solemnus omnibus Diis marinis habitus, neque, quod scio, Palæmon semper ut puer describitur. Apud Virgil. certe Æn. lib. v. vs. 241. est, 'Pater ipse manu magna Portunus euntem Impulit,' ubi omnino vide omnium Virgilianorum interpretum principem, Heynium. J. B. *Neptunus cum Salacia, et Portunus cum omni choro Nereidum*] Philostrat. Heroic. Ποσειδῶν τε αἰφύς, καὶ Ἀμφιπύγη, Νηρηίδες τε ζώνουσαι. Salacia uxor Neptuni. D. Augustin. vii. de Civit. &c. 'Jam utique habeat Salaciam uxorem Neptunus.' Nec aliud quam mare. Miles. iv. 'Gravis piscesio sion salacia.' Gloss. 'Salacia, Ἀμφιπύγη.' Varro D. L. L. lib. iv. hoc nomine notat maris recessum. Pric.

Pag. 460 *Perfessor*] Parietum nempe: sed ita ἀπλῶς Τοιχωρέχος, perfessor. Affines his τρυχωρέχοι, qui et νεκρορέχται dicuntur, ut apud Phlegontem. Casaub. Qui rectem perfessor] Festus, 'vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt, furandi gratia.' Optatus (quem corrige) contra Donat. lib. ii. 'Divinum opus malitiæ vectibus destruentes:' vulg. *militiæ*. Gloss. 'Vectis, Μοχλὸς σιδηροῦς.' Idem et 'Laberna.' Glom. Isid. 'Laberna, ferramentum latronum, grassatorum, vel furum.' Pric.

*Sicarius*] Glossæ Nomicæ, Σικῆριος, ἀνδροφόνος· παρὰ τὴν σίκαν, ἥ ἐστι σιθρὰ μάχαιρα. Et quidem satis con-

stat de *Sica*: at vero de *Cicra*, quam alim Glossæ ἀνδρὶς ἀσπυρῆς vocant, adeo in promptu res non est ut ne querendum sit. Idem.

*Aliquid aliqua*] Margarit. poet. ad aliqua. Sed Plautus Milite: 'Antevenite aliqua alior.' Colo. Lucillius Sat. lib. xxvi. 'Evadat saltem aliquid aliqua quod conatus sum.' Pric. Ms. D'Orr. aliqua. Aliqua, i. e. aliqua ratione. Plant. Merc. ii. 2. extr. 'Ne ad illam me animum adiecisse aliqua sentiat!' et alibi. Id. Plant. jungit Epid. iii. 1. 10. 'Verum aliquid, aliqua, aliquo modo, Alicunde, ab aliqui, aliqua tibi spes est, fore mecum fortunam.' Vulc. pro aliquid adscripsit *alicui*, non male: sed *alicuius*, a, id, haud raro abundat. J. B.

*Nequiores*] F. *sequiores*. Brantius. Met. lib. x. p. 700. 'servi nequiores mi atque molieris nequioris.' Plant. Bacch. iv. 3. 5. 'nequior nemo est.' cf. Most. i. 2. 32. Men. ii. 3. 79. J. B.

*Menelai socias*] Error memorie. Ulixi fuerunt. Vide Odys. μ. Athenæum lib. i. Meminit quoque Plutarchus l. de Iside et Osiride. Colo. Qui Appuleium commisisse hic ἀμάρτημα μνημονικὸν notant, et rejiciant nos ad Odys. μ. ii vero falluntur, et cujus peccati alium insinuant, ejusdem se, ἀπαράδοι νόμοι, obligant. Locus est Odys. 8. ubi poeta Menelaum in hæc verba loquentem facit: Νῆσος· ἔπειτα τίς ἐστι πολυκλύστη ἐνὶ πόντῳ, Αἰγύπτου προπάροιθε θάρω δὲ ἀπικλήσκουσι. et mox de suis sociis: Αἰεὶ γὰρ παρὶ νῆσον ἐλόμενοι ἰχθυόσασκεν Γναμπετοῖς ἀγκίστροισιν· ἔπειτα δὲ γαστέρα λιμός. Casaub. Male hoc loco Colvius Appuleio attribuit μνημονικὸν ἀμάρτημα, a quo eum recte liberat Casaubonus, quem vide. Etmenh.

*Famem propulsasse*] Veter. edit. famem propulso esse. Unde conjecimus, famem propulsum esse. Sed propulso esse, pro propulsi, forte eo genere loquendi dictum, quod notavimus su-

pra ad l. III. de Asino aur. *Colo.* Pa-  
to veram lectionem primæ editionis  
*propulsatos esse.* *Propulso* et *propul-*  
*sor*, idem: nam antiqui verba quam  
plurima ancipiti terminatione in una  
eademque significatione protulerunt;  
quorum longum catalogum contexit  
Priscianus l. VIII. *Casaub.* Flor. *prop-*  
*pulsasse.* Colvius *propulsatum esse.* El-  
menh. Edit. princeps Rom. *propulsa-*  
*tos esse*, atque ita Appuleium scrip-  
sisse Casaubonus putat. Eo cadit  
*propulsos esse*, quod Clariss. Salmasio  
placet: sic 'crines tonsus est,' pro  
*totendit* apud Solinum: et in Glossis:  
'compilatus est, *ιστάλκων*,' pro *com-*  
*pilavit*. Tacit. Annal. XIII. 'Illusum  
*esse*' pro *Illusio*: et ibid. 'sub-  
vectm essent' pro *subverissent*. Col-  
vius legendum censuit *propulsum esse*.  
Infra: 'Pari pertinacia prohibitum  
*esse*:' item: 'Ut videretur merito  
ultum ire.' *Prio.* De Activa vi par-  
ticipii perfecti sæpe monuerunt VV.  
DD. *Adi* Oudend. ad Met. VIII. p.  
544. b. Imo, omnibus præteriti tem-  
poris participiis æque activam ac  
passivam vim adtribuit V. D. in Misc.  
Nov. Lips. vol. v. p. 1. Diss. 7. non  
tamen persuadens Oudend. ad Sueton.  
Aug. c. 21. nec Ruhnen. ad Vellei.  
Pat. II. c. 97. Peculiare quid-  
em est Nonii caput, 'de contrariis  
generibus verborum:' ubique tamen,  
et sine ullo discrimine, id auctoribus  
obtrudere velle, nimisquam audacter  
factum videatur; præsertim ubi Mss.  
aliam etiam lectionem præbent, et  
depravatæ alterius lectionis causa  
probabilis reddi potest. Scriptum  
nempe fuerat *fame*, omissa lineola,  
qua in finalis indicaretur; quemad-  
modum *fame* exstat revera in Edd.  
Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Hinc pu-  
tabat librarius hoc velle Auctorem,  
socios Mævelai fame coactos fuisse  
appellere ad insulam Pharus, *apud*  
*Pharus insulam fame propulsos esse*.  
Nam *propulsos esse* legi in Mss. testa-  
tur Salm. ad Solin. p. 38. qui id neu-

*Delph. et Var. Clas.*

quam mutandum censet; et est sane  
ita in Ms. D'Orv. et Edd. ante El-  
menh. exceptis Rom. in qua *propulsa-*  
*tos esse*, ac Junt. post. et Casauboni,  
qui cum reliquis dedit *propulsasse*.  
Hanc autem, quoniam discrete proba-  
ter auctoritate Mss. Florent. et Pith.  
veram lectionem puto. 'Propulsare  
famem' dixit quoque Cic. de Fin. IV.  
25. Notandum tamen quod est in  
Petronii Carm. de Bell. Civ. vs. 249.  
'Pax...niveos pulsata lacertos,' quod  
cum Boublierio non mutandum pntem  
in *peltata* aut *pullata*. 'Pulsare la-  
certos,' inter volandum, signum est  
festinationis, qua Pax terram relin-  
quere properat, sibi odiosam. Cæte-  
rum quemadmodum hunc locum Col-  
vius, ita alium Taciti Annal. III. 17.  
emendabat Lipsius legens *illusum esse*,  
ubi in Mss. et Edd. vet. *ill. esse*.  
J. B.

*Gulones*] Nam *gluttones*? Glossa-  
rium: 'Glutto, *ἡδυσ*.' Isidor. Orig.  
I. X. 'Glutto a gula, id est, gulosus.'  
Immo a Glutto. Idem Glossarium:  
'Glutton, *βοδύγας*.' Persius: 'Nec  
glutto sorbere salivam Mercurialem.'  
Sed *gulones* etiam dicuntur. Festus:  
'Inglavie a gula dicta: hinc et In-  
glaviosus et Glutto, et Gulo, Gumia,  
Guttur, Glutton, Gutturonus, Gurgu-  
llo.' *Colo.* Qui *impenso piaces pretio*]  
Florent. et Fulv. liber, qui *impendio*  
*piaces pretio*: male. Agellius l. III.  
cap. 17. 'Quod impenso pretio librum  
Pythagoricæ disciplinæ emisset.' Li-  
vius l. II. c. 9. 'Salis vendendi arbi-  
trium, quia impenso pretio venibat,  
ademptum privatis.' *Elmenh.* Infra:  
'Impenso pretio per piscatores que-  
sisse,' &c. Cæsar B. Gall. 4. 'Im-  
penso parat pretio.' Gellius l. III. c.  
17. 'Quod impenso pretio Librum,  
&c. emisset.' Cicer. ad Attic. XIV.  
13. 'Minusculam vero villam utique  
Quinto traditurum vel impenso pre-  
tio.' Hæc eq. plura adduxi, ut lo-  
quutionem istam minus insolentem  
probem, mutatamque a viro magno

*Apul.*

9 O



[Salmas. ad Solin. p. 1007.] haud citra noxam. Ait in vett. legi *Impendio a piscatoribus merguntur*. Ita Plinius de Coquis: 'Domini census mergunt.' Plura de verbo βαρῖσσω in hac notione affert, non inelegantis observationis, sed quæ (vereor) locum hic non habent, si perpensa. Elmenhorstius etiam (cujus ex fide membranas cum laudare puto) legi ait, non, *Qui impendio a piscatoribus merguntur*, sed, *qui impendio pisces pretio a piscatoribus merguntur*: unde recte, et minima mutatione vulgati Codd. *Qui impenso pisces pretio a piscatoribus mercantur*. Pric. Sed negliger, ut solet, Mstos laudat Elm. Nam in Fulv. *quæ pisces pretio* non reperiuntur, testibus Scioppio et Wower. in Var. Lect. nec in Florent. testa Lindenbrogio, in Excerptis: non comparent quoque in D'Orv. Plith. et Fux. (nam hæc sunt membranae, quas laudat Salm. non ex fide Elmenh. ut putabat Pric.) *Impendio a piscat. merguntur* genninam itaque lectionem putabat Salm. τῇ *mergere* contrarium *emergere* de eo, qui ad bonam frugem redit, est apud Cic. pro Cael. c. 12. et idem verbum absolute positum de eo, qui ære alieno liberatur apud eund. Catil. II. c. 10. *Mercantur* tamen est in Edd. vett. e quibus Junt. post. proxime ad veram lectionem *impendio pisces* (reliquis *impenso pisces pretio*) *a piscatoribus mercantur*: sed *quæ pisces* in nullo est Ms. Quare unice mihi placet Fulviani Cod. scriptura *qui impendio a piscatoribus mercantur*. Per se quidem proba locutio est *impenso pretio*. Vid. Popma ad loc. Cic. a Pricæo laud. Davis. ad Cæ. de B. Gall. IV. 2. Salm. I. c. sed hoc nihil ad rem, utrum magno an parvo pretio emerent, dummodo emerent, et sæpe emerent: quare nec Salmasii et ceterorum Mstorum lectio *merguntur* placet, in qua plura etiam sunt, quæ displicent. *Impendio* autem, vox Appuleiana, valet,

valde, magnopere, sedulo. Met. I. II. p. 133. 'Cum impendio excusarem, negavit veniam.' L. x. p. 686. 'impendio suadet.' Flor. N. XVIII. 'impendio delectatus:' de Deo Socr. p. 697. Ed. Flor. 'impendio mirari.' Supra p. 426. 'impendio cararet:' infra p. 504. 'impendio colere.' J. B. Gulones, *qui impenso pisces pretio a piscatoribus mercantur*] 'Gulones' vocat quos Apollonius apud Philostrat. τῇ γαστρὶ πάντα χαρίζομενος. 'Impenso pisces pretio mercari,' est quod ibidem τοὺς ἰχθύας ἀνείσθαι πλείονος ἢ τοὺς κοπῳτίας οἱ λαμπροί. passim (ut in limine dixi) exprimit Apollonium Noster. Pric.

*Acquirunt*] *Emendo, enquirunt*: composita vox ex præpositione antiqua *am* (quæ significabat, circum) et *querere*: testem habeo Festum. Idem verbum et libris superioribus Appuleio aliquoties reddendum notaveram: at loca in præsentiarum non occurrunt. Inferius hac eadem Apologia: 'eandem Græco et Latine adnitar conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere:' in vulgatis hæret *acquirere*. Revoco et apud Juvenal. id verbi Sat. XIV. 'nam quæ terraque marique Anquirenda putes, brevior via conferet illi.' Steweck. Male vulg. *acquirunt*: sic emendatum etiam a nobis infra: *In omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere*. Anquirere est cum cura et studio quid querere: verbum quod sæpius loco suo motum ab imperitis librariis. Cicero in Fato: 'In qua quid valeat id quod fieri possit anquiritur.' Magis latet in Arnobio I. VI. ubi sic legitur in Rom. Ed. 'Opem rogare suppliciter, adversisque in rebus, atque in temporibus asperis propitii numinis favore succurrere:' et Gelenius qui locum non bene habere recte arbitratus, edidit, *propitii numinis favores accurrere*. Sed eruerim etiam ibi hoc verbum, *propitii numinis favorem anquirere*. Sermo enim

omnis de hominibus, Deorum gratiam et favorem ambientibus. *Colo.* Bene inde a Colvio editum *inquirunt* cum *Miss.* Florent. In reliquis *aeq.* Vide ad Met. l. II. p. 118. b. *J. B.*

*Ut si helleborum*] Separavimus male coherentes in vulgatis lib. sententias. *Casaub.* Omnes id secuti sunt. Male. Minor distinctio rectissime ponebatur post *argue.* *Ut si*, valet, quasi si. Vid. Drakenb. ad Liv. XXII. 50. 'ut si nihil obstat.' Distinguendum plene post *emissam.* Fraudi fuit viro docto nominativus absolutus initio periodi *Alis*: de qua eleganti stili negligentia adi Ondend. ad Florid. N. XVIII. p. 87. a. Ante ut D'Orv. habet *mibi*, in quo pro *papaveris emissam* corrupte *paraverit semisse.* *J. B.*

PAG. 461 *Themison servus noster, medicus non ignarus*] Et infra 'Themison medicus.' Hoc nomen, qui magni haberi in arte medica volebant, vel omnis boni causa, olim sumebant, praesertim servi, quorum possessio illa ars, aliquin nobilissima, erat apud Romanos. Cornelius Celus lib. 1. 'Themisonis vero mulli, si perpetua, quae promittunt, habent, magis etiam quam ulli rationales sunt.' Juvenalis: 'Quot Themison aegros Autumno occiderit uno.' Eleganter D. Hieronymus talia nomina, quae sic sumuntur, 'Votiva vocabula,' adpellat. *Scip. Gent.*

*Nondum etiam invenit*] Scil. Themison, qui mihi alterum illum piscem attulit. *J. B.*

*Ejus mihi aut formam commemorent*] 'Commemorare' est 'dicere.' Serenus Sammonicus: 'Est et vis morbi quod telum commemoratur.' Supra Noster: 'De quadam saga ad hunc modum memoravit.' Gloss. 'Commemora, *φπδσρ.*' *Pric.*

*Nequiritat*] Miles. IX. 'vel si id nequirit, certe larva, vel aliquo diro numine immisso.' *Idem.* Negligenter *Pric.* citat locum Met. lib. IX. qui est huj. Ed. p. 649. et ita, *vel, si id*

*nequirit.* Et solet sic, *nequeo, nequivi*, Noster efferre hoc verbum. Scribendum itaque et hic *nequiritat* cum *Ms. Pith.* et Edd. Junt. post. Ald. cf. Met. lib. 1. p. 45. Supra p. 456. Ed. Flor. Sic Met. lib. II. p. 112. *quivi.* Sed *nequisti* est Met. lib. VII. extr. *J. B.*

*Propter infantiam*] Putabat V. D. in (marg. Fulvium h. l. legi velle *Idem*; quod probat. Verum *Infantia* propria notione hic dicitur de eo, qui fari nequit, ut non uno loco apud Ciceronem opponitur *eloquentia.* cf. Ernesti in Cl. Proprie itaque dictum non *eloqui propter infantiam.* Tannonius ille supra pag. 405. vocatur 'homo, vere ille quidem non disertissimus.' *Idem.*

*Hasitato*] Scriv. eumque secutus Florid. rescripsere *hasitans*, ut exstat in *Ms. Bemb.* et legendum esse monuit Lat. Latin. A vulgata lectione standum putavit Editor Bip. Recte. *Hasitato*, i. e. quum hasitatum esset, quum hasitasset. Vide de hac constructione quos citat Drakenb. ad Sil. lib. XIV. vs. 97. add. Cort. ad Sallust. Hist. v. Virg. *Aen.* I. vs. 737. 'Primaque, libato, summo tenuis attigit ore.' Vell. Pat. III. c. 107. 'Impetrato, ut manum contingeret.' Amm. Marc. XIX. 11. 'audito, quod staret adhuc Imp.' In primis familiaris est haec constructio Septimio de Bello Troj. lib. II. 28. 'Chryses, cognito filiam suam,' &c. cf. III. 5. VI. 3. et 15. ib. III. 4. 'edicto, uti omnis miles in armis esset.' IV. 6. 'Ajax lacessit regem, praedicto prius Ulixi et Idomeneo, a ceteris uti se defenderent.' cf. VI. 2. ib. V. 11. 'ad muros movent, praenunciato Trojanis.' VI. 3. 'conspirato inter se.' VI. 15. 'credito, Telegonum adventare.' Loquendi ratio Graecis quoque haud infrequens est. V. Matthia Gramm. Gr. § 663. *Idem.*

*Virile marinum*] Cave putes, rã virile marinum esse verba Tannonii, et

eam quam ridet Appaleius circumlocutionem, quam non est ab eo posita. Sic autem ipse vocat piscem, quem mox uno nomine veretillum appellandum esse docet: sic enim malo, quam veretillum scribere. Græci αἰόλον θαλάττιον. Epicharmus apud Athenæum l. iii. 'Ἐστὶ δ' ἀστακὸς καλέσθαι καὶ ἔχουσαι ποδία μικρά, sequitur paucis interjectis interpretatio ejus loci, καλέσθαι δ' εἴρηκεν Ἐπίχαρμος ἐν τοῖς προειρημένους, ὅς τις Νίκαυρος φησὶ, τὸ θαλάττιον αἰόλον. Casaub. Ms. D'Orv. virilem. J. B.

*Femina]* Pith. *feminam*. Pius Annot. post. c. 198. intelligit valvas, qui pisces sunt forma hand dissimiles genitalis muliebris: quorum in Epist. lib. i. meminit Plinius. *Idem*.

*Interfeminium]* Onomast. vet. 'Interfeminium, τὸ γυναικείον.' An et ita in Glossario legend.? ubi vulg. 'Μεσομήριον, Interfemur.' Pric. *Interfeminium legat, et femoris objectu, et palmæ velamento]* Prorsus ut in isto signo Arundelliano. [Sequitur in Ed. Pric. effigies Veneris. V. Ovid. Art. Am. ii. 614. et ibi Burm. Bayer. in Mon. Petropol. de Venere Coa. J. B.] cujus schematis etiam expressionem videre esset in Milesis, si liceret per caliginem spissam illam corruptorum Codicum: legitur, 'Glabellum feminal rosea palmula obumbrans de industria, quam tegens verecundia.' Editt. Rom. et Ald. *Glabellum feminal vel. rosea palmula obumbrans, &c.* Codex Ms. meus, *G. f. vel3. ros. pal. &c.* quæ certe scriptio proxime a vero abest: lege ex compendii vestigiis, *velamento rosea palmula*. Miles. 11. 'velamentum naturale' vocat. Pric.

*At ego illi]* Fallit Cl. Savaro, dum heic Iunni Æmilianum putat. Causas is nunquam egit, 'homo agrestis et barbarus; vir ultra Virgilianos opillones et bubsequas rusticanus:' ut quidem passim indigitat eum App. noster. τὸ illi refer ad Tannonium, de quo superius. *Idem*. Male exsulat

et a D'Orv. in quo exprobrarim: et mox dicta pro dictu. J. B.

*Sordide blatteret]* Quia virile maritum mala ac sordida circumlocatione nominaverat. *Idem*.

*Fringultat]* Hinc notemus, quid Fringultire, et ex Apol. ii. 'Audisti Maxime paulo ante privignum meum fratrem Pontiani, disertum juvenis, vix singulas syllabas fringultientem.' Quocirca etiam rescribamus in Sidon. Apoll. Epist. 10. lib. viii. 'Neque enim valuisse aliquem in commune consulere; nisi, iudici sui faciens plebs lenita jacturam, sacerdotali se potius iudicio subdidisset, presbyterorum sane paucis angulatum fringultientibus; porro autem palam ne mussitantibus quidem:' nam vulgatum male, *angulatum fringultientibus*. Colv. Cf. Pric. et Gent. infra ad p. 687. Ed. Flor. Pith. *fringultitiat*. J. B.

*Obmutescat]* Ut qui, feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugere debuit, unde honestam locutionem depromeret. *Idem*.

*De Ven. statua nihil d.]* Ne sibi repugnare videatur, lego, *de V. st. nonnihil d.* Roald. Male. In libro illo scripserat quendam de Veneris statua, et ea occasione verba illa adhibuerat, supra citata: jam, inquit, si ego de Veneris statua *nihil* dixissem, atque adeo *interfeminium* non nominassem, accusare me non potuisses, propter infantiam tuam. J. B.

*Quibus tandem verbis accusasses crimen illud, &c.]* Non aliud est hoc crimen quam balbuties illa: quod eo moneo, ut ne prima facie impingant alii itidem ut ego feci, dum hoc crimen nimis longinque investigarem. Cur autem Naturæ vitium appellat crimen? puto, quod cum præ infantia adeo inepte blatteret, eloquentiam non timuit profiteri, et Patronum agere. Pric.

*Fortassean]* Vulg. *fortasse an*. Dic-

tionem hanc primus eruit Maximus Astreus antistes J. Cujacius Observ. lib. ix, cap. 10. ubi pluscula illi e Tertulliano, quæ etiam nos notaveramus ad hunc locum, aliisque probis auctoribus collecta exempla. Censeo etiam legendum apud Senecam Ep. xxix. 'Vitia ejus etiamsi non excidero, inhibebo. Non desinent: sed intermittunt fortasse an, et desinent: cum editum sit ubique, fortasse autem. Colvius. Et fortasse an peracute. Ita V. C. Sciopp. in Symb. Malim *Hæc f. peracuter*. v. v. *At quasiæ, &c.* Acidal. *Peracute* rectissime scribitur in Edd. Rom. Cas. Gent. Pric. et Mss. Fulv. Pith. D'Orv. In reliquis *præacute*. *Peracute*, i. e. acutissime: *præacutum* est, quod præminentem aciem habet; ut 'spatham præcutam mucrone infesto' Met. lib. i. pag. 20. 'præcutas præminentes silices' lib. vi. p. 432. 'sudes præcutas' lib. viii. p. 553. 'gelu præcuta frusta' lib. ix. p. 654. Sed et hoc possis explicare valde acutum, ut 'novaculam præcutam' Met. lib. v. p. 356. quemadmodum *præ* æque ac *per* intendendi vim habet, apud Nostrum sæpe. v. Ind. Quare si Mss. addicerent, non damnamus *præacute*. J. B.

*Veretillum*] Glossæ et Onomast. vet. 'Veretrum, Ἀλδοῖον.' Glossæ Arabico-Lat. 'Veretrum, portum orinum.' Legerim tantisper *porcum marinum*. V. in voce Ἀλεσούριος Etymologum. Isid. Orig. lib. xi. cap. 1. *Pric.*

*Virginal*] Bas. 1. *viaginal*. Virginal, pars illa corporis in virginibus, qua femine habentur. Prudentius: 'Intactum ab omni crimine virginal.' Solinus Memorab. cap. iv. 'Feminis perinde est infausta natiuitas, si conseruat feminal fuerit.' B. Augustinus lib. xxii. c. 8. de Civ. Dei: 'Non credunt hoc, qui etiam Dominum Jesum per integra virginalia matris enixum, et ad discipulos suos

ostis clausis ingressum fuisse non credunt.' A similitudine partis ejusdem corporis feminini etiam Vulvula, piscium genus apud Plin. lib. i. Epist. et *μύρρα χερσίδωρος* apud Eubulum Nutricibus, citante Athenæo lib. vii. Deipnosophist. *Coke, Virginal*] Idem in Gloss. 'Virginal, membra virginis in quo habitat:' fors. V. *membrana, virginitas in qua habitat*. Omnino altera lectio nil expedit. *Pric.*

*Eliciendo mortuos*] Expressit voce aptissima vim eam quam passim Magicis carminibus tributam videas. Neque alio putem ferenda quam in Glossis lego, 'Elicuit, Ἐξελθόντο.' 'Eliciena, Ἐξελθόντος.' *Elicia* hæc *ψυχάρυλλας* vocat Max. Tyrius Dissert. xiii. Justin. Mart. Apolog. ii. *ψυχῶν κλήρες*. Miles. i. Noster, 'Mannum sublimationes.' *Idem.*

*Marina calvaria*] Scilicet propter *δυναμίδα* terrenæ, quæ in maleficio frequens. Miles. iii. Noster (officinam feralem deformans,) 'Heic nares et digiti, illic carnosæ clavi penduntium: alibi trucidatorum servatus cror, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria.' Petronius de saga vetula: 'Pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita, et sincipitis vetustissima pars mille plagis dolata.' Joannes Sarianburiensis, ubi de maleficiis Juliani lib. i. cap. 21. 'In Caris aperto templo, quod usque ad reditum suum clausum esse præceperat, inventa est mulier capillis appensa, manus extensas habens, aperto utero: in ejus jecore eventum belli Persici fuerat speculatur. In Antiochia quoque arces in Palatio plurimas humanis capitibus plenas invenerunt.' *Humana capita* ista non alia quam *calvaria* puto. *Idem. Nugas marinas, et quisquilias littorales*] Puta, *Conchiliorum reduvias*, ut apud Solinum. *Muricum, ostrearumque fragmenta*, ut apud Melam; *ψυκτα* nã

βρία, ἐμβαλλόμενα εἰς τοὺς ἀγυαλοὺς, καὶ εἰς τὰς φάμους, ἔσθοντα πάντα, καὶ οὕτῳ ὀνομαζόμενα. Ita eas in Epistolis designat Julianus. *Idem.*

*Nugas marinas et quisquillas littorales*] Joannes Passeratius, præfat. in Propertium, sic legi debere ait, ubi pessime nunc legitur, inquit, *qui acyl-las*. Vide elegantissimi viri locum illum, in quo hunc illustrat ad probandum, naturæ solertiam etiam in minimis et contemptissimis rebus adparere, vereque vaticinatum esse Plinium: 'nusquam magis, quam in minimis totam esse naturam.' *Scip. Gent.*

PAG. 462 *Congestim et acervatim*] Miles. iv. 'Pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agmpatim ingestis.' Glossæ: 'Σορῶδες, Acervatim, conservatim,' lege *conservatim*. Pric.

*Conchulam striatam*] Plantus Rudente: 'Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamas, conchas, Marinam urticam, musculos, plagusias, striatas:' ubi etiam pro *plagusias*, *plagias* legere malim: nam ita alio nomine Purpuras vocari, auctor Plinius lib. ix. cap. 37. *Colv.* Pith. cum *chalar str.* D'Orv. *conchulam str.* J. B. *Conchulam striatam*] Plinius: 'Striata concharum modo.' Sidonius lib. iv. Epist. 8. 'Quod posset aptari conchæ capaci, quæ per ansarum' (lego *ansatum*) 'latus utrumque, in extremum gyri a rota fundi, senis cavatur striaturis.' Glossæ, 'Striata, Σωρῶ-*rd.*' V. Vitruvium lib. iv. cap. 4. Palmariam corruptæ vocis hujus restitutionem debemus Colvio ad ii. Florid. Edebatur *decoris histricis*, et *decoris instrumentis*: correxit acutus juvenis, *decoris striis*. Pric.

*Testulam habentem*] Mihi certe illa scriptura non sapit: nescio an conjecturam aliis probaturus sim, *testulam hiantem*. Stewech. Vulgo *habentem*. Stewech. *hiantem*, utriusque præferam *albentem*. Brantius. Flor. *tes-*

*tam habentem*, male. *Elemen.* Mearsius in Critic. Exerceit. legit *testulam hiascentem*. (sic et i. Miles. 'Lagena officio cessim dehiascente: 'quo loco libri omnes habent *dehiascente*) Stewech. *hiantem*. Scipio (ex Roberti Titii Assertion. lib. vii. c. 9. restitutione) *hebetem*: quod quia cuiusmodi sit, non capio, non dicam hebes commentum esse. Præfero interdum conjecturam Brantii, *albentem*. Pricæus. *Hebetem* jam ante Rob. Titium in Ed. Vic. editum legitur, idque confirmant Mss. D'Orv. et Medic. apud Gronov. i. mox citando: atque ita dedere Colv. et seqq. præter Scriver. qui revocavit ceterarum ante Colv. Editionum lectionem a Mss. Florent. et Pith. confirmatam, *habentem*, sed ita, ut jungat *conchulam striatam testam habentem*: quod quominus ab Appuleio profectum putem, hac maxime impeditur causa, quia Auctoris nostri oratio paribus membris procedere solet, *conchulam striatam, testam hebetem, calculum teretem*; ut mox: 'cancrorum furcas, echinorum calycinos, lolligium ligulas;' et singulis paginis. Stewechii conjectura *testam* (sic, non *testulam* legendum) *hiantem*, ex eo nonnihil adjumenti capere videtur, quod et ostreo cuidam nomen est *hiatula*, χῆμα, ab hiando scilicet, cuius meminit Salm. ad Solin. p. 772. sive potius intelligendum tum de concharum hiantibus testis, quas permultas in littus evolvere solent fluctus. Magis ad proprietatem sermonis tamen dixisset tunc Auctor *concham hiantem* cum Cicer. de Nat. De. ii. c. 48. et propius ad scriptam lectionem eodem sensu sic divinaverit Gronovius pater *testam patentem* (cf. Gronov. fil. ad Minuc. Fel. c. 1.) quemadmodum 'pinna, duabus grandibus patula conchis' est apud Cicer. ibid. et 'pectines patuli' Horat. ii. Sat. 4. vs. 34. Omnium minime placet Jac. Gronovii emendatio ad illud Minuc. Fel. i. c.

'Is insus est testam teretem; jactatione fluctuum levigatam, legere de litore,' emendantis h. Nostri l. *testam tabentem*, i. e. quæ continuo adeditur, et imminuitur magis magisque, jactatione fluctuum, ἀλτρωτες. Sed *hebelem* a 2. Mss. oblatum, et inde a Colvio fere editum, verum puto. Nonnullæ testæ sunt aculeatæ: his opponuntur hebetes. Sic in fragm. Cicer. Acad. lib. II. apud Non. II. §. 408. 'cur Lunæ nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua.' Esse autem permultas testas, quæ formam haud absimilem Lunæ obtusis cornibus representant, sciunt harum rerum inspectores: tales igitur testas ob oculos habuisse Appuleius videtur. Varias autem concharum figuras sic describit Plin. H. N. lib. IX. cap. 33. 'in conchis magna ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiarum, tot figurarum, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, lævibus, rugatis, denticulatis, striatis,' &c. J. B.

*Teretem*] Ms. *terentem*. Vides, quam facile supra *hebetem* in *habentem* depravari potuerit. 'Teretem testam' habuimus modo apud Minuc. Felic. add. Amm. Marc. XXIII. 6. extr. ubi Margaritæ *teretes*, opponuntur *flexuosis*, i. e. non plane rotundis. *Idem*.

*Lelligimæ tigulas*] V. Sidonii Expositores lib. I. Epist. 2. *Pric*.

*Assulas*] 'Fomites' appellant Festus et Isidorus lib. VII. cap. 6. suntque proprie de ligno. Noster ad lapides transtulit, ut et Vitruvius. Vet. Onomast. 'Assula, Σκοβαλμός.' *Idem*.

*Ostrea Pergami vermiculata*] Multis de causis mihi hic locus suspectus: nam et ostreorum mentio hoc loco aliena est, inter assulas et festucas littorales: cum potius inter superiora essent recensenda: et ostrea Pergami qui ad hunc locum? imo vero quis uspiam quicquam de iis legit? Quare,

portentum hic aliquod suspicor latere: cæterum qui emendam, non video. Tu, Scaliger, emendabis. *Casaub.* F. *ostreorum terga vermic.* Plautus Pœn. A. I. Sc. 2. 'Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito.' *Brant.* Locus contaminatus fæde, quem Joann. Brantius feliciter correxit. *Elmenh.* *Ostrea vermiculata* putem, quorum testæ minutis maculis insignitæ sunt, aut potius parvis foraminibus, velut ligna vermicibus exesa: (unde apud Varronem, ni fallor, *cap. Mexiv. facies vermiculata*) at quid de media voce statuamus? Maximus Casaubonus portentum aliquod heic latere putat, fatens non videre se quo acumine tolli possit. *Salmas.* *frusta Pergami vermiculata* legit. Vide, ut apud Solinum se explicat, pag. 659. Brantius, *ostreorum terga vermiculata*, ut apud Plantum, 'Tergum ulceribus ostreatum.' Malim ego (ut cuique arident sua) *ostreorum terga levigata*. h. e. levia, splendentia, ab assidua jactatione. Minuc. Octav. 'testam teretem, jactatione fluctuum levigatam.' Gregor. Nazianz. Orat. 28. *φωλεα καὶ κήρυκες, καὶ τὰν ὀστρεῶν τὰ διασπέρματα.* *Pric.* Nihil variant Mss. et Edd. sed eo magis doctorum opiniones. Et *Salmas.* quidem ad Solin. p. 659. divinavit *frusta Pergami vermiculata*, i. e. τρεῖς τοῦ Περγαμικοῦ σκαληρόβερτα. Triller. *Observ. Crit.* I. 14. *ostrea in tergo vermic.* vel *ostrea peregrina vermic.* (*peregrinatione* gaudere ostrea ait Plin. XXXII. 6.) vel *ostrea perigranmis vermic.* h. e. striis, lineis, figuris, voce Græca, pro more Appuleii; vel denique: *ostrea, purgamina, vermic.* An vox inepta *Pergami* hanc habuerit originem, quod librarius errore calamitatis scripserit *sercum vermiculata*, et τὸ *sercum* lineola leviter obduxerit, unde sequens librarius id non advertens effinxerit *Pergami*, affirmare non ausim. Ingeniosissima utique hæc est conjectura Clar. Lennepii. In-

testis si, ut videtur, aliquid tribuendum est Casanboni-observationi, inter assulas et festneas, ostrea locum non habere, quæ supra recensenda fuissent, omnes laudatæ conjecturæ cadant necesse est, excepta Salmasiana: sed frustra Pergami, pro fragmentis chartæ Pergamenæ, an recte dicatur, dubito. Verum, donec Mæcortius quid adferant, ultra conjecturas res non procedit: quare, ne solus nihil attulisse videar, mihi in mentem venit, et cetera terebinthe vermiculata: nequaquam, quod sic scripserit Auctorem putare ausim; sed quod sic sane haud ineleganter loqui potuisset. De terebinthe, qui est vermis marinus ligna peredere solitus, vid. Heins. ad Ovid. l. ex P. l. vs. 60. 'Estur ut occulta vitata terebinthe navis.' Aptius verbum excogitari non potuit quam illud *vermiculata* de lignis vermibus exesis, et parvis quasi foraminibus insignitis: quemadmodum 'emblemata vermiculata' est in Lucil. fragm. Utut est, *vermiculata* neutiquam mutandum. De reliquis *ἐνέχου*. J. B.

*Muscum et algem et*] *Ἐρπον καὶ φῶμος*, de quibus vide Salmas. ad Solin. p. 80. F. *Idem*.

*Maris ejectamenta*] Tacit. German. 'Jacobat inter cætera maris ejectamenta.' Curtius lib. ix. 'Maris purgamenta.' Pric.

*Ubique littorum*] Sic loqui amat Noster. Infra: 'Ubique locorum.' In Milesiis, 'ubique itineris,' 'ubique gentium,' et similia, quæ cum probam Antiquitatem præferant, hinc inde exulant tamen. *Idem*.

*Ventis expelluntur, sale exspuntur*] Nazianz. ubi supra: *Ἐξωβέδρο καὶ ἀπενέβρο*. *Spuere* signantius dixit. Solinus: 'Mari incito exspuntur.' Carminis de Sodoma Author in Terulliani Libris: 'Maris exspuit mæquor.' Catullus: 'Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis.' *Idem*.

*Spuria et fascina*] Sic vocat quæ modo 'maria virginalia:' alludens ad vocis originem. quasi *spuria* sint in femina *τὰ σπέρμα μάρια*. nam et *σπέρμα* et *ἀποῖν* venuste eo sensu poetæ usurpant: et vocem *spurius* *ἀνδρὸς τοῦ σπέρματος* esse deductam, pars veterum et criticorum et Jctorum existimavit. *Fascinum* vocari *τὸ τοῦ ἀνδρὸς μάρμα*, et quare ita appelletur, notum est. Casaub. *Spurium* muliebri pendendum notatur Plutarcho. *Brut.* Add. Pric. *Ibid.* Orig. ix. c. 6. 'Spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia muliebrem naturam Veteres spurium vocabant, velut *ἀνδρὸς τοῦ σπέρματος* hoc est, seminis.' Scalig. ad Festum citatur a V. D. in marg. Male Lat. Latin. suspicabatur legendum *sumptam de mari spumam*; licet *spuma* sit in Mæ. D'Orv. J. B. *Spuria*] Græci subsicivæ vox est. Plutarch. Quæst. Rom. *Τὸς ἀσπίδους φασὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰσθητὸν ὁνομαζέσθαι σπέρμα*. De Etymo recte Casaub. *Ἀσπίς μάρμα*. Pric.

*Cancer ad ulcera*] *Ὁ καρκίνος τῆς τὰ καρκινώματα*. Casaub.

*Alga ad querquerum*] Impressam ubique, *alga* ad *queretum*. Querquerum seu Querquera, id est, Febris querquera, de qua Festus. Minucius Octavio: 'Cum querquero quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris.' Arnob. l. i. 'Vitiliginis, querqueras, atque intercutis morbos.' Plauti versus, qui apud Festum ex ejus Frivolaria est, sic legendus: 'Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera:' ut est apud Priscian. l. vi. Possot ergo hic legi etiam, *ad querquerum*. Colvius. Roman. Edit. *querquerum*. c pro qu, ut in *cocus*, *cognus*, et aliis multis. Rectius tamen scripseris *querquerum*; nam subauditur *febrim*: et est jocus valde facetus, quasi *alga* quodam *alga* proprio posset mederi fervori febris. Casaub. Id est, ad algorem, sive *alga*, ut Veteres dixere. Alii putant, *quer-*

querum stridens significare. Unde 'febris querquera.' Lucillus: 'Querquera consequitur febris capitisque dolores:' a frigore enim fit ille in febribus dentium stridor et collisio: casus causa quia bilis esse solet, ideo 'bilis querqueratum' Plantus dixit. *Scrip. Gent.* Flor. et Rom. querquerum, ut et Agellii Marti omnes, quos inspexi. *Elmenh.* Bene Florid. Frigidam febrem et algidam esse querquerum, ex Festo et Paulo liquet. cf. *Voss.* Etym. in v. Beroald. in Gruteri Lamp. t. 1. A. p. 237. Ceterum querquerum scripsi ex Edd. vett. et Mss. hic, et alibi. *J. B. Alga ad querquerum*] Querquerum Gentili aliorum est, vel stridor frigidus, qui ut plurimum febricitantibus oboritur, quum dentes collidunt: ita etiam accepisse videtur Minuc. in Octav. et noscio qui alii apud Festum. At si querquerum ex se frigidum, ad quid *alga*? ut intendatur frigus? nugae: *algem* facete Appuleius ut remedium caloris posuit: querquerum itaque censeamus oportet febrem calidam et siccam. Vise vocem eam ap. Guicciard. Ling. Harmon. Etymolog. *Pric.*

· *PAG. 463 Proxima humanitate*] Magis placet *proxima humanitate*: de quo nos alibi: hoc amplius ipse Appuleius mox, 'liberalitatem uxoris suae proximam' vocat. Item Minutius ait: 'proxime gaudere.' *Stewech.* Lipsius corrigit *prima hum.* ego, *plurima hum.* *Colv.* Si quid mutandum, placet quod pridem nobis in mentem venit, *proxima*: sed cur *proxima* non ferimus? nam ita Latine dicitur homo obivus et humanus, οὐρανὸς καὶ ἀνθρώπων, et obvia humanitas, talis animi habitus. Ab eadem mente, praesens auxilium, et praesentem Deum dicimus. Inde et illud Hesiodi, *ῥέσσωτες ἑσπερος δὲ ἠώς.* *Casaub.* Alii *proxima hum.* Lipsius *prima h.* *Colv.* *plurima h.* male. Vide Casauboni notas. *Elmenh.* Pontanus et *Stewech.* legunt *proxima*, ut infra, 'ux-

oris proximam liberalitatem.' Lipsius *prima*, *Colvius plurima*. Ego nil mutato: *proximum* est manifestum. V. quum notamus supra ad ea, 'proximum argumentum.' *Pric.* *Proxima* dedit Scal. in Ed. Vulc. sec. In prompta quoque foret emendare maxima. Sed nil muta. Quemadmodum *proximi* dicuntur, qui alieni adsunt in iudicio, vid. *Grav.* ad *Cic. Verr.* v. 68. *Gronov.* Obs. t. 23. sic, 'proxima humanitas,' est officiosa. *J. B.*

*Quorundam adhuc*] Ita reponendum duximus, maleque passim ante impressum, *quorundam adhuc*. Sic etiam etiam positum infra Apolog. II. 'At tu dum putas eam etiam nunc fratri tuo denupturam.' Et supra Florid. III. 'Et jamdum eum ingenti plaga reconcilio.' Sic apud Plantum amplius: ut Milite: 'nequodum exarui ex amoenis rebus et voluptariis.' Ita etiamdum *Pseudolo*: *Primandum* Eudente, et alibi: *Ineptudum* Trinummo etiam sic accipiendum, et legendum: 'Quid ego ineptudum sermonem vereor interrumpere?' Male mutarunt veterem lectionem *Truculento*: 'Tristis exit: aet convenire etiam hicdum Phronesium?' nam Camerarius et Lambinus ediderunt: *Tristis exit, haud convenire etiam hic velim Phronesium*. Quorum edd. secutus J. Guilielmus, amicissimus meus, aliud quid reponendum censuit. Parisiensis editio antiqua lectionem habet, quam priorem dedimus. *Colo.* Sic Celsus J. C. t. XVIII. D. de acq. poss. 'Possidere me certum est, quamquam id nemodem attigerit.' *Brant.* Lego, *quorum dum necius esse nolui. et adhuc* certum habeo irreptitum esse, neque aliud quam *et dum* particulae Interpretamentum. Gellius l. xx. c. 7. 'Ibi dum cenantibus nobis, magnus ostrearum numerus Roma missus est:' at hoc otio est abuti, cum vel praecedentia cominus inspecta satis superque illud vocis supervacuum evincant, nec tamen



parum heic turbant Expositores quidam. *Pric.* Deceptus fuit Colv. τῇ *nolui*, quod exstat in Edd. Rom. ni fallor, Junt. post. Colv. et seqq. Sed melius Mss. Fulv. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *nolim*, ut legendum monnit Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. p. 363. J. B.

*Occidua senectute*] Pollux Onomast. lib. II. c. 2. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ Ὑπερίθρη, ἐπὶ δυσμαῖς βίου. Hesychius: Δυσμαῖς βίου, τὸ τέλος τῆς ζωῆς. Prudent. Cathemer. 'Occasus vitæ.' *Pric.*

*Seram plane et post vinum*] Memineram Auctorem hunc lib. IV. de asino dicere, 'spem posthumanam:' ideoque emendabam hic, *doctrinam seram plane et posthumanam*: idemque ut Jac. Cnjacio primario JCto in suis Observatt. lib. III. cap. 4. placere intellexi, oppido gavisus sum, nobis in mentem venisse, quod tantus vir suo quoque calculo probavit. Sic 'immortalitatem posthumanam' vocavit Minucius Felix, quæ Christianis post resurrectionem tribetur. *Stewech.* *Postumam.* Ita, nec aliter scribendum fas fuisse duximus, emendavit ante annos multos JC. præcipuus, J. Cnjacius, præceptor noster, Observ. lib. III. cap. 4. Tertullianus de Testimonio animæ: 'Quorum innumera elogia sunt contemptæ mortis propter postumam famam.' de Anima: 'Et in Phædro post mortem differt sententiam veritatis, postumam scilicet: et tamen pondum mortuus philosophatur.' Hæc duo loca non notavit magnus ille vir, ad quem fortassis te relegasse sufficiat. Colv. Ms. Fulvii liber, et Rom. *post vinum*. Forasan scriptis Appuleius, *post vinam*. Elmenh. Hoc non capio: licet *postvinam* voluerit etiam Fulv. teste Wower. in Var. Lect. Optime emendasse Cnjacium arguunt Mss. Florent. et Ms. Pith. in quo *postumus*, cum D'Orv. ubi *postremum*: e Glossa. Vide ad Met. lib. VI. p. 443. b. Ms. Fulv. cum Edd. vett. *post vi-*

nium. J. B.

- *Eudemum*] De Eudemo Rhodio, Aristotelis discipulo, vide Fabric. Bibl. Gr. I. III. c. 8., in Catalogo Peripateticorum, ubi et de Lycone. *Idem.*

*Aristotelis περί ζώνων*] Apud Diog. *Περί ζώνων*, α', β', γ', δ', ε', ζ', η', θ'. *Ἀνατομῶν*, α', β', γ', δ', ε', ζ', η'. *Ἐκλογὴ ἀνατομῶν α'*. *Ἐπὲρ τῶν συνδέτων ζώνων*, α'. *Ἐπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώνων*, α'. *Colo.* Græca non comparant in Mss. et Edd. vett. de more. Primus ea addidisse videtur Editor Junt. post. Malim tamen sic: *Περί ζώνων γενέσεως*, *Περί ζώνων ἡθῶν καὶ βίων*. (cit. ab Athenæo lib. VII. nisi sit idem liber ac *περί ιστορίας*) *Περί ζώνων μορίων*, *Περί ζώνων ιστορίας*. ut singula singulis respondeant, 'de genitu,' 'de victu,' 'de particulis,' et agmen claudat nobilissimum illud opus, quo omnem animalium *differentiam* explicuit. J. B.

*Multijuga volumina*] 'Quinquaginta ferme volumina de animalibus condidit.' Plin. H. N. VIII. 17. *Idem.*

PAG. 464 *Ordinatus et cohibilis*]. *Τεταγμένους μάλλον καὶ συνεσταλμένους*. Sic apud A. Gellium, 'celer oratio et cohibilis.' Lib. XVI. cap. 19. et lib. VII. 'dicendi genus subtile et cohibitum.' *Casaub.*

*Si opera est*] Infra: 'Sed non est operæ in istis diem terere:' de Deo Socr. 'Non est operæ diis superis ad hæc descendere.' *Opera* est, et *operæ* est, dixit etiam Plautus: in quo non temere hoc vel illud loco movendum, quod quidam faciunt. *Anulularia*: 'Da mihi operam parumper, si opera est, Euclio.' Mercat. 'Sed ea ut sim implicitus dicam, si operæ est auribus.' *Casina*: 'Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus percipere.' *Milite*: 'Occupata est, operæ non est.' *Colo.* Non temere in *operæ* mutandum recte Colvius monuit: passim apud Plautum utrumque sine delectu occurrit. *Pric.* *Operæ* in marg. conjecit etiam Dra-

kenb. ut sæpe *opera est*, pro vacat; *opera* pretium est, apud Plautum. v. Gronov. Lect. Plant. p. 115. atque ita edidit Scriv. sed invitis Mss. et Edd. reliquis. 'De versibus *opera* deest mihi' dixit Cic. ad Q. Fratr. III. 4. quidni igitur et *opera est* bene dictum sit? Talia mutare perquam est facile: sed opus est cautione. J. B.

[De Magicis] Aut *επισυναγῆς* loquitur, aut legendum *Physicis*. Pric. Illud verum puto. J. B.

[Si quos forte] Tò si non est in Florentinis. Elmenh. Quos forte. Scribe periculo meo, si quos forte, &c. Infra, 'Dicite aliquis, si quis forte meminit hujus loci principium. Audisne Maxime multos suggerentes? Imo ecce jam liber offertur.' Addam e Marciano Capella locum, ad hos Anthonis nostri appositissimum, interpolatum autem pessime etiam in optima Edit. Extat lib. vi. extr. ubi de Geometria: 'Quo dicto complures' (lege cum plures) 'philosophi qui undique secum' (leg. secus) 'constipato agmine consistebant, primum Euclidis Theorema formare eam velle cognoscere, confestim acclamare Euclidi, plaudereque cœperunt, cujus laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se per sectantis gloriam sublimari provehique cognoscens, ab eodem' (leg. a quodam) 'Libros ejus (quos casu apportari conspexerat) festina corripuit,' &c. Pric. Nullus Ms. agnoscit *τὸ* si, quod primus e conjectura Lipsii admisit Scalig. quem præter Gent. reliqui secuti sunt, excepto Florid. qui rursus eiecit. Recte. Hic, i. e. in hac urbe, ubi iudicium habetur: de qua dicemus infra ad pag. 501. Illuc autem libros istos non ipse attulerat, sed ab amicis, studiosis rerum naturalium, eos conquisiverat. Post amici D'Orv. addit mei. J. B.

Quos f... *sedulique Natur. Quæst.* Emendare placet Lipsio: si quos f... sed utique Nat. Quæst. ac quintum

maxime. Colvins. Sed utique Nat. Q. Omnino ita legendum: nam illud vulgatum *sedulique* ineptum est. Atque ita nos hunc locum pridem, in nostri Codicis ora, ut plerosque alios, cursim inter legendum emendaveramus: postea animadvertimus Justum quoque Lipsium, virum doctissimum, qui pro Aristarcho fuit Colvio hunc auctorem recensenti, similiter emendasse: quod et in aliquot locis aliis usu venit. Casaub. Lipsius sed utique n. g. bene. Elmenh. Lipsii et Casauboni emendationem expressere etiam Gent. Pric. Wow. Flor. E Cod. D'Orv. nihil notatum video; unde colligo, ibi revera ita exstare: quod si sit, *Naturalium Quæstionum* non fuerit titulus libri, qui Græce scriptus fuit; neque etiam ulla istius operis mentio invenitur. Sed fuerit tunc sensus: Prome ex libris meis librum aliquem, quemcumque voles, modo *naturales quæstiones* contineat. Infra: 'Pauca etiam de Latinis scriptis ad eandem peritiam pertinentibus, legi jubebo.' Pleræque tamen Edd. et vet. O. cum Mss. servant *sedulique*, quod temere a Casanbono mutatum pronunciat Acidal. ad Vell. lib. I. c. 6. explicatque *studiosi quæst. nat.* Eandem lectionem tuetur Gronov. Obs. I. 25. sed aliter explicat, ut nempe jungantur *amici sedulique*, i. e. amici, advocatique, et studiosi mei, quique in iudicio mihi adsunt, Ego facio cum Acidalio. J. B. Et *superstes*] Annos sex, si Suidæ fides: alii, illic plures, utriusque emortualet diem uno eodemque anno statuunt. V. Cl. Seldeni not. ad Marmora Arundeliana. Pric.

Vixit enim ad extremam senectutem] Annum prope centesimum. Lucian. Macrob. Valerius, alii. Idem.

Quum accusaretur a filio] Sophoclis historiam narrant Cicero, Valerius, Plutarchus. Quod ait filio Noster (qui Luciano et Aristophani Jophon) advertendum Ciceroni et Plutarcho

plures memoratos. *Idem.*

*Quasi jam per ætatem desiperet*] Ita Græcus ejus βιογραφός, ὅς ὅνδ γῆρας παράφρων. Cicero quod in *Œconomia* æquo negligentior: et fors hoc vero propius; nam non alio nemine accusatus publice Democritus, non alio modo purgat se quam quo Sophocles noster. Athenæus iv. Δημόκριτον Ἀβδηρίται δημοσίῃ κρίνοντας, ἐς κατεφθαρμένα τὰ πατρία, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν μέγαν διάκοσμον, καὶ τὰ περὶ τῶν ἐν Ἀδου, ἐπὶ τὸν εἰς ταῦτα ἀναλακτέναι ἀφείδη. Fere eadem Laërtius. *Idem.*

*Coloneum peregre iam Tragædiarum*] 'Qua sola fabula omnium ejusdem studii Poëtarum præripere gloriam potuit.' Verba sunt Valerii lib. vii. cap. 7. Somniabam aliquando τὸ Poëtarum a Glossatore fuisse. *Idem.*

PAG. 465 *Omnēs Judices tanto Poëta adurrexisse*] In plausum nempe. Phædrus: 'In plausus consurrectum est.' Sueton. in August. 'Assurrectum ei ab universis, et a stantibus plausum.' Arnob. lib. iv. 'Conclamant, et adsurgunt Theatra.' Author Dial. de clar. Orator. 'Testis ipse Populus, qui auditis ejus' (Virgili) 'versibus, surrexit universus.' Græci ἀναρεθόν vocant, et ἀναστρέφουσι. *Idem.* Ibi comperior omnes judices tanto poëta adurrexisse. More Romano puto Appuleium nostrum loqui. Virgilius: 'Utque viro Phæbi chorus adurrexerit omnis:' se ipsum intelligens, cui recitanti populus Romanus adurrexerit, vel [ut opinor J. B.] collegium poëtarum, quod Romæ fuit, in quod quum C. Cæsar venerit illa dignitate vir, numquam ei adurrexisset Accium poëtam Valerius refert, ut qui facultate poëtica, et dignitate collegis præstaret. *Scip. Gent.*

*Cothurnum facundia*] Fulvius, cothurni facundiam. Sclopp. in Symb. Wower. Standum est a vulgata lectione. Ut in illo Virg. Ecl. viii. vs. 10. 'Sophocleo carmina digna cothurno,' 'cothurnus Sophoclis' est

gravitas Sophoclis, sic cothurnus facundia est gravitas eloquentis Sophocleæ. Imo de Nicophane, pictore, Plin. lib. xxxv. cap. 10. 'Cothurnus ei et gravitas artis.' De stilo tragico frequenter usurpatur. Amm. xxviii. 11. 'Ut videretur, cum sibi fideret, de cothurno strepere tragico, et ubi paveret, omni humilior socco.' id. xxviii. extr. 'Et ne quid cothurni terribilis fabulæ relinqueret intentatum:' ib. cap. 1. 'cum cothurnatus stilus procederet lacrimosus.' J. B.

*Nec ita multum omnes abfuisse, quæ, &c.*] Imo nihil abfuisse ait Læcianus Μακροβ. Patrem enim absolutum narrat, et condemnatum filium. *Pric.*

*Legæ pauca, &c. Tu interea, &c.*] Illa ad Scribam refer, hæc ad Apparitorem, ἐφ' ὅπου. *Idem.*

*Interea dum legis*] Supra proxime, 'Interea dum hic quærit:' ne quid forte putes παράλειψαι. *Idem.*

*Causam sustine*] Jabet Appuleius amanuensem, aut alium recitare ex libro a se composito, quæ adversarii ut magica accusaverant: nihilominus tempus, quod huic lectioni impendebat, effluere sibi oranti nolebat, quare jubebat non causam interea sed aquam, aut clepsydram sustinerent. Causarum patronis tempus distribui solere ad clepsydras, apud Vegetium docui. Eodem spectant et hæc paulo infra: 'cedo pueros istos quibus confiditis, produc nomina, qui sint: mea aqua licet ad hoc utare:' natum ab his clepsydris adagium, 'aqua mihi hæret:' quo Cicero usus ad Q. Fratrem lib. ii. Ep. 7. Appuleius Apologia seq. 'at tu licebit aquam sinas finire:' quod ad figuram clepsydræ antiquæ etiam Appuleii hæc adjicienda censeo ex iii. de Asino: 'Sic rursum præconis amphoboatu citatus accusator quidam senior exurgit et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coll gracilliter fistulato, ac per hoc guttatim defuso, infusa aqua, populum sic adorat.' *Stewech.*

Alii *causam sustine*: inepte. *Elmenh.* Ms. D'Orv. *quicquam sustine*. Edd. ante Junt. post. si non omnes, certe plerumque *causam sustine*: unde Lips. in marg. Ed. Bas. pr. coniecit *capam sust.* sed quænam capsâ hic intelligi possit, nondum invenire potui. Nihil verius, quam emendatio Stewechii, quæ tamen jam ante Stewech. in Ed. Junt. post. edita legitur *aquam sust.* quam egregie firmât Ms. Pith. *taquam sustinet*. J. B. *Aquam sustine*] Sic in Attico foro Demost. κατὰ Κένωρον. Ἀέγῃ αὐτοῖς ταύτας τὰς μαρτυρίας, οὐδ' ἔτι λαβεῖν τὸ δῶρον. Et κατὰ Πτολεμαῖον. Ἀδελφὲ ὁ ἀνὴρ τῆς μαρτυρίας, καὶ ἀνὰ γυναικὶ μοι, οὐδ' ἔτι λαβεῖν τὸ δῶρον. Pric.

*Locus ex Græco*] Quotiescunque in hac oratione fuisse aliquid recitatum, cum ea pronuntiata est, indicatur; ejus, quod lectum est, titulum curavimus inserendum ex ipsius auctoris verbis. Qua ratione quantam lucis orationi accedat, nemo non videt. Fuit ea oratorum præsertim Græcorum consuetudo, ut in scribendis orationibus quo quæque loco litis instrumenta fuissent producta et recitata, titulo apposito indicarent. Nulla fere hodie extat Græca oratio, ubi indices istiusmodi plures non reperiatur. Male ergo meriti sunt de hac oratione, male de nobis, qui hos titulos exemerunt: quos fuisse olim ab Auctore appositos, unicus saltem qui remanserat argumento sit: hunc dico qui in ipso fere fine orationis habetur, TESTIMONIUM CASII LONGINI, &c. nam si illum Appuleius adjecit, cur solam? cur eum potissimum? cur non alios quoque omnes? ille vero omnes ἀναμφισβητήτως. Nemo igitur factum nostrum calumniatur; quod non dubitaverimus absque librorum auctoritate, aliena verba in contextum recipere; non enim ita est: sed inserta olim ab Auctore, et male postea sublata, in suam locum restitimus. *Casamb.* His jam editis observavimus Bernardum Philomathem ex suis

Mss. uno aut altero loco hos titulos in sua editione reposuisse. *Id. ad Calceam Edit.* Hæc delet Rom. et Flor. Codex. Vide Casanbon. *Elmenh.* *Locus ex Græco libro Appuleii Naturalium Questionum.* Ita, exemplo Casanboni, dederunt qui eum secuti sunt Editores; nisi quod Scriver. ita, *deest locus Græcus ex Questionibus Naturalibus Apuleii*; quasi titulus Appuleiani libri fuerit *Questiones Naturales*: quod non pnto. v. supra. Quare malim, *Deest locus ex Appuleii, Libris Phycis*, vel sim. quid. J. B.

*Femina subent, mares suriant*] Vet. edit. *Fem. subentant, mar. sur.* Glossæ veteres, 'Subat ὑπερίψ.' Scribo ὑργῆ. Eædem: 'surit κενρῆ.' Subare in feminis, surire in masculis plurimum posuerunt Antiqui. Lucretius lib. iv. de equa: 'Subat, ardet, abundat Natura, et Venerem salientum læta retractat.' Tertullianus exhortatione ad castitatem: 'Et quando finis nubendi? credo post finem subandi.' Sed sæpius indiscriminatum tam de his, quam de illis. D. Hieronymus advers. Jovian. lib. i. 'Qui post castitatem et diuturnam continentiam subant ad coitum, et peccandum more lasciviant.' Tertull. de Jove: 'Nunc fœde subantem in sororem, sub commemoratione non ita dilectarum jam pridem amicarum.' Festus: 'Ita ut opprobrium mulleribus inde tractum sit, cum Subare et Surire dicuntur.' *Cels.* Arnob. lib. i. princ. 'Animalia terris sueta, atque in aquis degentia non esuriunt non concipiunt: ubi *esuriunt* pro *suriant*, Gr. ὑργῆ. Longus Sophista venustissimus scriptor τομμερικῶν lib. iii. de Daphnide et Chloë: Παιδεται Δάφνης καὶ συγκατακλιweis αὐτῇ πολλὸν χρόνον ἔκειτο, καὶ οὐδὲν ἄν ἔργα ποιῶν ἐπιστάμενος, ἀνίστησιν αὐτῇ, &c. Quæ ita vertebat Gothofredus Jungermannus Lipsiensis invida nuper morte nobis subtractus: 'Flectitur Daphnis et concumbens cum ea diu jacuit, cete-

rum nihil quorum caussa suriebat, agere sciens, erigit ipsam,' &c. *Brant.* Add. *Pric.* et *Burm.* ad *Anthoi.* Lat. lib. III. Ep. 187. vs. 14. et ad *Nostri ἀνεχόμενον* vs. 14. Edd. *Vic. Junt.* pr. *Bas.* pr. *substant.*, quod dat quoque *Ms. Pith.* In *D'Orv. subvertant*, (cf. *Pius* ad *Plaut. Cistell.* 1. 1. 58.) *Ed. Ald. subant.* Pro *suriant* *Ms. D'Orv. aureant.* *J. B. Fœmina subant, mares suriant*] Paulo argutius hæc quam pro more dicta: non enim usus loquendi hoc discrimen admittebat. *Subare* de maribus offerri solitum *Colvinus* notavit: ego *surire* dictum et de feminis docebo. *Festus Pompeius*: 'Sues immundissimi sunt ex omni pecore mansueto, et ardentissimæ libidinis: ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, quum subare et surire dicantur.' Ubi male expungit *vir doctus τὸ εὔριρε*: nam et *κατῆν*, ut exponitur *surire* in *Glossario*, *Aristoteles* de sequiore sexu protulit, lib. VI. de *Animal.* *Eustath.* ad *Iliad.* λ. *Κατῆν ἐκ τοῦ κάτρου λέγεται, τὸ ἀσελγαίνειν ὄθεν καὶ γυνὴ κατῶσα, ἢ ἀσελγῆς.* *Scaliger* *Not.* ad *Varr.* tamen ex hoc loco *Authoris nostri κατῆν* tantum ad mares refert. De *subare* et *surire* non recoquo quæ jam alii. *V. Paul. Leopard.* *Emend.* lib. II. c. 10. *Rittershus.* ad *Oppian. Κυνηγετ.* III. *Salm.* ad *Solin.* p. 661. a. *Pric.*

PAG. 466 *Ne operose animalium genita pergam*] *Vet. edit. ne perose anim.* Verum puto, *ne per omnia anim. gen. pergam.* Compendium erat, *per oia.* hinc mendum. *Colv.* Hæc lectio utcumque ferri fortasse potest: sed ne quid dissimulem, aliter *Appuleium* scripsisse arbitror. *Lego* autem, *Et ne per omnes animalium genitus pergam*: est transitio a primo loco librorum *Appuleii* De piscibus, ad secundum: is locus fuerat *περὶ γεννήσεως* illorum; quæ in multiplici differentia est posita: aliquot recensuit *Appuleius* præcedentibus verbis, non tamen omnes:

ideo hac transitione utitur, *ne per omnes animalium genitus pergam.* hoc est, *ὅτι μὴ πᾶσας τὰς βίαις τῆς γεννήσεως αἰτῶν ἐξαυτῶν.* *Genitus* est *γέννησις.* delectatur enim hic *Auctor* ea nominum forma, ut alio loco notamus. Illud *operose* natum ex compendio scripturæ *perōis*, id est, 'per omnes.' *Casaub.* Emendavit certissime *Casaub.* *Ne per omnes animalium genitus pergam*: supra 'De genitu animalium:' τὸ *operose* non dubium est ex scripturæ veteris compendiis irrepisse. *Pric.* *Mss. Pith. D'Orv.* cum *Edd. vett.* plerisque *perose*, quod si quis defendere velit pro moleste, odiose, restat tamen insolentior paulo constructio *pergere genitus*, pro, ad genitus: nam τὸ *pergere* semper *Appul.* jungit præpositionem, nisi ubi sequitur proprium loci nomen: vid. ad *Met.* pag. 412. b. Apud *Tacit.* tamen legimus *Ann.* 1. 28. 'prospere cessura, quæ pergerent,' pro, ad quæ pergerent, vel quæ peragerent. *Casauboni* emendationem amplexus est *Wow.* probante *Lat. Latinio.* Quia tamen *operose* jam est in *Ed. Junt. post.* (quæ vox occurrit quoque lib. I. pag. 31. 'enormem eluviem operose effrico.') verius puto, quod tacite, sed e *Mss. Florent.* dedit *Elm.* cum seqq. *ne operose per omnes anim. genitus pergam.* Reliqui *Mss.* et *Edd. vett.* item *Colv. Gent. Pric. genita*, cajas vocis hoc sensu exemplum non suppetit. 'De genitu animalium' dixit *Noster* supra pag. 463. Quare singulum. forsan legendum *genitum*. Scriptum fuerat *genitū*: hinc, omissa lineola, factum *genita*. *J. B.*

*Moneta*] *Gloss.* 'Τῶτος, τὸ χαπαγεῖον, moneta.' *Pric.*

*Cetera animalia n. in comm. differentiis*] Parva menda inerat in his verbis, sed conjuncta cum totius sententiæ labe. Legebatur, *nec cetera animalia nisi in communibus differentes attingam*: scripsimus *differentiis*. *Non attingam*, inquit, alia animalia præter

aquatilla : nisi quatenus inter explicandum horum genera, incidet oratio in differentias ipsis communes cum reliquis. Exemplo res erit clarior. Plinii sunt verba : Aquatillum tegumenta plura sunt : alia corio et pilo integuntur, ut vituli et hippopotami : alia corio tantum, ut delphini.' Vides Plinium dum pergit per species animalium incidere in differentias communes ἐνὸς τοῦ καὶ χερσαίοις. Casaub. L. nisi in communibus different. Acidali. Communes differentias vocat, ut Aristot. de part. Animal. c. 3. τῶν δὲ διαφορῶν, inquit, αὐτὸ μὲν καθόλου εἶσι, &c. Scip. Gent. Speciosa est Casauboni emendatio, cui adsensum præbuerunt seqq. Neque tamen veram eam puto. Mss. O. et Edd. constanter habent *differentes* : jam quia *animalis* fem. gen. hand semel apud Nostrum gentinæ lectionis corrupendæ causa fuit ; (v. ad Met. l. II. pag. 152. et ubi cf. Ind.) mihi nullum dubium est, quin scripserit Auctor, *ceteras animalis* (vel *cis* vel *es*) nisi in communibus *differentes* att. i. e. non attingam ceteras animantes, nisi quatenus earum quædam a reliquis differant in iis, quæ cum aquatilibus communia habent. *Communia et commune* substantive apud Nostrum ponuntur. V. Ind. In eadem re Cic. de Off. 1. 4. 'Commune omnium animalium est conjunctionis appetitus.' J. B.

*Græca vocabula*] Hæc quidem extant in Flor. Membranis, sed adeo monstruose ab ineruditis et supinis exscriptoribus accepta, ut ne ipsum quidem Appuleium (si naturæ lex eam pateretur ab inferis pānilis per redire) ea legere, multo minus intelligere posse, pro certo affirmare aueim. Ut tamen fidem meam liberem, ita ea hic apponam uti in Mstis exarata fuere, si forte essent medicinæ faciendæ felicioris manus : Καλυχεκ καλακεν καλακοστρακα † οκαρακακα οστρακαδερνα κυρ † † ΡοαΝ τυσιΝ φιβια εΝι δωτυφολια οντι δερποκτερα πεσι Νο

νοδῦ κοΝ ηρῆcy ΝΑρελαεγκα. Elmenh. Hæc in contextus seriem conjicere nos ausi sumus ex Elmenhorstii fide, qui primus ea in Notis suis exhibuit e Florent. Cod. legi quo pacto debent autem non docuit. Eorum integram medelam a me nolo expectari, cum nonnulla existimem corruptiora, quam ut ullatenus restitui possint. Ceterum quæ certius assequutus videor, fere hæc sunt. Pro Καλυχεκ lego σελάχεια h. e. 'cartilaginea ;' pro καλακεν, μαλάκια, 'mollia ;' pro καλακοστρακα, μαλακοστρακα, 'crastis tenuibus contexta ;' pro οστρακαδερνα, δοτρακόνδεσμα, 'testis duris conclusa ;' pro ιΝφιβια, ἀμφιβια, 'quæ terra simul ac mari degunt,' pro φολιαωτα, φολιωτά, 'squamosa ;' pro δερποκτερα, δερμύκτερα, 'quibus cutis pro alis est.' Reliqua felicioribus ingenis eruenda delego. Pric. Coll. Lindenbrog. καλυχεκ καλακεν καλα POSTRAKA τοκαρακακεν οστρακαδερνα κυρ † † ΡοαΝΟΝτυσιΝ φιβια ε ΝΙ δωτυφολιαωτα δερποκτε ΡαρεκΝο ΝΟαΝ κοΝη ΡῆcyΝεἰ ρελαεγκα. Corrupta hæc Græca, prout citata erant ab Elmenh. contextui inseruit Pric. quum reliqui, inde a Casaub. τοῖς Græca Vocabula, vel Græca Vocabula desunt, indicaverint ea excidisse. Ante Casaubon. ne hæc quidem ipsa leguntur. Interim Gronovius Florentinæ degens membranas Florentinas diligentius insepexit, et ex earum vestigiis ad Herodot. p. 880. tam felicissime, me quidem iudice, locum hunc emendavit, ut ipsa Græca vocabula, ita emendata, jam tandem Auctori reddere non dubitaverim. Pro σελάχεια, cum Pricæo malui σελάχεια, vel leg. σελάχια. J. B.

PAG. 467 *Secundum Cynicam temeritatem rudi et indocto*] Infra : 'Mollitia rudi et indocta.' 'Rudis et indoctus' est, qui (nt Cynici) neque Gratiis neque Musis litavit. Athen. Deipnos. Ὅχι ὥσπερ σὺ Κύνικε, δ μὴ δέποτε ταῖς χάρισι, ἀλλ' οὐδὲ ταῖς Μοῖ-

*aus θύσας.* Hinc apud Plantam Bacchid. 'Indocti meres:' ex quo corrigendus apud Nonnium Cæcilius: 'Quid narras barbare cum indoctis moribus?' nam vulgo male editur, *indomitis.* Prlc.

*De Diis immortalibus Patri et Matri credere]* Deridet Philosophico more imperitam multitudinem, quæ aut investigandæ veritatis tædio succumbit cuilibet opinioni, καὶ ἐπὶ τὰ ἴσχυα ῥέπειν μάλλον, (ut in Argumento pari Thucydides,) aut, ut potior pars, perculsa timore nescio atque inani, Parentum religiones suscipit, ac cæcos ritus. Minoc. Octav. 'Has fabulas et errores, et ab imperitis parentibus ducimus, et (quod est gravius) ipsi studiis, &c. elaboramus.' Prudent. lib. 1. contra Symmach. 'Sic observatio crevit, Ex atavis quondam male cõpta, deinde secutis Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta, Traxerunt longam corda inconsulta catenam:' confer quæ in Sat. XIV. Juvenalis. *Idem.*

*Q. Enn. ades phagitia, quæ versibus scripsit]* In mendo cubat titulus operis Enniani, e quo em levarim legerimque, *Q. Ennius Ichthyophagetica, quæ versibus scripsit,* sen Græce malis, *ἰχθυοφαγητικά.* Fuit mihi etiam verisimile, legendum videri, *Hedypathia,* seu *ἡδυπαθία.* quo nomine versibus opusculum inscripsit peritissimus rei culinariæ Arcestratus, aliquoties ab Athenæo laudatum; in quo quædam, quæ ab Ennio translata videntur; immo sunt: quemadmodum post docebimus. Quod argumentum certissimum existimandum est, eundem eum indicem hujus scripti Enniani fuisse. Simile volumen Varronis *ὑπερμετρῶν*, de quo Gellius I. VII. c. 16. *Colo.* Non tam facile est veram lectionem istius loci præstare, quam arguere falsam proclive. Ed. Romana habet, *edes phagitia.* Video placere doctissimis viris indicem carminis Enniani fuisse

*ἰχθυοφαγικά.* Itaque hic esse emendandum. Ego dum diligentius veterem lectionem ruspans rimor, adducor in suspicionem, tractasse Ennium eo carmine non solum de Piscibus, sed et de aliis esculentis: ac quid ubique terrarum palmam obtineret percensuisse. Itaque poemati illi fecisse titulum *Edesta vel Phagica,* hoc est, *ἑδεστα ἢ φαγικά.* Sic Græci quidam, ut ex Athenæo discimus, hujus argumenti libros cum scriberent, *Περὶ ἑστών* inscripserunt: ut Mnesitheus Athenienais. Varro unum e Menippis suis *ὑπερμετρῶν.* Ita ergo, fors fuit, in Appuleio scribendum, *Q. Ennius Edestis aut Phagica, quæ versibus scripsit.* Casaub. *Q. Enn. Edesphagica, quæ versibus scripsit.* Hæc scriptura antiqua, quam tamen falsam alii jam olim evicerunt. Clariss. Casaubonus scribendum arbitrat, *Edestis aut Phagica.* Sed non valde usitatum fuit Antiquis duplici titulo monumenta sua insignire, nisi illud argumenti varietas, aut certa quædam ratio postularet. Nulla verò diversitas inter *ἑστέρα* καὶ *φαγικά,* unde et illa similium vocum repetitio minus elegans. Et Græcos hujus argumenti opera *ὑπερμετρῶν* inscripsisse comperimus: ut apud Latinos eorum imitatione Varro Menippeam *ὑπερμετρῶν*, teste Gellio lib. VII. cap. 16. Versus autem isti, quos recitat Appuleius, ostendunt Ennium hoc poemati recensuisse omnis generis suavia quæque, et commendatione gulæ nobiliora: ideoque haud absurde veteris scripturæ vestigia secutus, titulum operis fuisse dixisse, *Hedypathica.* Notum vero, Latinis familiare, a Græcis sumera operum argumenta, ipsasque adeo inscriptiones; multa ab hisdem mutata transferre, multa de suis adtexere. Ita cum ex Atheni lib. VII. colligimus, Arcestratum confecisse opus plane gemini argumenti, quod *ἡδυπαθῶν* inscripserat: plurimique ex illo

versus reliqui, quos Ennius transcripsit et vertit, omnino verisimile, eundem auctorem, a quo argumentum, ipsumque adeo opus mutuatus, in titulo quoque secutum. Quare in Appuleio reponendum, *Hedypathetica*, quæ versibus scripsit. Wowerius. Fulvius ex V. C. *Edesphagitica*: quæ indubitate vera lectio est, licet secunda litera extrita in eo fuerit. Non enim omnia piscium genera videtur Ennius descripsisse, sed ea tantum, quæ sapore in primis nobilitata essent, quæ aliubi, atque aliubi meliora nascuntur, ut loquitur Plinius. Eodem in argumento et alii veteres operam otiumque suum occupaverunt, ut Archestratus, Antiphanes, Hermippus, Mæsitheus Atheniensis, ex quibus multa refert Athenæus. Nec dubitandum est quin et Varro, Satyra *περὶ ἑσπερίων*, et Ennius plurima de Græcis transtulerint, ut hi versus Ennii indicant, quos ex Archestrato ad verbum pene convertit: *Τοὺς μὲν Αἴως ἔχει μεγάλους, δοτρίαι δ' Ἀβύδος, τὰς ἑσπερίους Πάριον, τοὺς δὲ κτέρας ἢ Μιτυλήνη, Πλείστον δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρους τε μετ' αὐτῶν. Μεσσηνίη δὲ πελοποννήσου σποντοπορμίδι κόγγει.* 4<sup>to</sup> horum versuum apud Athenæum legitur καὶ ἀλγασα μετ' αὐτῶν, sed ingeniose, ut omnia, Casaubonus ita legendum censet, ut scripsi. *Scip. Gent.* Locus corruptus. Florent. *Hedypathetica*. Rom. *edesphagitica*. Aldus, *phagetica*. Colv. *Hedypathia*. Casaub. *edestis, aut phagitis*. Fulvius, *Edesphagitica*. Vide Wower. *Elementh.* Quanta heic Interpretes. Equidem hanc *ἐπεγραφήν*, etsi ante eam corruptam fateor, ex eorum interpolationibus evasisse corruptiorem puto. Quid opus est *Edestis aut Phagitis*, aut *Hedypatheticis*? innitatur vestigiis Mss. et Edd. principum: habent ea *Hedypathetica*, et (quod posuimus) *Edes Phagitica*. Ex his suspicari licet scripsisse Ennium *Ἠδυφαγικά*, aut certe *Ἰχθυοφαγικά*. *Pric.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Q. Ennii Hedepathetica*. Ita corrigendum ex corrupto *Hadesphagitica*. Scaliger. Sub titulo *Q. Ennii Phagesiorum Fragmentum*, edidit Pithæus post finem lib. vi. Epigr. vet. In Scaligeri *Catalectis* lib. i. p. 215. vitiose excusum est *Q. Ennii Hedypatheticorum Fragmentum*. *Phageticorum* inscripsit Hier. Columna in *Fragmentis Ennii* pag. 165. cujus notas evolvisse operæ prethum erit. Sed titulum hujusce Enniani poematis fuisse *Edesta* vel *Phagica* putat Is. Casaub. ad Apulei. Apolog. pag. 160. apud quem exstant hi Ennii versus, quos de Græco fonte derivatos atque ex Archestrati *Gastronomia* desumptos notat D. Heins. de Satyr. Horat. lib. ii. pag. 108. quos vide apud Athenæum lib. iii. cap. 18. ex quibus nonnulla in his Ennians illis corrigi Casaubonus, cujus notæ ad Appul. Apolog. merentur legi, et Scipionis Gentilis ac Pricæi, qui præfert titulum *Ἠδυφαγικά* vel *Ἰχθυοφαγικά*. sed *ἡδυπαθητικά* placet Salmasio in Præf. ad Tab. Cebet. Arab. pag. 17. *Addephagia* vel *Addephagica* Trillero lib. i. Observ. Crit. cap. 14. licet in fine capitis magis inclinet in *Hedypathica* vel *Hedypathia*, quod omnium probabilis videtur, quia hic titulus fuit poematis Archestrati, de quo agit lib. iii. cap. 1. pag. 160. et vide Casaub. ad Athen. lib. vii. c. 8. circa finem. Simile opus Varronis fuit *περὶ ἑσπερίων*, de quo vide D. Heins. lib. i. de Sat. Horat. p. 81. nam uterque luxum et delicias ciborum nimis exquisitas in istis operibus perstrinxerunt. Insignem etiam operam ad emaculandos hos versus contulerunt Turneb. lib. xxi. Advers. cap. 21. et Salmas. ad Solin. tom. ii. pag. 1128. et seqq. ed. Paris. Burmann. ad Anthol. Lat. Ep. 135. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. Cas. Vulc. pr. Gent. Pric. *edes Phagitica*, Florid. junctim *edesphagitica*, quod nihil est: licet ei lectioni proxime accedat Ms. Fulv. *Edespha-*

*Apul.*

9 P



*Remotis arbitris, secreto loco*] Sequi-tur continuo, 'paucis consiliis testi-bus:' non heic me extrico: puto lo-cum in mendo esse. Si *remotis arbi-tris*, quomodo *testibus consiliis*? *Pri-cæus.* *Remotis arbitris* incantatus fu-it, sed *paucis consiliis testibus* corrui-t. Male etiam interpunctio se habet in Edd. quibusdam, et Florid. in inter-pret. *et paucis conse. test.* prioribus junxit. Verum vidisse tamen videtur ipsæ *Pric.* citans Senec. de Ira iii. 10. loquentem de Epilepticis: 'Vita-verunt turbam, et sine teste cecide-runt.' J. B.

*Arula et lucerna*] Scio, quid jam aliis notatum de aris Magicis, ex Vir-gilio, Flacco, Lucano, aliisque. Vel-im h. l. tamen legi *arula*. Recte *lucerna* junxit autem, et ex Magiæ ritu. Miles. iii. de Pamphile se in avem plumatura. 'Jampridem' (*lege*

*jamprimum*) 'omnibus lacinis se de-  
vestit, et arcula quadam reclusa,  
pixides plusculas inde depromit, &c.  
multumque cum lucerna secreto col-  
locata, membra tremulo succussu qua-  
tit.' De *arcula* etiam Apollonius  
Argonaut. 3. Ἡ δὲ τίς γλαφυρὴς ἐξ-  
εἴλετο φαρμακίῳ φάρμακον. . . Vide  
quod discrimen statuatur additamentum  
unius *litrulæ*: quid momenti afferat  
vel apex unus repositus tempestive.  
En et Varronis locum in eadem voce  
corruptum: facilem emendatum fateor,  
at non ideo præterendum. 'Ubi vi-  
dent se cantando ex ara excantare  
non posse, diripere incipiunt:' legen-  
dum *arca*. Pric. Adstipulatnr non-  
nihil Ms. D'Orv. *acula*: et citat *arcula*  
h. l. Barm. ad Prop. iv. 5. 13. Non  
aequor tamen. Si locus secretus fuit,  
magicisque sacrificiis destinatus, ut  
perhibebant accusatores, *arula* deesse  
non poterat: sive capias de parva  
ara, sive, quod malim, de strue ligno-  
rum, quæ in sacris magicis fieri sole-  
bat, et quæ pro *ara*, ἱσχύρα erat. cf.  
Heynius ad Virg. Æn. iv. vs. 504.  
*Arula*, pro acervo terræ, et alibi oc-  
currit. J. B.

*Carmine cantatum corruisse*] Zona-  
ras in Constant. M. Ζαμβρὴς παρὰ  
Ἰουδαίους ἀνὴρ γόνος βοῦν ἐνεχθῆναι ἡξίου  
διὰ τοῦτο λέγειν, μέλλων ἐνδείξασθαι τὴν  
δύναμιν τοῦ οἰκείου θεοῦ. προσηρέχθη ὁ  
βοῦς, πεπλησίακεν αὐτῷ, ἀπεφιδύρισε τε  
eis τὸ οὖς, κάκεινος μέγα τε καὶ γοερὸν  
μικησάμενος, καὶ τρόμῳ συνδυηθεὶς, κα-  
ταπέτακε. Dæmonas καταβαλικοὺς ha-  
bes apud Tertullian. lib. de Anima  
cap. 28. Pric.

*Paucis consociis testibus corruisse*] Se-  
neca de Epilepticis, de Ira iii. 10.  
'Vitaverunt turbam, et sine teste  
cecidērunt.' Pric.

*Pregredi mendacio*] Lactant. Divin.  
Institut. l. iii. cap. 11. 'Quosque pro-  
gredi fingendo liceat.' Idem.

*Præaugium et divinationem*] Non  
credo Appuleium ita argutum fu-  
isse, ut a *præaugio* *Divinationem* dis-

tingneret: quod ut fecisse eum con-  
cedamus, locus non sanus erit: scri-  
bendum supra enim hæc *emolumenta*:  
contra, si discriminis nil posnit, ag-  
noscenda est inutilis quædam gemi-  
natio, quam profecto non possumus  
affingere ei citra noxam. Vide quas  
tricas incidis qui hæc perpendis:  
ego, quantum potest, extricabo te,  
quo te demerear. Dixerat Appnl. ut  
impleretur accusatorum fabula, ad-  
dendum etiam illud fuisse, puerum  
non tantum corruisse, sed etiam multa  
*præaugio* prædixisse; quippe hoc  
(inquit) *emolumentum* canticis ac-  
ceptum ferimus. *Emolumentum* ac-  
ceptum *Præaugium* esse, vel cæco  
apparet, quod tamen invidens oscita-  
tor quispiam, quum hæc percurreret,  
adscriptis Glossæ vice in marg. *Præ-  
augium, Divinationem*: synonymis his,  
ut fieri amat, exponens rem unam.  
Ea imperitiores Librarii receperunt  
post in contextum, et ut Syntaxis  
quodantenus constaret, adjunxerunt  
*σύνθεσμον*. Nōs, ut turbantia locum,  
expellenda censemus, vel enim quam  
longissime potest, ableganda. Pric.  
De Deo Socr. p. 692. Ed. Flor. 'non  
consilio, sed præaugio indigebat; ut  
ubi dubitatione claudicaret, ibi divi-  
natione consisteret.' Et *divinationem*  
a *præaugitione* nihil differre arguit  
Cic. de Divin. i. 31. Quare et mihi  
verba illa *Præaugium et Divinationem*  
suspecta sunt. J. B.

*Nec modo vulgi opinione, verumetiam  
doctorum virorum auctoritate*] Supra  
eadem Antithesi: 'Tam rudes vos  
esse omnium literaturum, omnium de-  
nique vulgi fabularum.' Gellius lib.  
ii. cap. 18. 'Non modo his communi-  
bus hominum sensibus opinionibusque  
comptum non est, sed ne inter Phi-  
sicas quidem Philosophias,' &c. Pric.

PAG. 474 *Verum adcuratissime doc-  
tum atque eruditum*] *Doctus* refertor  
ad disciplinas graviore, et solidam,  
ut ita dicam, perfectamque doctri-  
nam. *Eruditus*, ad humaniorem lite-

raturam et elegantiam. Sic Sallustius L. Sullam 'Græce et Latine juxta atque eruditissime doctum dicit.' Cicero in Bruto, 'Literatè doctus.' Scip. Gent.

*Puerum, &c.]* Græci *ἰσχυροὺς* vocant. Plinius l. xxviii. 'aqua tentare Deos.' Augustin. de Civit. Dei l. vii. c. 35. 'Nam et ipse Numa, ad quem nullus Dei propheta, nullus sanctus angelus mittebatur, hydromantiam facere compulsus est, ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes dæmonum, a quibus audiret quid in sacris constituere atque observare deberet: quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit fuisse allatum.' Plinius l. ult. 'Anachitide in Hydromantia dicant evocari imagines Deorum.' *Casaub.* Add. de divinatione in speculo, idem *Casaub.* ad Spartian. Julian. c. 7. *J. B.*

*Simulacrum Mercurii]* Nam Deorum imagines in aqua videri dicebantur vi Mægia evocata, ut idem scribit lib. ultimo, cap. xi. [vid. sup.] 'Anachitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum: Synochitide umbras inferiorum evocatas teneri.' Idem tradit D. Augustinus lib. viii. de Civit. Dei, cap. 36. de rege Numa: 'Hydromantiam facere compulsus est: ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes Dæmonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere, atque observare deberet, quod genus divinationis Varro a Persis dicit fuisse allatum.' A Persis, id est, ab Oethane, ut Plinius dicto lib. xxx. cap. 1. docet, ubi et Pythagoram in eas regiones hujus Magi discendæ causa profectum dicit, ex quo forte Numa rex hausit, cujus dicitur Pythagoras familiaris et magister fuisse. Plura de his eruditissimus *Casaubonus* in vita *Juliani*, ubi *κατοπτρομαντείας* plures species enumerat, quibus omnibus species e le-

*Deiph. et Var. Clas.*

via tortisque corporibus reddantur, quallæ enses lucidi, pelves, Cyathi, varique genera speculorum; etiamque orbis Lunæ ad hanc insaniam advocatus a Theasalis sagis, in quo literas speculo inscriptas legere. *Spartianus*: 'Et ex, quæ ad speculum dicuntur fieri, in quo pueri præligatis oculis incantato vertice respicere dicuntur.' Ubi idem vir doctissimus malit legere, *Res prospicere*: unde et 'providus puer' infra adpellatur. Sed nihil forte mutandum. Ita enim et *Lucanus* in hac re locutus est lib. vi. 'Mæstum fletu manante cadaver Triatia non equidem Parcarum stamina, dixit, Respexi.' De his ego pueris *Tertallianum* loqui arbitror *Apologetici* xxiii. ubi scribit: 'Magi phantasmata edunt, etiam defunctorum inclamant animas, pueros in oraculum eloquii eliciunt, multa miracula circulatoris præstigiis ludant.' Vide et memorabile *Hydromantiam* exemplum apud *Nic. Choniatem* in imperio *Andronici Comneni* circa finem. *Scip. Gent. Puerum in aqua, &c.]* Specimen *Hydromantiam*, de qua passim in *Libria*. *Propertius*: 'Umbraque quæ Magicis mortuus prodit aquis.' *Damascus* apud *Photium* Cod. 242. *Nicet. Choniast. lib. ii. Pris.*

*Quam quingentes denarios perdidisset, ad Nigidium consultum venisset]* Ita loquitur, quasi non illicitum fuerit hoc tum divinationis genus, quum ad talem virum consultum veneriat. Imperator *Tiberius* vetuit aruspices secreto, et sine testibus consuli. *Suetonius* in eo, cap. 36. *Scip. Gent.*

*Indicasse ubi locorum defossa erat crumena]* Varro in *Fragmentis*: 'Demonstratum præterea quo in loco defodisset aurum.' *Pris.*

*PAG. 475 A pedissequo]* Ex more honestiorum, de quo fusc et eleganter heic *Casaubonus*. *Plantus Asinar.* 'Ego bajulabo, tu ut Dominum decet, ante me ito inanis.' *Idem.*

*Apul.*

9 Q



*In stipe Apollinis]* Lego in stipem: hoc est, cum vellet stipem Apollini conferre: quod tamen apparet eum non fecisse, negotiis, credo, præter expectationem impeditum. De stipe diis inferri solita quia notatum aliis, nihil dicam. Sed cur a pedissequo pecuniam accipit Cato? Quia olim moris non fuit ut viri honesti per urbem incedentes pecunias secum gestarent: quod si qui ad manum habere volebant, ut fere homines liberales et voluptuosi et ostentatores, pedissequorum ipsos comitantium id erat munus et onus. Inde illud est Theophrasti nostri περί ἀλαζονείας. καὶ τῷ παιδί μάχεσθαι οὐκ ἔχοντι χρυσὸν ἐν τῷ ἀκολουθεῖν. Plutarchus in Cimone, αὐτῷ νεανίσκοι παρέπειπον νόμισμα κομίζοντας ἔφθονον, οἱ παρωστῆμαί τοις κομφοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορῇ, σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας. Mos est antiquissimus; nam apud Eustathium legere memini sub finem Iliadis, ex aliquo veteri scriptore, ἡ δὲ ἱστορία, αὐτὸν ἐπαινεῖ τὸν Πεισίστρατον, ἐπειδὴ περὶ ἔργου αὐτοῦ νεανίσκους δύο ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα, ἐξ ὧν διδοὺς εἰσφέρει τι καὶ εἰς ταφὴν. Laërtius in Zenone ποιεῖσας δὲ ποτε κοῖλον ἐπιθήματι τῇ ληκίδι, περιέφερε νόμισμα, λύσιν ἐτοίμην τῶν ἀναγκαίων ἵν' ἔχοι Κράτης ὁ διδάσκαλος. Suave est quod ex eodem scriptore discimus, a delicatis quibusdam et voluptariis aliquando factitatum: ut si servi copia non esset, non solum ipsi nummos circumferrent, sed etiam in vicis et angustis, aliisque locis publicis, occultatam pecuniam haberent, ibique servarent. Verba ejus de Polemone, νόμος δ' ὅς ἐστιν ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὥστε καὶ περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἐτοίμους λύσεις τῶν ἐπιθυμιῶν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σταννοῖς διακρυπτεῖν ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρὸς κλισίᾳ πονεῖν τράβαλον ἐβρίθην προσπεπασμένον αὐτοῖς, διὰ τὴν ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ πρὸς τῶν. Meminit et alibi idem auctor, aliique. Sed hæc præter insti-

tutum. Casaub. Flor. in stipe. V. Casauboni notas. Elmenh. Casauboni auctoritatem reliqui sunt secuti; sed adversantibus Mss. cunctis, qui cum Edd. vet. tenent in stipe: recte; monente Gronovio de Pec. Vet. iv. 11. quem vide. Cato fuit sacerdos Apollinis, et stipem a pedissequo quodam, religionis causa, oblatam, dei sui nomine, accepit. Vel sic tamen rectum foret in stipem. Sed sequendi sunt Libri, et cf. Ind. v. in. Ms. D'Orv. Apollinis. J. B. In stipem Apollinis] Inscriptio vetus, APOLLINI SIANNO STIPE ANN. Varro de L. L. vi. 'Diis quum Thesauris asses dant, stipem dicunt.' Seneca de Benef. lib. vii. cap. 4. 'Omnia Deorum sunt, tamen Diis posuimus donum, et stipem jecimus.' De modo alicubi apud Græcos usitato, hæc Pausanias Achaic. Ἀφρόμενος ὁ τῷ Θεῷ χρέμενος τίθησιν ἐπὶ βαρὺν τοῦ ἀγῶματος ἐν δεξιῇ νόμισμα ἐπιχέριον, καὶ ἑρπύς πρὸς τὸ οὖν τὸν Θεόν, &c. Pric.

*De magicis pueris]* Aldus; de magicis et pueris, male. Tertullianus Apol. cap. 23. 'Porro si, et Magi phantasmata edunt et jam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciant.' Saresber. Policr. lib. ii. cap. 27. 'Dum enim puer ut psalmos addiscerem sacerdoti traditus essem, qui forte speculariam magicam exercebat, contigit ut me et paulo grandiusculum puerum præmissis quibusdam maleficis pro pedibus suis sedentes ad speculariam sacrilegium applicaret, ut in nugibus sacro nescio oleo aut Chrismate delibutis vel in externo et levigato corpore pulvis quod quærebat nostro manifestaretur indicio. Cum itaque prædictis nominibus quæ ipso horrere, licet puerulus essem, daemonum videbantur, et præmissis adjurationibus quas Deo auctore socius meus se nescio quas imagines, tenuiter tamen et nubilosas, videre indicasset, ego quidem ad illud ita cæcus extiti,

ut nihil mihi appareret, nisi unguēs aut pelvis et cætera quæ antea novēram. Exinde ergo ad hujusmodi inutilia judicatus sum, et quasi qui sacrilegia hæc impedirem, ne ad talia accederem condemnatus, et quoties rem hanc exercere decreverant, ego quasi totius divinationis impedimentum arcebar.' vide Notas ad Gennadium p. 196. Elmenh.

*Inter Deos atque homines, natura et loco medias quasdam Divorum potestates intersitas*] In de Deo Socrat. 'Sunt quædam mediæ divinarum potestates iater summum æthera et infimas terras, in isto aëris spatio intersitæ.' Ibid. de iisdem; 'Inter nos ac Deos ut loco regionia, ita ingenio mentis intersitæ.' 'Secundæ Beatitudinis Numina' Marciano Capellæ lib. II. Dissert. 37. 'Ἀδύρωτοι θεῶτατοι Max. Tyrio. Pric.

*Easque divinationes cunctas, et Magorum miracula gubernare*] Ibid. Noster: 'Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denunciata, et varia Magorum miracula, omnesque præsigiorum species reguntur.' Nicephor. ad Synes. *Μαγεία ἐστ' ἡ δὴ τὰν μέγαν Δαμῶνα ἀπεργαῖον*. Minuc. Octav. 'Magi non tantum sciunt Dæmonas, sed etiam quidquid miraculi ludunt, per Dæmonas faciunt.' Idem.

*Delinimento*] Ita, Edd. Vic. Junt. post. quod invitis etiam Mss. rescribendam esse pro *delinimento*, monuit Oudand. ad Met. I. III. p. 192. b. ubi v; Ferri tamen posse h. l. puto *delinimento*, propter adjunctum *odorum*, i. e. unguentorum. In suis tamen Mss. *delen.* invenisse videtur Philom. Pisanus. J. B.

Pao. 476 *Sopore quodam futura rerum præsigire*] Cicero Cat. M. Xenophon. τὰδ. VIII. Damascius apud Photium. Pric.

*Verum enimvero ut ista sunt*] Sic in de Deo Socratis lege, pro eo quod vulgo, *Verum enimvero ut ista sunt*.

Idem.

*Fides impertienda est*] In de Syllogia. Categ. 'Fidemque illis ex se impertiant.' Et in de Deo Socrat. 'Religionum observationibus, et sacrorum suppliciis, fides impertienda est:' ubi Scaligerum *impetrienda* legisse aiant, quod nollem factum. Idem.

*Puer providus*] Lego *puer probus*: providum enim et quod mox subjicitur, solertem esse, non videntur tam convenire, ut videlicet dicatur divina providentia in eo puero, tamquam in bonis ædibus diversari. Dicta hæc de puero, cujus opera usi in vaticinatione magici, de cujus habitu scribit Appuleius secundo de Asino: et meminit illius Lactantius Firmianus, lib. VII. cap. 15: In verbis reliquis, in eo aut divina potestas, visum mihi, τὸ αὐτὸ μῖνον sincerum: fortasse an mutandum in autem: quo modo supra hac oratione particula vero conlocabatur, his verbis: 'qui providentiam mundi curiosius vestigant; et impensius deos celebrant, eos vero vulgo magos nominant.' Pari phrasi apud Plinium non uno loco, nominatim lib. tertio, epist. octava. 'quare ego vero honestissimæ voluntati tuæ pareo.' Stewech. Levissimum mendum, virgula inter *puer* et *providus* interjecta quosdam impulit, ut locum sinistre acciperent, et emendarent scilicet. *Puer providus* dicitur ab Appuleio is, qui ad prævidenda et prædicenda futura adhibetur. Casaub. Male Stewech. p. *probus*. *Providus* est *προϋδωκω*, præsciens. Miles. II. 'Diem commodum peregrinationi cupiens prævidere:' h. e. 'præscire.' Pric. Gruter. Suspici. Ined. I. XXII. c. 6. *providis*, pro, a *providis*. J. B.

*Corpore decorus atque integer deligi*] Plinius de Nerone lib. XXX. cap. 2. 'Sunt quædam Magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obsequi Numina: forte hoc in illo, nihil membris deficit.' Imo et legitimis eorum

sacris mutilatio excelsa. Seneca in controversa. 'Sacerdos non integri corporis quasi mali omnis res vocanda est:' (legebam vitanda) 'hoc in victimis notatur, quanto magis in Sacerdotibus!' Idem in Pontificio Christianorum Jure observatum etiam, Decretal. P. 6. Dist. 55. 'De corpore vitiatu,' h. e. quos sola multas voluntas fecit, at P. Eugenius etiam Presbyterum, cujus duos digitos cum mediocritate palme a prædione abscissos cognoverat, omnino a celebratione Missæ arcendum censuit; 'quia nec secure' (inquit) 'propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri, hoc fieri posse confidimus: ceteris autem officiis Sacerdotalibus fungi minime prohibemus.' Decret. Greg. I. III. Tit. 6. de Cler. egrot. *Prie.*

*Si dignus tamen, &c.]* Concupienda *εὐνοία*, quod miror indicasse neminem. Ratio autem verborum istorum non adeo la aperte est. Elevat, ni fallor, Appuleius puerilem *συμπεριφοράν*, quasi ineptam atque omnino indignam divino hospite. Pulchre etiam in sententiam hanc Anonimus Panegyristas: 'Non frustra doctissimi viri dicunt nataram ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, et ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse, quantus illo celestis spiritus intrarit habitator.' Et Pacatus ad Theodos. 'Angustissima quæque species plurimum creditur trahere de cælo: sive divinus ille animus ventionis in corpore, dignum prius metatar hospitium, sive quom venerit, fingat habitaculum pro habita suo: sive aliud ex allo crescit, et quom si paria junxerunt, utraque majora sunt.' *Idem.*

*Aut ipse animus]* Mss. Florent. Pith. D'Orv. *an ipse an.* Respondet præcedenti *aut*, ubi male Stew. *autem.* Hoc ait Auctor: Puer ille providus debet esse corpore decorus et animo solers, ut, *aut* in corpore deversari

divina potestas, *aut* animus ipse (ubi *ἢ ψυχῇ*, somno illi magico *αὐτῇ καὶ αὐτῇ συνεγερθεῖσα καὶ ἀποσπείρουσα*, futura præ sagiverit) ad prævisorum memoriam prompte erigere se possit: præterea 'ore facundus,' ut prævia bene possit enunciare. *J. B.*

*Ad divinationem suam]* Putabam verius ad divinam naturam suam, ut paullo ante, 'redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet ac divina:' sed nec vulgatum damno. *Casub.* Conjecturam tamen antiquæ et scriptæ lectioni prætulerunt Scal. in Ed. Vulc. sec. Wow. Elm. Scriv. me non probante. Ubi per somnum, ait Auctor, puer futura præ sagiverit, et animus, a somno illo expergitus, ad humani animi vulgarem conditionem redierit, eorum, quæ per somnum vidisset, statim oblivisceretur, nisi animo solers esset puer. Sed ea animi præstantia requiritur, ut cito ad *divinationem suam*, i. e. ad ea quæ per somnum divinavit, præ sagivit, reduci possit: quarum quidem rerum prævisarum notiones prompte ipsi insitæ facile resumunt debent, ne oblivione ulla sancita et hebetes fiant, quemadmodum in rebus per somnum visa fieri solet; quo pertinet illud monitum somni, Agamemnoni a Jove immisit, apud poetam Il. β. vs. 38. *καὶ δὲ σε λάθῃ Διόπτω, εὖ' ἔν σε μολύβραι ὄνειρος ἀντή.* *J. B.*

*Ex omni ligno]* Euseb. de Prepar. Evangel. lib. v. 'Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀγέλατα αὐτοὶ ἐπέβατο τοῖς χυλοῖς καὶ ἐκ τοιαύτης ὕλης δηλῶσαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἔχοντα τοὺς τὸν τρέφαν. *Colo.* Non ex omni ligno debet Mercurius exculpri] Plinius lib. xvi. 'Quidam superstitiosius exquirunt materiam unde Numen exculpant, et quanquam Priapus ille Dens faciliis et crassus hæc gravatur ficulnus esse, ac non tamen idem liceat in Mercurio, Deo tam ingenioso, totque prædite artibus.' Jamblich. Vit. Pythag. cap. 84. *Τὸν μὲν γὰρ ἐκδομένου τοῦτο Ἐρμῆν ζῆναι εἰς*

τὴν δὲ δέσσειν ἔχον ἐπιτρέθειον. Hoc ἔχον ἐπιτρέθειον Pausanias Arcadic. ait φέειν esse, de quo Theophrast. Vid. lib. v. cap. 5. *Pric.*

*Thallus*] Nomen servile censeo *Thal-*us scribendum. Lapis vet. D. M. TI CLAUDII AUG. LIB. THALETIS VINCIANI NOMENCLATORIS A GENAIBUS THALUS ET JANUARIA LIB. D. S. P. et in alio THALUSA LIBERTA. Vetus Epigramma: 'Liberta et conjunx Petronia cara Patrone, Thalusa hoc tumulis condita luce caret.' *Idem.* Est a Gr. Θαλλός, quod et θαλλός scribitur. *Thalusa* a θαλλουσα sive θαλλουσα. *Thalli* nomen frequens est in inscriptionibus et monumentis antiquis, per II. adi. Bernmann. ad Anthol. Lat. lib. iv. Ep. 79. vs. 2. *J. B.*

PAG. 477 *Utter aut quater die corr.]* Loquitur de morbo comitiali, quem putabant a Luna immitti flagitiosis hominibus, unde et sacrum cum appellarunt. Arctæus Cappadox de diuturna morb. causis pag. 40. Theophrastus in Mattheum c. 4. Theodorus Priscianus lib. xi. cap. 11. Celsus Aurelianus lib. i. c. 4. Celsus lib. iii. c. 28. *Elmenh.* Aut non est in Pith. et calamo expunxit Salm. Infra p. 550. 'Ter et quater.' Horat. i. Od. 18. vs. 3. 'ter et quater.' Virg. Georg. i. vs. 410. 'Ter gutture voces Aut quater ingeminant.' *J. B.*

*Q. in Th. despuant]* Sic lego cum Florent. membr. Vulgati *despiciant* habent. Vide Ind. *Elmenh.* Jam ante *Elmenh.* quem sequuntur *Pric.* et *Scriv.* in Ed. Junt. post. editum *despuant:* præclare. Membranis Florent. accedunt diserte Mas. Bamb. et D'Orv. quare depravatam veterem lectionem revocare non debuerant Flor. Edd. Altenb. et Bip. *Despiciant* (nam sic est in Ms. Pith. et Edd. vet. plerisque, non *disp.*) ortum vel ex scripturæ similitudine, vel ab interpolatore, qui nesciebat frequentem illum despuendi ritum. Sic *despuere* in *dispuere* et *dispicere* abiit in

Mas. Prudentii Apoth. vs. ult. *Id.* contra Symm. vs. 580. 'Jovis infectam sanie non despuat aram.' De despuendi ritu in morbo comitiali vide dicta ad Planti Capt. iii. 4. 18. ibique cit. Casanb. ad Theophrasti Charact. c. 16. extr. add. Broukha. ad Tibal. i. 2. 54. *Pric.* ad h. l. Plin. x. 28. extr. 'Comitiale propter morbum despu suethum.' *Quid in Thallo despuant,* i. e. quid sit illud mali in Thallo, quod despuendo avertere cupiunt. *J. B.* *Quid in Thallo despuant]* Morbum comitiale nempe. Plinius lib. xxviii. cap. 4. 'Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus.' Plant. Captiv. 'Illic isti qui imputatur morbus interdum venit.' *Pric.*

*Eodem poclo bibere]* Lucilius apud Nonnium: 'Eodem poclo bibo, eodem amplector.' *Idem.*

*Ves ipsi videtis.]* Quid videbant? Thallum certe non: nam ille non aderat. Num igitur, illum, multo prius quam App. (Eam veniret, corrumpere solitum? Sed tum leg. *videtis.* Quare rescribo, quod marginali adiecit Salm. *ves ipsi, si audetis, negate, &c.* Prime omissum fuerat *si*, ob proximè præcedens *ipsi:* dein, ad aliquem eliciendam sensum, *audetis* mutatum in *videtis.* Alloquitur orator accusatores suos, non auditores. *J. B.*

PAG. 478 *Rus oblegatus in longinquos agros, ne familiam contaminaret]* Titinius apud Festum: 'Rus detrudetur pediculus aqualidus.' D. Ambros. Apolog. David. c. 14. 'Plerique divitem amandare consueverunt mancipia sua, et per agellulos relegare.' *Pric.*

*Corpore morbido]* Νεσπεφ, Onomast. vet. *Idem.*

*Cujus caput contingat]* Profecto hic locus, si quis alius, observatione dignus: habet enim ritum quempiam in susarris Magicis instinguendis usitatum, ut a nullo Commentatorum expositum, ita reapse minus protritum. Fateor non incommode referri

posse ad *προσεγγίζου* illas, quibus Magi ut plurimum carmina infundebant sua: ut ex Zonara superius adducto, Hellodoro lib. vi. aliisque conspecti nominis Scriptoribus haud incompertum est: imo (ut quod sentio dicam,) ita capiendum censeo: obiter admonebo tamen, sententiam hanc non eam esse, quæ etiam aliis aditum præcludat prorsus. Oro, qui scimus an protensio manus designetur, necne? male non convenit certe *τὸ contingat*: quin et nescio quid legisse videor mihi apud D. Chrysost. in Act. Apost. ubi de pueri contacto capite disertim mentio; quod tamen loci hujus esse non affirmare ausim. Liber ad manum non est, eoque minus eum locum adduco: cæterum defectum ejus (idque ni fallor, prolixè) sarciam, adscripto alio necdum typis edito, in quo ejusmodi extensionis, charta inter digitos conclusa, ad quodeunque libido ferret instinguendum potentiam, planeque Diabolicam vim luculentissime expressam videas. Extat autem in Chronico Richerii Senoniensis Monachi, stilo rudiori scriptus, neque tantum temporibus iis, sed et nonnihil narrationis fidel consentaneo forsàn. *Idem*. Sequitur narratio de Magistro Roberto, qui chartulam tanta arte composuerat, ut si eam capiti alicujus imponeret, quæcunque ille vellet, fateretur: quia Magister ille usus dicitur ad matronam, quæ ejus libidini obsequi volebat, morti addicendam, ut quæ confessa fuerat, se e secta Hæreticorum esse. Detecta tamen fuit fraus ab ipsius matronæ filio, qui nefario Prædicatori chartulam de manibus excussit: quo facto meritas sceleris pœnas dedisse dicitur Magister Robertus. *J. B.*

*Pulchro pallio*] Non displiceat puro pallio. Vide Festum in 'pura vestiment.' *Cassub.* Adsentior doctissimo viro, qui puro pallio legit, ut intelligatur, quod Festus 'pura vestimenta'

vocari dicit, 'non obsita, non fulguriata, non funesta, non maculata:' quæstia Sacerdotum erant. atque ita Lucius noster hic, 'quem quis sacrificio adhibent.' De Pallio Sophistico, quo Novitii Athenis amiciebantur, videndus Olympiodorus in excerptis Photii. Similis ritus in Germania, quæ Depositio Scholastica dicitur. *Sc. Gent.* Ed. Junt. post. jam dederat puro, quod addidit Ms. Pith. et auctore Casanbono amplexi sunt Wow. Elm. cum seqq. Pro amiciat Ed. Ven. amiciatur. Mox *τὸ speret* exsulat a D'Orv. pro quo. Bemb. *spectet*. *J. B.*

*Oculos truces in te invertisset*] Salvia. Maasil. 'Vibrans in os meum truces oculos.' *Pric.* *Oculos t. i. t. i. faciem tuam spumabundus conspuisset*] Lucian. hoc ipso argumento in *Φιλοφενδ.* *Τῷ ὀφθαλμῷ διαστρέφοντας, καὶ ὀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στέμα.* Gelius de irascente l. i. cap. ult. 'Oculi truces, os turbidum, et in spumam effervescens.' Nicander de intoxicato *Ἀλεξίφαρ.* *Λοχαῖς δὲ κόραις ταυρόδεα λεύσσων, Θήγαι λευκὸν ὀδόντα, παραφρίζει δὲ χαλινούς.* *Idem*.

*PAG. 479 Caput succussisset*] In eadem re Seneca, de Ira iii. 10. 'Memoria sublabitur, caputque versatur.' *Idem*.

*Ejus ruina*] Hac voce, hoc eodem argumento Sammonicus utitur cap. 58. 'Ipse Deus memorat dubiæ per tempora Lanæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.' *Idem*.

*Gagates*] Anselmus Boëtius in historia gemmarum et lapidum lib. ii. cap. 165. *Ætius* Tetrabibli primæ serm. ii. cap. 24. 'Suffitus gagatis menses ac secundas detrahit, deprehendit item et arguit morbos comitiales. Gagates suffitu serpentes fugat, dæmonicos prodit, ac dæmonibus adversari creditur. Epileptici autem et morbo Comitiali laborantes, si suffitum ipsius olfecerint, extemplo morbo corripiantur, ob id num librati sint, nec ne, hac nota facile per-

capitur. Contra nocturna terribilissima, Ephialten, daemonumque vexationes ac præstigia gestatus plurimum conducit.' *Elmenh.* Vide de Gagate et aliquoties cum eo confuso gangite lapide Salmas. ad Solin. pag. 178. seqq. Turneb. *Advers.* xvii. 15. Beram. ad Lucan. vi. vs. 676. Gentil. ad h. l. J. B. *Quum incensus Gagate lapis, ut apud Physicos lego*] Libet de hoc lapide verba Henrici Huntingdonii Anglicanarum Histor. lib. i. in principio, in descriptione Britanniae, adscribere: 'Gignit etiam lapidem Gagate plurimum optimumque. Est autem nigrogemmeus, et ardens: igne accensus serpentes fugat, attritu calefactus adplicita detinet æque, ut succinum.' Alius est lapis Achates, sive Agathes, in Sicilia, de quo Facellus lib. i. de Rebus Sicul. cap. 4. et Priscianus de situ orbis. *Scip. Gent.*

[*Cujus odore etiam, &c.*] Optime heic locum habere possunt, quæ de pisciculo quodam supra Noster: 'Apud veteres Philosophos proprietatem hanc non reperio, quanquam omnium rarissima sit, et hercle memoranda.' *Pric.*

[*Venaliitas*] *Δουλοπρατηρις*. Vide *Pric.* ad h. l. et VV. DD. ad Petron. cap. 29. ubi tamen dubitat Burm. an *venaliitium* dici possit locus in quo vendebantur servi, et exponendum putat, turbam, gregem servorum venalium. J. B. *In venaliitis*] Scribend. per c. 'Venalicium' est 'forum venalium,' *Δουλοπρατήριον*. Vennoleius. l. ult. § 2. de edilit. Edict. 'E venalicio novitiorum emptus.' Ulpianus autem l. v. § 1. de Jure delib. videtur posuisse id verbi pro *venalibus*: quam conjecturam nostram non respuit qui insperxit locum, et in emendis speciosis mancipiis Romanorum luxu meminere. Ab hujusmodi *venalibus* dicti 'Mercatores venalicii.' Cicero Oratore: 'Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Læ-

lios multi venalicii mercatores superarunt.' Inscriptio vetus:

L. VALERIVS.

ZABDAE. MERCAT.

VENALICI. L.

Onomast. vet. 'Venalicius, *Ἀγοραστής*. Idem et 'Venaliciarii.' Glossæ: *Μεταβάλλος, μεταπράτης ἀγοραστής*, Mango, venaliciarius.' Aliæ: 'Venaliciarius, *Λοματέμπορος*.' *Pric.*

PAO. 480 *Piaculari sacro*] *Ἀποδομικήσιν*. In de Deo Socrat. 'Piacularibus sceleribus.' Isidor. 'Proculum, abominatio:.' fors *Piaculum*. Idem.

[*Etsi nihil ad religionem suffragaretur*] In verbis hæreo: nec scio an satis bene emendem *etsi nihil ad libidinem suffragaretur*. Sententiam facile video: quam iterum infra expressam video. 'Ceterum,' ait, 'nequeo in animum inducere tam stultum Æmilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, et ejusdem accusatoris mei, obfaturas.' *Casaub.* Corrupte. Fortasse rescribendum, *nihil ad delationem suffragaretur*. Wower. *Libidinem*. Alii *delationem*. Flor. et Rom. *religionem*: quod retinet et explicat Scipio Gentilis. [vid. inf.] *Elmenh.* Nul- lus heic *libidini* locus, quod reponere *Casaub.* gestiebat: multo minus Wowerii conjecturæ, scribentis *delationem*. *Religionem* signate dixit Noster, ut et alii sexcenti. Cicero: 'Habeo Judices, quem vos socium vestræ religionis jurisquejurandi facile esse patiemini.' Tacitus: 'Securum adversus æmulos et religione judicum meritam laudem assequunturum.' l. v. Cod. de Testib. 'Religio judiciaria.' *Διαδίκωντος ἀρχινοίαν καὶ θεοφιλίαν* Harmenopolus vocat. Lib. i. Tit. 7. 'Fidem jurajurandi' Phædrus iii. 10. *Pric.* Excepta Vule. sec. quæ *Casauboni* conjecturam, *libidinem*, expressit, Edd. habent *nihil ad religionem suffragaretur*: et in *religionem* consentiunt Mss. O. quod explicant de religione judicis. (ut serpini-

me, v. Brissen. de V. S.) Locum hoc modo interpretatur Florid. 'cujus quamvis pueritia nihil conferret ad religionem movendam iudici, accusatoris tamen persona, quam sustinet, detraheret ei fidem.' Jangorm. Ep. 31. inter Gadian. p. 364. pro nihil reponebat *nihil*: ut sit sensus, pueritiam Pudentis posse movere suspicionem de sacris magicis, quia enim ad sacra illa opus est pueris. Neutrum ab omni parte mihi placet: sed verisimam censeo lectionem, ad quam ducunt D'Orv. Pith. *refragetur*, quemadmodum mox etiam *deroget*, quod et Salm. scripsit in marg. Legendum itaque *nihil ad relig. refragetur*: hoc sensu: Etiam si ad testimonii religionem minuendam nihil faceret ejus pueritia, tamen vel propterea omnis ei fides deroganda, quia sustinet personam accusatoris, cui adversus reum testimonium dicere non datur. J. B. Cujus pueritia, et si nihil ad religionem suffragaretur, tamen *adversatio fidem derogaret*] Hæret vir doctissimus in verbo, Religionem, atque inclinat, ut legat, *ad libidinem*. Nihil mutandum est: etenim religionem Iudicum intelligit, quam instruere testimonium pueri non potest, quum Pueri a testimonio dicendo arceantur in causis, præsertim capitalibus; immo et minores xxv. annis. Neque puer solum Pudens, sed et inimicus et adulator Appuleii; quum altera causæ repellendi testis. Appuleius ipse infra utramque conjungit, quum ait: 'Cæterum neque in animum inducere, tam stultum Æmilianum eas, ut arbitretur mihi literas pueri, et adulatoris mei obfuturas.' Ubi et tertiam causam notes, quod literis, non voce testimonium dicat. At Divus Adrianus generaliter re-scripsit, testibus se, non testimoniis credere. L. III. vers. divi. ff. de testib. Et Orator idem noster, infra alio loco: 'Cur autem testimonium ex bello legistis? Cræsus ipse ubi gen-

tium est?' Quantum etiam vitium in hoc testimonio notari potest, quod unus pueri, quum ne duorum quidem aut plurium idoneum sit. *Scip. Gent.*

*Facilius fuit*] Facilius hoc loco non *abxepderaper* est, sed *exxepderaper*. Q. Cicero ad M. Fratr. de petit. Consul. 'Facile præceptum est ut quod acturus sis, id significes te studiasse ac libenter eas facturum.' Varro de R. R. lib. II. 'Facile est quod habeant conservam in Villa.' Selvian. III. contra Avar. 'Facilius est hec deesse filii quippiam, quam parentibus in futuro.' *Prie.*

*Dementire*] Vulg. *dementiri*. Sed Apologia II. 'sese mea Magia in animum inductam dementire' ubi in Rom. ed. *dementare*. Utramque Veteribus usitatum repperias. Glossarium: 'Dementat, *ἀπαρῶν, ἀρῶν, ἀρῶνιδος*.' Lucet. III. 'Dementit enim, delirare fatur.' Tertull. de Anima: 'Nam et cum dementit homo, dementit anima.' Marcianus Capella L. VIII. 'Desipere vel dementare *οὐπλῆσθι*.' Colo. Add. Haverc. ad Tertull. Apol. c. 28. *Dementire* videtur confirmari Mas. Florent. Sed Pith. et D'Orv. cum Edd. ante Colv. *dementiri*. J. B. *Tote ut ipsum diceret interfuisse, et ex se sacro capias dementire*] Venustam Ironiam! si fluxiones (inquit) mentis invaletudinem, prospexisses melius tibi, aperuisse veniam calumniam. Juvenal. Sat. II. 'Furor ipse Dat veniam.' Senec. Herc. Fur. 'Solus te jam præstare potest Furor incantem.' Selvian. Masiliens. 'Nulla res minus culpanda est quam amentia: voluntas crimen non habet, ubi furor peccatur.' V. lib. IV. D. de in jus voc. Jul. Paul. Recept. Sent. Lib. V. Tit. de Injur. Et huc refer quæ de Octavio quodam narrat in Julio Suetonio, et de Dræso Tacitus Annal. XVI. *Prie.* *Dementire*] V. Colvium, aut (qui cum ex-scripsisse videtur) Gentilem. Estne hoc novæ observationes afferre, an

alium recognoscere? *Idem.*

*Mendacium frigare*] *Καυορπαρὺς* sic Græci suum *ψαυγός*. V. Casaub. Not. ad Sætonii Claud. *Idem.*

*Atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est*] Cur autem speciem? immo eadem plane videatur, id est, de puerorum testimoniis: sed aliam dicit duabus de causis: una est quod pueri isti, de quibus nunc loquitur, servi erant: altera, quod spe libertatis ad mentendum erant confirmati. Species quædam Translationis Rhetoricæ hic notanda est; de quibus Quintilianus lib. iii. et Alciatus, et Antonius Augustinus in libris Emenationum. *Scip. Gent.*

*Ultro provoco*] Plerique libri vulgati, *vitro provoco*. Refer ad clepsydram iudicariam. Suidas *δρ' ἐπ' ἔσθ*. *Wower.* Alii *vitro prov.* Elmsloh. Legi non nemo voluit, *vitro provoco*: namque quia res hæc acta est ad æquam. En cor Zenedoti, en jocus Crætesis! *Prie.* Merita est Typothetæ vitium in Edd. Ald. Bas. *pr. J. B.*

*Pueros quos spe libertatis audio confirmatos ad mentendum*] Sinenia apud Nonnum III. Historiarum: 'Servulum ejus premio libertatis inductum, cum tumultu conventum populum perduxit armatum:' scribebam, *conventum populi perdure armatum.* *Prie.*

PAG. 481 *Postulo, et flagito*] Cicero pro Fonteio: 'Insector ultro atque inсто arecentori: Insector, inquam, ac flagito testis.' Et pro Plancio: 'Etiam atque etiam inсто, atque urgeo: insector, posco, atque adeo flagito crimen.' *Idem.*

*Non apus ad hoc*] Sic apud oratores Græcos: *ὁ γὰρ ἐπὶ θανάτου λέγειν.* Casaub. D'Ov. non habet ad. J. B.

*Non apus licet ad hoc utare*] Demosth. *κατ' ἐξουσίαν.* *Et φασι μὴ τοῦτο φαίσεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ἐπὶ θανάτου, τοῦτο βούλεται, ὅτι ἐπὶ τῇ παρηγορίᾳ.* *Prie.*

Quid taces? quid contaris? quid re-

spectas? Antea, 'Postulo, Flagito, ultro provoco,' dixit. Plane, ut Cicero in ea pro Plancio: 'Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? Etiam, atque etiam inсто, atque urgeo, Insector, posco, atque adeo flagito crimen.' *Scip. Gent.*

*Legibus delegata*] Lib. ix. Cod. de Assess. 'Judicio, legibusque tradantur.' Siden. lib. vii. Epist. 7. 'Serrenatum Barbaris Provincias prepinantem, non timuerunt legibus tradere.' *Prie.*

*Duodecim Tabulis interdicta*] Ammian. Marcellin. lib. xxvi. 'Filium suum venefico tradidisse, docendum artium nefariorum secreta, legibus interdicta.' *Idem.*

*Ob incredulas frugum illocubras*] 'Illocubras' sunt 'Excantationes,' ut in verbis legis, 'Si quis alienas fruges excantasset.' h. e. de loco suo carminibus perlexerit. D. August. de Civit. viii. 10. 'Hac pestifera scelerataque doctrina fractus alieni in alias terras transferri perhibentur.' Auther Querrelli: 'Messis hæc atque illac transferant diris tempestatibus?' obiter adverte etiam, quid sit *Incontare*: fruges nocere nempè, facere ut arescant. De hoc maleficii genere capiendus Petronius: 'Florida Tellus Quam vole, apissatis arescit languida succis.' Et Ovid. 'Carminibus læsa Ceres steriles vaneſcit in herbas.' *Idem.*

Cui non modo cervorum, &c.] Casaub. ad Athen. xiv. 10. Elmsloh. ad Minucium. *Idem.*

*XViri curis fac.*] Ironia: ut mox: 'et video vos palaestritum, non magum accensatum venistis.' *Drant.*

*Si conscientie nimis multi s.*] Nihil lætio: puto scribendum, *si conscientie nimis multi sunt.* Vocem nimis mutatum in unius, quæ dictio totidem apicibus constat: quamquam ei quis utramque vocem censent retinendam, non refragor. Ita legimus, conscientia nimis multi sunt. catum dic-



tum est nimis verum. *Casaub. Leg. si c. unus m. s.* Arguta sententia, quæ nulla est, ut nunc verba leguntur. Neque mihi constructionis raram faciem quis dicat. Ad Grammaticos abeat, qui hic offenditur. Eadem locutionis forma est, quæ sequitur: XV. *liberi homines, populus est; totidem servi, familia.* Recte ita lego. Sed amico meo videbatur, *Si conscientia nimis multi sunt*, i. e. si ipsa conscientia multorum instar testium est. Non hoc voluit Auctor. Sed, quorum, inquit, tot servos concios adhibuissim; cum si unus concius sit, tantundem esse periculi videatur, ac si concii multi sint? *Acidal. Conscientia nimis multi sunt.* Veterem hanc lectionem nihili esse pronuciaverat *Casaub.* quare deinceps editores, eo suadente, dedere *conscientia unus multi sunt*, quomodo legendum esse suspicatus quoque est Gruter. *Snaspic. Ined. xxii. 6.* Equidem illud viris doctis non adsentio, et ne ferendam quidem eo sensu locutionem arbitror. Itaque restitui veterem lectionem, ejus sensus est: si nimis quam facile per tot servos res magica, quæ in occulto fieri solet, ad conscientiam, i. e. ad notitiam vulgi pervenire potest. Supra: 'Sciunt ergo aliquid quindecim servi, et occultum est? . . . Alterum horum fatearis necesse est, aut illicitum non fuisse in quo tot concios timuerim; aut si illicitum fuit, scire tot concios non debuissim.' *Unus* tamen firmatur auctoritate *Ms. Florent.* et *D'Orv.* Sed *conscientia* servant *Mss.* quantum scio, O. Unde, ni fallor, clare patet, illud *unus* ex solita confusione *τῶν unus* et *nimis* ortum esse. *Groslof. adlevit, si conscientia unus multi sunt.* i. e. si ad rem divulgandam vel unus instar multorum est. *J. B.*

*Quindecim liberi homines, populus est]* Mirum hoc alicui videatur. Sed populum intellige, vicum, vel aliam exiguum multitudinem in unum locum

jure congregatam. Sic Græcum *ἄμμος* accipitur. Tradit enim Aristoteles in libello de Poëtica *ἄμμος* ab Atticis vocatos esse, quos alii *κάμμος*, sen viços appellarent. et Festus, '*ἄμμοι*, apud Atticos, sunt apud nos pagi.' Non est autem absurdum, vicum quindecim tantum liberis hominibus constare, præsertim si solos patres familiarum eo nomine intelligamus; quibus alii multi subsunt. At Justinus lib. x. 'in tanto populo,' inquit; loquens de quinquaginta filiis. *Scip. Gent.*

*Totidem vincti, ergastulum]* Veteres glossæ: '*Ergastulum, τῶνος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται.*' Locus in quo vincti operantur: de ergastulis servorum apud Romanos erudite, ut omnia, doctor noster J. Lipsius exposuit lib. ii. *Electorum*, cap. 15. ubi locum hunc Appuleii citans, ait: Non sic tamen, ut dico, tres servi vincti Ergastulum confecerint: sed certo numero, quem acceptum referes soli Appuleio, quindecim, &c. Quod tamen de pleno legitimoque ergastulo dictum capio: quia alias scio, penalem illum carcerem stetitisse numero minore. Ibidem servos ergastularios, *ἀπλῶς* vinctos nominatos docet: ut hic Appuleii locus etiam demonstrat; qui Milesia ix. pedes iis annulatos tribuit, quod catenæ, quibus ii adstricti, orbes e ferro essent, instar annulorum. *Florus*, 'catenatos cultores,' dicit. *Idem.*

PAG. 483 *An adjutorio]* Alii libri *auditorio*, credo parum visam Latinam vocem Taciti, Suetonii, et Senecæ, *adjutorio*. Aut illi certe lolo victitabant qui hæc corruperunt: 'tenere hostias' dictum ut ab Epicteto apud Arrianum *περὶ τῶν μαντευομένων* quodam loco, *κρατῶν τὰ σπλάγγνα*. nam idem ritus ab utroque intelligitur. Hostiarum lustralium in magicis sacris meminit Tibullus, 'Et me lustravit tædis, et nocte serena Concidit ad Magicos hostia pulla deos.' *Ca-*

saub. Fulv. Rom. et Flor. *adjutorio*. Elmenh. Excerpt. e vett. Gloss. 'Adjutorium; *βοήθεια*.' *Pric.* Auditorio male editum in Edd. Ald. Junt. post. Colv. Vulc. pr. et paucis aliis vett. Quod, licet jam monitum a Casaub. mireris iterum intrusum ab Elmenh. et Scriv. contra Mss. O. Auditorum non est hostias lustrales tenere, sed adjutorum. De *roû adjutorium* frequentiori apud Latinos auctores usu, quam vulgo putatur, vide Tennl. ad Front. Stratag. iv. 7. § 31. et Oudend. ad ejusd. l. ii. 5. § 11. J. B.

*Grana th. numerarent*] Inivitis libris et Interpretibus omnibus lego *mandarent*. Eupapius pari argumento *ἀβάρου χόρπον καθάρισας*. Marcian. Capella vocat 'Aroma præparare.' Cum hæc satis dixi, cape et Petronii illa: 'Ut solvit ergo licio pannum, partem leguminis super mensam effudit, jussitque me diligenter purgare.' Loquitur de maleficio: nil certius lectione nostra. *Pric.*

*Perductam*] D'Orv. *productam*. cf. Met. lib. ii. pag. 146. b. coll. lib. vii. pag. 576. a. et lib. xi. pag. 782. b. J. B.

*Ejusdem Thalli valetudo*.] Latinitatis ratio postulat, *Thallo*: genus loquendi est translaticium et jam pueris notum: in libello tamen de Deo Socratis ita emendandus venit locus quem corruerunt, qui similem huic *φῶδον* non intelligebant. 'Socrates, sicubi locorum aliena sapientiæ officiis consultatio ingruerat, ibi sui dæmonis præsignio regebatur': hodie legitur, *alienæ*: nullo plane sensu: separat officia sapientiæ, a divinatione. Sic paullo ante, 'sicubi tamen interfectis sapientiæ officiis, non consilio, sed præsignio indigebat.' Quo loco anceps animi sum, dixerintne Auctor, *interfecta sapientiæ officia*, ut Plautus, 'occisa hæc res Est': an potius legendum *interfectis*, vel *interceptis*. Casaubonus. Scal. in Ed. Vulc. sec.

et Wow. fidenter dedere *Thallo*. Frustra. 'Eadem Thalli valetudo,' i. e. eadem valetudo, quæ est valetudo Thalli. Genit. *Thalli* non regitur a *τῇ ejusdem*, sed a nomine *valetudo*. Pro *pollic. sim* Pith. poll. sum. J. B.

*Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est*] Id est, ut inspiceretur, antiquæ. Sallustius: 'Quo cum Tisidius ad imperandum vocaretur,' id est, ut imperium acciperet, pareret. Cicero: 'Ades ad imperandum: sic enim Veteres loquebantur.' Idem in Jure nostro Dnarens annotavit, licet quidam dissentiant. *Scip. Gent. Ad inspiciendum*] Sic etiam Plautus Pers. 'Morbum inspiciere.' Valerius 'canssam inspiciere,' et Petronius 'querelam.' Cicero pro Flacco: 'Vos oro, Judices, et obtestor, ut totam canssam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini.' *Pric.*

*Nimis inquietam*] Lat. Latino. *minus quietam*. Frustra. *Nimis*, i. e. valde: ut sæpe. V. Ind. Capitol. in Gord. Jun. c. 18. 'Serenus Sammonico nimis acceptus et carus usque adeo, ut,' &c. id. in Maxim. et Balb. c. 6. 'ad rem Venerem nimis rarus.' Treb. Poll. 30. Tyr. c. 9. 'Nimietas crudelitatis.' J. B.

*Discessisse*] Sic Mss. Pith. D'Orv. cum Edd. ante Colv. qui cum seqq. dedit *decessisse*. Utrumque notat *abire*. Sed absolute, non addito casu, aut loco e quo sive ad quem abitur, Appul. utique semper notitur verbo *discedere*. V. Met. i. p. 48. et 79. ii. p. 101. 106. 108. et 115. iii. p. 196. et 203. iv. p. 277. v. p. 326. vi. p. 407. vii. p. 458. et 462. ix. p. 604. x. p. 704. et 747. xi. p. 790. de D. Plat. lib. i. p. 682. Ed. Flor. Sed *decedere*, vel est, locum alii cedere, ut Met. lib. i. p. 70. lib. xi. p. 766. vel cum casu aliquo jungitur, ut 'decedere menas,' Met. i. iv. p. 287. cf. ii. p. 95. vel additur locus, e quo sive ad quem abitur: ut 'decedere

ad somnum' Met. l. v. p. 329. 'decedere e triclinio' Met. l. x. p. 715. *Idem.*

*Sedulo impresentiarum, a laudibus tuis ampero]* Eodem artificio III. Floridorum: 'Metuo quidem, Scipie, quoniam laudes tuas attigi, ne me impresentiarum frænet vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia.' Simillime libro IV. etiam, ad Pop. Carthag. 'Facilius laudes vestras alibi gentium quam apud vos prædicarim; ita apud vos cuique modestia obnoxia est, apud extraneos autem veritas libera:' male se habet locus, Brantius tentabat, *Ita apud vos utique modestia e. e. molius (aut fallor) ego, Ita apud suos cuique, &c. Pric.*

*Quæsiisti tu, &c. quod mihi emolumentum fuerit incensendi]* Infra: 'Respondent Emilianus aut Ruffinus, ob quod emolumentum, etiam maxime Magnus forem, Pudentillam carminibus et venenis pollexissem.' Cicero pro Roscio: 'L. Cassius ille, quem Pop. Romanus verissimum et sapientissimum Judicem putabat, identidem in causis querere solebat, cui bene fuisset; sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere.' Fulgent. I. Mythol. 'Ubi emolumentum deest poëthi, causa cessat inquiri.' Lysias Ἀδὴν Ἀποκρινῶν. Εἰδότες γὰρ ὁρῶμεν τὰ τοιαῦτα οἷα ἰσχυρῶς ἀλλὰ κέρτους ἔχουσι νομοῖν· καὶ ἐπὶ ταῖς ἐλάσις οὐκ ἐκινῶν, καὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ τοῖς θῆραις τὰς ἀνθρώπων νομοθεσίαι, ἀποφαίνονται ἵνα ἐπὶ ταῖς τοῖς ἀνθρώπων ἐκείνῃ. Miles. III. Noster: 'Vel certe illa præda monstraretur, cujus cupidine tantum flagitium credatur admissum.' *Idem.*

*Pulchre ac peracriter tertio quæsiisti]* Hæc est *Solertia* illa *percontandi* quam supra laudat: quæ tamen Judici an permissa, disceptant quidam. Phaverinus apud Gellium l. XIV. c. 2. 'Atque illud amplius ambigi ac dubitari scio, debeantne Index inter cognoscendum ea quæ dicto quæsitique

opus est, dicere et querere, etiamse cujus ea dici quævisque interest, neque dicat, neque postulet; patrocinari enim prorsus hoc esse aiunt, non judicare.' Locus est perquam luculentus, et omnino dignus qui inspicatur, plura enim quæsitæ habet super Judicis officio. *Idem.*

PAG. 484 *Expediam]* Met. lib. III. pag. 190. 'imaginis rationem idoneis verbis expedire.' *Expedire* est rem impeditam et intrinsecam, ut sunt causæ, cur quæque facta sint, explicare. cf. Græv. ad Justin. XLIII. 1. Oudend. supra ad Met. VI. p. 399. a. J. B.

*Neque culpa, &c. confiam]* Sævar. ad Sidor. lib. I. Epist. 6. Pric.

*Admonendus es mihi, non docendus]* Fabius lib. IV. cap. 1. 'Hæc est admonendus Judex, illic docendus.' Gellius lib. XVI. cap. 8. 'Sui magis admonendi, quam aliorum docendi gratia.' *Idem* lib. ult. cap. ult. 'Ut ea non docendi magis quam admonendi gratia scripta existiment.' Hyginus Poët. Astron. 'Scripti ad te, non ut imperito monstrans, sed ut scientissimum commoneas.' *Idem.*

*Timæo]* Non longe a fine operis. Celv. Plato, &c. celesti quædam facundia] In de Deo Socratis: 'Plato celesti facundia præditus, equiparabilis Diis immortalibus disserens.' Mæmuc. Octav. 'Platoni apertior de Deo, ac rebus ipsis, et nominibus oratio est, et quæ tota esset celestis, nisi persuasione civilis admistione nonnunquam sordesceret.' *Pric.*

*Causam morborum omnium trifariam percenat]* Videtur Plato hæc in re dissentire ab Hippocrate et Galeno, et ita ego accepi. Sed contra revocat me *idem* vir doctissimus Flaccus, ita scribens eodem loco: 'Distinguit quoque morborum, tum aliorum, tum febrium species, singulorumque rationes adsignat. Quales esse potissimum rationes, quæ apud Galenum Platonice legi, jamdiu existimavi,

ac super a Georgio Cyprio, insigni medica, sum in sententia confirmatus. His enim diebus quum ad me curandam matris meae gratia frequenter adcederet, meque reperiret hanc ipsa legentem, miro quodam ordine Galemi mentem cum Platonica mente coniunxit. Scip. Gent. Trifarum percoenast. Postremo tertiam speciem item tripartito dividit; alios enim morbos a spiritu, alios a pituita, alios a bile fieri: quas singulas causas ordine deinceps explicat. Appuleius ita interpretatur, 'Concrementa varii fellic' (χαλκῆ) 'et turbidi spiritus' (πυκνότερος) 'et pinguis humoris' (φλέγματος). Ubi notandum est, quae vocabula simpliciter et sine ullo adjecto Plato posuit, ea Appuleium epithetis vastivisse; ut quae ille prolixius exponit, ipso quodammodo explicaret. Idem.

PAG. 485 *Modo excessit*] Vera et antiqua scriptura modum excessit. Wower. Lege modum. In de Degm. Plat. 'Cum valetudinis portio procurata salubriter, modum necessarii victus nescit excedere.' Pric. 'Excedere numerum' dixit App. Met. lib. III. Imo vix Lathium videtur excedere modo. Consensus tamen Mistorum O. et Edd. ante Wower. non nihil asuspicionis movet: nisi fraudi fuerit librariis sequens loco. An excedere modo dictum, ut 'excedere urbe' licet simile exemplum non verim. J. B.

*Concreta ex simplicibus elementis, una tamen specie confuerunt*] 'Partes consimiles' vocat cit. libro. Pric.

*Ossi*] Sic Mss. Florent. et D'Orv. quem duorum summae auctoritatis Codicum consensum adeo non pro nihilo habendum putavi, ut sic restituerim pro vulgato ossis. Amat Noster ἀρχαῖον, et ossum Antiqui dixere pro os. V. Voss. de Anal. II. 13. Alii posterioris aevi scriptores saepe usurparunt ossum. Vid. Prudent. peristeph. vs. 538. et Barm. ad Anthol.

Lat. J. B. *Visceris et ossis*] Eod. lib. 'Visceribus ossa sunt tecta.' Milles. VIII. 'Sicque visceribus nudatis otulibus.' Viscus pro carne accipit. Milles. II. 'Viscus fartim concisum.' inde 'Visceratio, κρεωρσία,' vet. Onomast. Pric.

*Pinguis humoris*] Sic φλέγμα vertit. Magna autem elegantia et perspicuitate Appuleius, quae piasib. verbis et obacuris a Platone dicta sunt, paucis exprimit. Studiosi locos comparent. Casaub.

*Quorum e numero praecipua sit materia morbi comitialis*] Τῶν, Quorum, referendum est ad verbum *Concrementa*, vel ad omnes illas tres causas, quas dixi: omnes enim in morbum comitalem concurrunt, spiritus, pituita, bilis; ut intelligi potest ex loco Platonis, quem hic Appuleius ad verbum praene vertit: τὸ δὲ λευκὸν φλέγμα διὰ τὸ τὸν πορφύρεον πνεῦμα χαλετὸν ἀναλκρῆναι, ἔξω δὲ τοῦ σώματος ἀναπνεῖς ἵσχυον, ἡπιδνερὸν μὲν; καταποικίλλαι δὲ τὸ σῶμα, λεύκας, ἑλφους τε καὶ τὰ τοῦτον ἐγγυροῦ νοσήματα ἀποκρίνουν. μετὰ χαλκῆ δὲ μελαίνης κερασθῆναι, ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ θυσσιότατος οἶστας, ἐπὶ σκεδανθῆναι, καὶ ζυγαράντων αἰσῶν, καὶ ἕανον μὲν ἴον, πρῶτοντος, ἐγγυροῦσι δὲ ἐπιπνέμενον, δυσαναλλακνέταρον, νόσημα δὲ ἱερὰς ἐν φύσει, ἐδιδυράναι ἔρπον λέγεσθαι. Scip. Gent.

*Inimico igni colliquescit*] Eadem sententia et loquutione Laberius apud Nonium corrigendus: 'Figura humana inimico ardore ignescitur' vulg. inimici. Forsan et Noster emendandus iv. Milles. legitur concilium minus. Pric. 'Flagrantia Solis inimici,' scripserim ut supra utrobique, inimico. Pric. Nescio ubi. J. B.

*Spiritus indid.*] Scribo, spiritus indid. Quod ita esse debere, arguit locus Platonis, quem modo citavi. [Vid. Not. Scip. Gent. sup.] Colv. Plato πνεῦμα ἐγγυρόμενον. Casaub. Colvio odseum praebere Cas. Wow. Gent. Pric. Flor. et probat eam emendatio-

nem Ms. D'Orv. et sensus e Platone expressus. Caro liquefacta comprimit aërem : hinc oritur 'turbidus spiritus, πνεῦμα.' Antea edebatur spiritum, quomodo exstat in Mss. Florent. Pith. Hinc Vulc. in marg. spiritum, receptum ab Elmenh. et Sériv. quo sensu nescio. In Ms. Pith. (aut D'Orv. nam non liquet) pro parte est pario. Lat. Latin. emendavit spiritum ind. parit, et ex, &c. quod non displicet. J. B.

Ex candore, &c.] Locus bifariam corruptus. scribe calore, inde enim spuma. Ennius apud Macrob. 'Spinitas ex anima calida spumas agit albas.' Sic apud Nostrum lege: dico spumida tabes, non tumida. Supra proxime, 'Humorem crassum et spumidum.' Pric. Non persuadet mihi Pric. quem transcripsit Florid. edens calore. Candor, pro calore et astu, exemplo non caret: eamque vocem hic præcepit Auctor, quia conjunctam habet albedinis notionem. 'Aër fervoribus ustus Canduit,' dixit Ovid. Met. 1. vs. 190. Vulc. in marg. una voce legit exandore pro 'inflammatione.' J. B. Albida. Vet. Onomast. 'Albidus, ὑπόλευκος.' Gloss. vet. 'ὑπόλευκος, subalbus.' Pric. Ex candore compressi aëris albida. Albidam et tumidam tabem finire in hoc morbo ex candore compressi aëris, vel potius ex spiritu, qui ex illa spumida carnis colliquatione existit. Nec id mirum, quum caro natura sua sit alba. Quod apparet ex eo, si sanguinem expresseris, aut eam ablueris. Et signate Appuleius, 'spumidum humorem' hunc dixit; omnis enim spuma albescit; omnisque conclusus aër albidus est, præsertim a pituita alba generatus, ut docet Galenus 111. Symptom. cap. 2. Scip. Gent.

Majorē dedecore quam noxa diffunditur] Efficiendo vitiliginem. Lucilius: 'Hæc odiosa mihi est vitiligo, non dolet.' Celsus lib. v. cap. ult. 'Vitiligo quamvis per se nullum pe-

riculum afferat, tamen fæda est.' Pric.

Pectoris enim] Lego Corporis. Plato enim, κατασκευάζει τὸ σῶμα, non τὸ σῆδες. neque autem dicat aliquis ita fortasse legisse Appuleium: sequitur namque, 'levi turpitudine corporis compensat.' Deinde quo auctore tueri aliquis possit propriam sedem vitiliginis et similem ἐκαστημάτων esse pectus? Casaub. Lege cum Casaubono corporis. Elmenhorstius. Casaub. corporis legit, quia Plato σῶμα, non σῆδες. etiam infra Noster: 'Levi turpitudine corporis compensat.' Graviter et ingeniose hæc: non tamen a vulgatis recedo. Pectus pro corpore positum non semel repperi. Nævius apud Gellium lib. xx. cap. 7. 'Corpore, pectoreque undique obeto.' Vetus Epigramma: 'Cur tua fœmineo cæduntur pectora socco?' Et in alio, de Pantomimo: 'Mascula fœmineo derivans pectora flexu:' (ut legend. e Ms. Salmasti cod. supra monitum.) Claudianus, 'Omnia quæ senas volvuntur vota diurno, Pectere sopito reddit amica quies:' adde et emenda Lucretium: 'Nam mulier prohibet se concipere, atque repugnat, Clunibus ipsa viri Venerem si læsa' (vulg. læta) 'retractet, Atque exossato ciet omni pectore fluctus.' Eadem Græci enunciatione. στέφανον ponunt. Enripid. Phœniss. Ἀφρὸν δ' Ἀλκυλὸν ἐν στέφανος ἔχει. Scholiastes: τὸ στέφανον ἀπὸ τοῦ δλου σώματος κτεται. Pric. Pectus et corpus in Mss. confundi solent. cf. ex. gr. Virg. Æn. 11. vs. 474. Hic tamen contra omnes Mss. et Edd. alterum pro altero non mutandum; neque etiam pectoris de universo corpore h. l. intelligam: Poëtica illa vocis significatio in hujus loci seriam disputationem vix cadit, licet poëticum quid sonet sæpe App. Platonis locum amplificavit Noster, et ad suam medicæ artis cognitionem, paululum auctiorem reddidit. Liget totum corpus commaculetur, tamen

primo loco et præcipue pectoris cutem vitiligine insigniri ait : quod an recte dixerit, videant medici. Enim non est in D'Orv. *J. B. Pectoris enim primorem cutim.* Plato, *ὅτι δὲ τοῦ στήθεος ἀναρροῦν τέρως.* Ficinus, ad 'exteriorem cutim delapsa.' Vocat *exteriorem*, quam Appuleius, *primorem*. Sed cur adjecit *pectoris*? quasi non et facies ipsa commaculetur vitiligine ista, vel, ut ipse loquitur, insigniatur. An pectus pro toto corpore ponit, ut Latini faciem pro totius corporis forma dicunt, non pro vultu atque ore; ut Gellius alicubi docet? nisi, *corporis* hic legendum sit. *Primorem*, autem, sive *exteriorem*, erudite dixerunt, quia vitium cutis vitiligo est, raro et leviter tangit subjectam carnem; eaque duplex, alba a pituita, nigra a melancholia. Utraque cutim squamosam reddit, et, si altius serpat, ea alba vitiligine fit lepra, *λεῖκη*, ex nigra, elephantiasis: ut docet Galenus lib. III. de Symptom. causis cap. 2. In veteri Glossario scriptum est, *λέπρα, λειχήν.* Item, *impetigo, λειχήν, λεπρός.* Appuleius eam tantum vitiliginem hic intelligit, quæ primorem, ut ait, cutim attingit, propriæque Vitiligo appellatur, non etiam quæ altius in carne insidet, id est, Leucen, quæ et ipsa Vitiligo dicitur. Tria enim Vitiliginis genera, Corn. Celsus lib. v. extremo, 'Ἄλφος, in quo color albus est, fere subasper, et non contumens, ut quædam quasi guttæ dispersæ videantur. Μάλας, quod solo colore ab alfo distat, utpote nigrum et umbræ simile. Λεύκη, magis quam Alphon, albens, et in carnem altius descendens, eoque et pilos albos reddit, et lanugini similes. *Scip. Gent.*

PAC. 486. *Sed cui hoc um venerit, nunquam postea comitiali morbo attentatur* Id Plato reticet. At contra Plato non solum vitiligine corpus commaculari dicit, sed illud præterea addit, alios cognatos morbos inde generari, quod Appuleio omissum: aut

certe Platonis mentem sic est interpretatus, ut aliorum morborum successu comitalem morbum penitus extingui putaverit. Sed repugnat; quod mox ait, 'ita ægritudinem animi gravissimam levi turpitudine corporis compensat.' Ut adpareat ex illis causis nullum existimavisse alium morbum oriri. Quod notandum est, ne in eo, qui aliena interpretatur, semper eadem, quæ auctor ejus dicit, requiramus. Idque ipse etiam Appuleius de se proficitur supra, quum ait de libris quibusdam Aristotelis; 'Et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.' Quod in hoc loco Platonis interpretando insigniter præstat: adeo omnia mutat pro arbitrio. *Idem.*

*Perniciosa illa dulcedo*] Immo potius *albedo*: quod postulat Plato. *Colv.* Vere emendatum Colvio, cum in omnibus libris legeretur *dulcedo*. Platonis illa exprimit: *τὸ λευκὸν φλέγμα ἀποληφθὲν μετὰ χολῆς μελαίνης κερασθὲν.* *Casaub.* Rom. et Flor. *dulcedo*. Colvius *Albedo*, quod probat *Casaubonus.* *Elmenh.* Si locus indiget conjectura, mihi præ Colviana placeret emendatio Vulcanii, in marg. quam expressere Scal. et Wow. *inucedo*: ut quæ propius insidet antiquæ lectioni. Interim tamen *ἐπέχω*, et cum *Elmenh.* et *Scriver.* retineo cum *Mss. O.* et *Edd. vett. dulcedo*: licet non clare perpiciam, quid hac voce volnerit Auctor. cf. tamen comm. Gentil. *Albedo* dedere *Casaub.* Gent. Pric. Flor. *Albidus* et *subalbidus* frequenter de sanie et pure usurpat Cels. v. 26. ubi observandum tamen, quod et puris et saniei species eo minus esse perniciosas docet, quo albidiores. cf. totum cap. *J. B. Perniciosa illa albedo*] Ita Colvius emendavit, adsentiturque *Casaubonus*: quod ita exprimantur illa Platonis: *τὸ λευκὸν φλέγμα ἀποληφθὲν μετὰ χολῆς μελαίνης κερασθὲν.* ego, *Dulcedo* (quæ vox in omnibus libris legitur) retinendam

censet: nec video, quomodo recte dicere poterit Orator noster, *Albeis*, pro alba pituita, λευκὸν φλέγμα, praesertim quum sit color nullius rei efficiens causa. At contra, *Dalcedinem*, vocat, quod supra dixerat, pinguem humorem: pinguis enim dalcia plerumque esse, nemo nescit. Repugnat tamen, quod mox Plato quasi concludens hunc locum dicit, φλέγμα δὲ ἔξ' αὐτοῦ ἀλμυρὸν πύργη πύκτων νοσημάτων. Nisi dicas, Appuleium ad colligationem illam carnis, quam supra describit, respexisse: eamque dulcem existimavisse. Mira certe est in hac interpretatione Appuleii solertia, nam et quæ Plato de secunda specie morborum dicit, ea Appuleius in tertiam transtulit. Ita enim Plato in secunda specie principali loquitur, Ταύτην οὖν αὖ τρυφερόν τε καὶ ἁπαλὸν μετὰ πνοήματος ἐμφυλάττειν, λευκὸν δὲ αὖ φλέγμα φαίει. Colligationem carnis hic aperte vides: et quod ait Appuleius, 'inimico igni conliquecit,' id Plato paulo superius dixerat, ὅταν πᾶς ζυττακῆς σὰρξ ὑπὸ τοῦ περὶ τὴν φλέγα παρῇ. Quod item Appuleius humoris crassi mentionem facit, id Hippocratis vel Galeni sententiam ea parte convenire videtur. Ita enim Galenus lib. iii. de locis affectis 7. et ii. de Symptom. Causis, et ii. Aphorism. 45. causam morbi comitialis facit crassum humorem et lentum, ventriculos cerebri obstruentem, eumque humorem vel pituitam esse dicit, vel melancholiam. Quorum utrumque Appuleius hic conjungit, et epilepsiam conciliari dicit, simul ac in spiritum conversa fuerit: eamque Appuleii sententiam defendunt contra Galenum clarissimi nostra tempestate Medici, Rondeletius cap. de Epilepsia, Fernellus ii. de abditis rerum causis, ii. ex Averrois iii. collectaneorum cap. ult. Aiunt enim, tenuem, fumosum, acrem et mordicantem spiritum ex tali materia, qualem hic Appuleius noster de-

scribit, excitatum stimulare cerebrum, seu principium nervorum et motus, unde illa membrarum existit laboriosa commotio. *Scip. Gent.*

*Intus cohibita, et atra illi sociata*] Aleinous: ἔσω δὲ παρὰ τὸν χολῆς μελαινῆς, τὴν καλομένην ἰσχυρὴν ὀνύχου. *Prie.*

*Venis omnibus furens pervasit, deinde ad summum caput viam molita, &c.]* Recte, et pro Philosopho, vel enim et Medico disputatum. Philostratus. *Ἡρακλ. μαινομ.* Icon. lib. ii. Καὶ ἀναιδέϊον αὖ περὶ αὐτὸν φλέβες, δ' ἂν ἐν τῇ καίρῳ τῆς κεφαλῆς ἀναβῶν οὖσα χορηγία τῆς νόσου. quæ sint τῆς κεφαλῆς καίρια, ego hercle non plus intelligo, quam quod ibidem Interpres reddit, 'capitis lethalia:' olim fortasse discam, interim *χολία* loquam. *Idem.*

*Verticem hominis velut arceam et rati-* *gram*] In de Dogm. Platonicis: 'Rationabilem, id est, mentis optimam portionem, hanc ait capitis arceam tenere.' Ibid. 'Machinamenta quibus ad sentiendas dijudicandasque quantitates et qualitates sensus instructi sunt, erga reglem capitis constituta esse.' Oppido venusta est assimilatio ista, nos ideo eam firmabimus ex aliorum scriptis. *Priest.* 'Erit nobis de capite tanquam ex arce, ad reliquam corporis curam descendendum.' *Seren.* *Sammonicus:* 'Principio calas de corporis arce loquamur.' *Idem* de oculis: 'Quos quasi custodes defensoresque periculis, Prospectives summa Natura locavit in arce.' *Cicero* *Natura Deo.* ii. 'Sensus interpretes ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce,' &c. *Minne.* *Octav.* 'Et omnes ceteri sensus velut in arce compositi.' *Manilius:* 'In arce Erectus capitis.' *Claudianus:* 'Capitis fundavit in arce.' *Lactantius:* 'In summo capite collocata tanquam in arce.' *Pauca* etiam e *Græcis* cape. *Philost.* *Here.* et *Pigm.* *Οὐ δὲ τῇ κεφαλῇ προσ-*

μαχημαται, δε. παρεργατούντο αὐτῆς τοῦ  
 του δοκούοντος, ἐπιδόουσι καὶ εἰον ἀρροπώ-  
 λει μηχανά. Gregor. Nyssen. περί  
 κατασκευ. ἀνθρώπων. Οἱ δὲ τὸν ἐγκέφαλον  
 ἀφαιρούμεν τῷ λογισμῷ, ὥσπερ ἀρροπώ-  
 λει τὰ τοῦ παντός σώματος τὴν κεφα-  
 λὴν δεδωρημένοι παρὰ τῆς φύσεως λέγου-  
 σιν. Theodoret. περί προυνίας. Seru.  
 III. 'Ἐπειδὴ εἰς αὐτὴν ἀφικέμεθα τὴν κε-  
 φαλὴν, βλάπτει αὐτὴν ὥσπερ ἀρροπώλιν  
 σωμα τῆς τοῦ σώματος πόλεως ἐν ὅρῳ  
 καθήμενη. Alcinoüs cap. 28. 'Ὅσον  
 δὲ μὴ τῆς φιλαρίας τῆς θνητῆς ἀναπι-  
 πλάμμενοι, ἢ τὸ θεῖον αὐτῆς (ψυχῆς) καὶ  
 ἀθάνατον, κατεφίκισαν. (οἱ θεοὶ) ἐπὶ τοῦ  
 σώματος ἐπὶ τῆς ὁλον-ἀρροπώλιντος ἔρχον  
 καὶ βασιλεύον ἀπεφύγαντες, οὐκ οἶσιν τε  
 ἀποσείμαντες αὐτῇ τὴν κεφαλὴν. Paria  
 Chalcidius in Timæum Platonis.  
 Idem.

*Sapientes meatus*] Artificiosos. Hel-  
 lenismus. Idem.

*Repentine mentis nubilo*] Idem no-  
 dus loquendi x. Metam. p. 190. Ed.  
 Colv. Er. Putem.

[PAG. 467. *Cessante animo*] 'Ces-  
 sare' est ἀνασθιγείν, Ciceroni 'sine  
 sensu esse.' Pric.

[*Majorem*] Hesychius: Μεγὰλῃ νό-  
 σος, ἢ ἐπιληψία. Idem.

[*Rationalem*] Vide quomodo illa non  
 vertat, sed interpretetur, νόημα δὲ  
 ἱερὸν ἐν φύσεως ἐνδικάτατα ἱερὸν λέγε-  
 ται. Porro causas hujus appellati-  
 onis alias reperies apud Hippocra-  
 tem, Aristotelem, Galenum. Casaub.

[*Quantum potuit*] Locutionem ele-  
 gantem ab aliis miror hactenus non  
 revocatam, quantum potuit. Usos ea  
 formula Cæsarem, Terentium, Plau-  
 tum non vacat, neque lubet osten-  
 dere. Appelleium potius secundo  
 emendem hac eadem Apologia: 'au-  
 di igitur, cui cura cognoscere est,  
 sed animo quantum potest erecto:'  
 hactenus libros occupat, quantum po-  
 tes. Stewech. Forte, quantum potuit:  
 de quo supra. Colo. Non necesse  
 est. Facile intelligitur eam explicare.  
 Ms. D'Orv. quantam. J. B.

Delph. et Var. Clas.

[*Tempora pulsata*] Emenda ex V.  
*tempora pulsantia*. Wower. In vet.  
 cod. legi aiunt *tempora pulsantia*:  
 forte non male. Scip. Gent. *Tempora*  
*pulsantia, aures sonora*. Sic lego cum  
 Flor. Vulgo: i. *pulsata, aures sonora*.  
 Elmenh. *Tempora pulsata*. Ita op-  
 time Rom. et Casanboniana Edd.  
 principes, illa ab ordine, hæc a pu-  
 ritate. In Florid. ead. figura. 'Leo-  
 num indignati fremores.' In Miles.  
 'mulier fleta.' Nuperi interpola-  
 tores oggerunt *pulsantia*. Pric. De  
 τῷ *pulsantia*, an sit in Mss. Florent.  
 nihil monitum video in Excerpt. Lin-  
 denbrog. quare valde suspecta mihi  
 est Elmenhorstii fides. Edidit tamen  
 Scriv. me non sequente. Met. lib. II.  
 p. 162. dicitur 'salubris vena pul-  
 sari:' et sane vena non pulsatur, sed  
 pulsatur, crebris succussionibus san-  
 guinis; ita et tempora. J. B.

[*Morbi penitus adacti*] Lege, *penitus*  
*exacti*, et causam hujus rei ab Appu-  
 leio disce: nam dextra, inquit, corpo-  
 ris validiora sunt, eoque minus spei  
 ad sanitatem. Emendo et Arnobium  
 etsi leviuscule lib. II. 'quod si homi-  
 nes penitus se noscent, aut intel-  
 lectum Dei suspicionis exciperent  
 aura:' libri impressi retinent *peni-  
 tus*. Eodem pertinet quod et supra  
 in hac Apologia legendum monui,  
 'penitis piscinum ventribus insuatis.'  
 pro vulgari *penitus pis. ven. insuatis*.  
 de quo nos alibi pluribus. Stewech.  
 Virg. Æn. x. 'Alte vulnus adactum.'  
 Pric. Stewechium ne audias: multo  
 efficacius est *penitus*. Ms. D'Orv.  
*penitus m. ad*. Pro *adacti* Gros-  
 lot. malebat *adaucti*. Frustra. J. B.

[*Dextera corporis validiora*] Ita Plu-  
 nius lib. VII. cap. 17. et Aristot. de  
 animal. lib. I. c. 128. rationem ibid.  
 reddit. Lib. III. c. 9. διὰ τὸ τὴν κί-  
 νησιν εἶναι ἐκ τῶν δεξιῶν. aliter Macro-  
 bius Saturnal. VII. 4. 'Ideo' (inquit)  
 'omnes dextræ partes validiores  
 sunt, et debiliores sinistræ, quia has  
 regit calor visceris sui; illæ conta-

Apul.

9 R



gione frigoris sinistra obtinentis, habebantur.' Transpositio pronomini omnem loci sententiam destruit: lege, quia illas (nempe dexterarum partes) *legit* (non *regit*) calor visceris sui (h. e. jecoris;) *hæ* (scil. sinistra) contagione frigoris, &c. *habebantur*: quem locum miror a castigatibus adeo impune dimissum. Pric.

PAG. 488 Quibus æque caducis, &c.] Leg. quibusque cad. l. e. quibuscunque. Eadem menda ad lib. II. Flor. 'in plurimis æque,' pro in plurimisque. Acidal. Tò æquus quo referatur non habet. Sententia postulat, ut legatur, quibuscunque, vel, ut Valens Acidalius putat, quibusque, quod idem hic significat, et alibi in veterum scriptis, etiam Jctorum. Scip. Gent. Tò æquus non habere quo referatur Gentilis inquit: inde pro quibus æque, legend. quibuscunque putat, vel cum Acidalio quibusque. Ego nil temere mutem, nam et alibi id verbi reperio aut *πλεονέκτης*, aut quodam sensu quem intellexeris quam expressoris positum. Videtur ut plurimum autem valere, maxime, præsertim. Miles. vi. 'Crebris æque ingestis iectibus.' VIII. 'Canis adque venaticus.' Florid. II. 'In plurimis æque.' Ubi idem Valens legit plurimisque. Pric. Expressam auctoritatem Mæti D'Orvill. habet conjectura Gentilis et Vulcanii in marg. quæ sensum reddit planum. Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. transpositione locum sanandum putabat, hoc modo: *scriptum æque reliquit, quibus cad. &c.* Nil tamen innovandum putavi, sine plurium librorum consensu. Sensus est: Quando epilepsia diversos homines eadem vi corripit, tunc eorum difficilliora modela, quibus morbus a dextera occipit. J. B.

De non videntibus] Lego de invidentibus animalibus: quis fando audivit aut legendo didicit Theophrastum scripsisse librum de non videntibus animalibus? Referebam tamen ad

librum ejus *Περὶ τῶν φανεύοντων ζῴων*, parum firma conjectura, ut postea animadverti: nam extat hodieque locus Theophrasti, quem vertit noster Orator. Ita enim Excerpta illa pænula, quæ hodie reliqua sunt de libris *Περὶ τῶν λεγομένων ζῴων φανούων*, incipit: 'Ὅτι δ' γαλαττῆς, φασι, φανούων τῆς ἀφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταστῆναι τὸ δόγμα, ὅταν ἐκδύνηται. ἔστι γὰρ βαθέγραμμα ἐπλήρη.' Casaub. Alio libro, de non videntibus animalibus. Casaubonæ: 'Lego,' inquit, 'De invidentibus animalibus. Quis fando audivit aut legendo didicit Theophrastum scripsisse librum De non videntibus animalibus?' Aliquis, immo id patet, æque id solum ex hoc loco Appuleii, sed ex Senecæ testimonio quis colligat. Sic enim ille lib. III. Natur. Quæst. cap. 16. 'Nihil enim,' inquit, 'usquam inane est, et stagna obsessa tenebris et loca amplia. Animalia quoque illis innascuntur, sed tarda et infirma; ut in aëre caeco pinguique concepta, et aquis torpantibus facta: pleraque ex his cæca, ut talpæ, et subterranei mures, quibus deest lumen, quia supervacuum est. Inde, ut Theophrastus adfirmat, pisces quibusdam locis eruantur.' Sed hæc alio pertinere videntur, nec sequitur propterea, librum de non videntibus animalibus eum scripsisse. At librum scripsisse eum *περὶ τῶν φανεύοντων ζῴων*, ex Diogene manifestum est. Sed verissima est amici nostri emendatio: scripsit enim Theophrastus librum *περὶ τῶν λεγομένων ζῴων φανούων*, id est, de invidentibus animalibus: ex quo superest hoc fragmentum, quod legi etiam in Bibliotheca Photii pag. 862. 'Ὅτι δ' γαλαττῆς, φασι, φανούων τῆς ἀφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταστῆναι τὸ δόγμα, ὅταν ἐκδύνηται. ἔστι γὰρ βαθέγραμμα ἐπλήρη.' An hoc est, quod Appuleius hic appellat, 'malignum præsidium?' omnino. Sensus enim est, præmagare stellionem et præscire, eas exuvias usui hominibus futuras

ad epilepsie morbum propinandum : eoque maligne eas devorare, ne proi-  
sint. A qua malitia Iuriconsulti  
nostri stellionatus crimen dixerunt. Ul-  
pianus : ' Stellionatum objici posse  
his, qui dolo aliquid fecerant, scien-  
dum est, scilicet, si aliud crimen non  
sit, quod enim in privatis iudiciis est  
de dolo actio, hoc in criminibus stel-  
lionatus persecutio. Ubique igitur  
titulus criminis defecit, illic stel-  
lionatus obijciemus.' Serpens est sive  
lacertus in morem stellarum distin-  
ctus, unde nomen. *Scip. Gent.* Recte  
Casaub. *De incidentibus an. περὶ τῶν  
λαγόμενων [δυν φθονέειν. Pric.* Gen-  
tium lectionem incidentibus servavit  
Ms. D'Orville. *Non videntibus* videtur  
esse glossa lectoris, qui quid esset  
' invidia animalium,' non intelligeret,  
adeoque quorundam cecitatem in-  
telligi putaret. *J. B.*

*Exuvius stellionum*] *V. Vulcan.* ad  
Gloss. col. 84. *Pric.* *Exuvius stellio-  
num.* Hunc locum Theophrasti etiam  
Plinius intelligit, quum ait : ' Theo-  
phrastus auctor est, anguis modo et  
stelliones senectutem exuere.' Et  
melius sane alii (inquit Casaubonus)  
inter lacertos ponunt : etsi Aristote-  
les ab utroque genere distinguit, ut  
in Octavo Historiarum : *φαλαί τὰ  
πολλὰ τῶν ἐλαίων. οἷον τὰ τε φοιδωτά,  
ἐφει τε καὶ σαύραι, καὶ δοκαλαβῆται.*  
Donatus in Terentium, ' stellionem  
esse, quem Græci γαλαῖην adpel-  
lant.' Plinius non γαλαῖην solum,  
sed et αὐλαῖην et δοκαλαβῆην dici  
scribit lib. xxix. cap. 4. *Scip. Gent.*

*Mors ceterorum serp.*] Stellionem  
inter serpentes numerat. Plinius se-  
parat : ' Theophrastus' (ait) ' auctor  
est, anguis modo, et stelliones senec-  
tutem exuere.' Et melius sane alii  
inter lacertos ponunt : etsi Aristote-  
les ab utroque genere distinguit,  
ut in octavo Historiarum : *φαλαί τὰ  
πολλὰ τῶν ἐλαίων οἷον τὰ τε φοιδωτά,  
ἐφει τε καὶ σαύραι, καὶ δοκαλαβῆται.*  
*Casaub.*

*Temporibus statutis*] Locus iste ex  
illis est, in quibus restituendum putavi,  
*statibus temporibus.* Stewech. *Tempo-  
ribus statibus... convenerunt.* Ita Fulvi-  
us, qui et mox legit, ac mea ratioci-  
natione recte factum esse. Sciopp. in  
Symb. Idem vet. *statibus.* Woverius.  
Fulvii Ms. *statibus*, sed non sequendus :  
non quod non proba locutio hæc, sed  
quod illa non improba. Tertull. adv.  
Judæos cap. 2. ' Certis et statutis  
temporibus.' Miles. vii. Noster :  
' Statuta cibaria.' *Pric.* Stewechio  
et Fulvio ad sensum præbuit *Sciv.*  
Recte. *V. Ind. J. B.*

*Malignone præcægiis an naturali ad-  
potentia? illico convertuntur et deco-  
rantur*] Antig. Carysth. *ιστορ. παραδ.*  
*Ὁχι ἦτορον τὰ φθαρτικά τῶν ἀφελόντων,  
ἀλλ' ὁ γαλαῖτης, ἐπὶ ἐνδὲρ τὸ γῆρας,  
ἐπιστραφὲς κατέστιν.* *Pric.* *Malignone*  
*p. a. n. a.* Idem, *ἔστι κατὰ προαίρεσιν,  
ἔστι κατὰ τύχην. Idem.*

PAG. 489 *Tu potius caducus, qui tot  
jam calumnias occidisti*] Alludit solen-  
nia illa, ' Causa, formula cadere :'  
scil. quum actio rite non intenditur :  
neque inficetum est, quidquid Scipio  
obgannat de frigiditate. *Idem.* *Tu  
potius caducus, qui jam tot calumniis  
occidisti.* Frigidior hic locus alicui  
videatur, ab Etymologia petitus. At  
noster Ulpianus non inepte de legi-  
bus caducariis agens, ' Caducum,' in-  
quit, ' legatum dicitur, quod a lega-  
tario cadit in fiscum,' id est, quod  
legatarius capere non potest. Qua  
de re exposui pluribus ad nobilissi-  
mam orationem Justiniani ' de cadu-  
cis tollendis.' *Scip. Gent.*

*Tanta vis morbi*] Sic loqui amant  
Scriptores. Lucretius : ' Atque ea  
vis omnis morborum, pestilientiaque.'  
Idem : ' Unde queat vis immensi pro-  
creescere morbi.' Cicero in de Fato :  
' In quo vis morbi tanta non appa-  
reat.' Nepos in Attico : ' Subito tan-  
ta vis morbi in anum intestinum pro-  
rupit.' Et Sallust. Catilin. ' Tanta  
vis morbi, &c. civium animos invase-

rat.' Gellius lib. xii. cap. 6. 'Vis illa, et natura morbi.' Seren. Sammonicus: 'Est et vis morbi quod telum commemoratur.' *Pric.*

*Quem innocentem liquido scias, tamen accusas ut nocentem*] Lactant. Divin. Instit. lib. v. cap. 1. 'Student damnare tanquam nocentes, quos utique sciunt innocentes.' *Idem.*

PAO. 490 *Impudentia*] Quid sibi velit hæc *impudentia*, qui intelligunt, exponant. Scripserim *imprudencia*: ut et Miles. ii. ubi legitur vulgo: 'Impudentiæ suæ labem.' *Idem.*

*Cruda senectutis*] Etiam heic hæreo: nam cur 'crudum senem' hoc loci appellet, quem infra 'Capularem' vocat? 'hominem ævi emeriti?' item alibi, 'præcipitis ævi, et occidum senectutis?' *Idem.* Ut Gr. *ἡδυς*, sic Lat. *crudus*, non semel de homine crudeli et inhumano usurpatur. Hic tamen 'crudam senectutem' intelligo, senectutem, quæ ante tempus Æmiliano obvenerat: quemadmodum immaturitas, i. e. cruditas, omnibus rebus tribuitur, quæ ante tempus fiunt. *J. B.* Et *misera insania cruda senectutis*. Notum est illud Virgillii: 'Et cruda Deo viridisque senectus.' Medicis cruda et viridis senectus dicitur ab anno 50. ad 60. ætatis: ut qui tamdiu negotiis pares aptique sint. Galeno tales dicuntur *ἡμυρῶντες*, crudi senes et semicani lib. v. de sanit. tuenda. At Pythagoras ultra progressus est, qui puerum xx. annos implere, juvenem itidem xx. virum etiam xx. senem xx. atque ita ætates distinguebat, teste Laërtio. Scip. Gent.

*Tantum super omnes stultitia coectus es*] Demosth. *περὶ στεφ. τοσοῦτον ὀνέρεβέβληκεν ἅπαντας ἀνθρώπους ἡμῶντι, καὶ σκυφοφανῆς*. Plaut. Bacchid. 'Quicunque ubique sunt, qui fuere, qui que futuri sunt posthac, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones: Solus ego omnes antedeco stultitia, et moribus indoctia.' Terent.

Heautont. 'In me quidvis harum rerum convenit, Quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus, In illum nil potest, nam exuperat ejus stultitia omnia hæc.' *Pric.*

PAO. 491 *Et a vobis stat*] 'Pro illa stare' Terent. Phor. *Brant.*

*Quamquam ipse aperiret*] Perturbatæ prius et perversæ sententiæ attallius interpunctionis rectæ incem. *Casaub.*

*Linteum*] Observa *lintheum* in Bibliotheca, et vide de libris linteis *Casaub.* ad Vopisci Aurelian. c. 1. et Salm. ibid. c. 8. *J. B.*

*Eo negligentius adservabam. Sed enim*] Ironia usus ridet orator stultitiam aspiciendi, magicum quid reconditum fuisse in linteolo, quod negligentius adservabatur. Est autem vis in *occultabatur*: absurdum enim foret *negligentius adservare*, quod *occultare* quis vellet. Qnare non facio cum Gudio ad Phædr. i. 25. emendante *eone diligentius adservabam*? licet præbet id Drakenb. in marg. Sed vidisse videntur VV. DD. disjunctivam particulam *sed enim*, quæ idem valet ac simplex *sed* (vid. Ind.) minime h. l. convenire, si legatur *eo negligentius*. Propterea autem locum conjectura sanandum putavi hoc modo: *eo negligentius adservabam scilicet. Enim, &c.* Sexcenties confusa esse in Mss. *scilicet* et *sed* seu *set*, sæpius monitum. V. Oudend. ad Met. l. iii. p. 227. a. et Ind. item Gruner. ad Aurel. Vict. Or. G. R. 4. 6. cit. ab Arntzen. ad Eumen. Grat. Act. c. 6. Quo facilius autem h. l. id fieri potuerit, fecit vò enim initio periodi, quod sæpius in Nostro offendit librariorum. V. Ind. Elegantem vim *τοῦ scilicet* in ironia, nobis notatam videas. Ferri tamen potest *sed enim*. *Idem.*

*Qui in individuo contubernio mecum vixit*] Miles. iv. 'Mecum primis ab annis nutritus et adultus individuo contubernio.' Infra heic: 'Arto contubernio intime mihi junctus.' Onomast. vet. 'Contubernium, *ὑποπο-*

Q'ty. | Des. | Unit | Price | Total |

*Reminiscere*] *Communisces* legendum fuerit. *Colb.* Juvo Planti loco *Asin. A. 1. Sc. 1.* 'Fabricare quidvis, quidvis communiscere, perficito,' &c. Ipse *Lucius noster l. iv.* 'Tale consilium communiscimur.' *Brant.* *Colvius*; *communiscere*: juvat ex *Plauto Brantius*, 'Fabricare quidvis, quidvis communiscefe:' at ista nimis violenta emendatio est; dulcius et lenius, si quid moves, *eminscere* scribes. *Gloss. Isid.* 'Ementum, excogitatio.' Cave quid mutes tamen: eandem infra loquutionem habes: 'Fingite aliquid, reminiscimini quid responderetis.' [pag. 563. *Ed. Flor.*] *Pric.* *Lat. Latin.* quoque malebat *communisci*. Sed et *Nep.* in *Alcib.* c. 2. 'Ut si ipse se' (sic leg.) 'fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi,' *J. B.* *Finge quidvis, reminiscere, excogita.* *Afranius Fratrii*: 'Finge, fabricare uti lubet.' *Plant. Bacchid.* 'Comparare, fabricare, finge quod lubet, conglutina.' *Pric.*

*Sacro traditum*] Familiae nempe,  
seu privato. *Idem.*

*Somnio imperatum*] Petronius: 'Medicinam somnio petii, jussaque sum vos perquirere.' Sueton. Vespas. 'E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro Tribunali adierunt, orantes opem valetudinis, demonstratam a Serapide per quietem.' 'Somnia monitura' habes apud Statium lib. viii. cap. 7. 'Ὀνειράτων φήμας apud Philostr. de Apollon. 'Ὀνειράτων βοηθήματα apud Antonin. in de vita sua: hujus loci sunt ex vivv, ivsvv, et similia, quæ occurrunt passim in antiquis inscriptionibus. *Idem.*

PAG. 492 *More communi, et vulgatissima observationum consuetudine*] In de Mundo: 'Hanc opinionem communis mos, et hominum observationes acuta affirmant.' Gellius (eadem populi) lib. v. cap. 18. 'Hujus moris

observationis multa sunt testimonia.' Idem lib. 1. cap. 6. 'Quotidiana intelligentia, et communi pervulgatogue vitæ usu.' Lactant. Divin. Instit. lib. III. cap. 7. 'Quod ipse usus rerum, et quotidiana experimenta possunt docere.' Joann. Salisburyensis. Præm. lib. VII. 'Usu quotidiano, et rerum experientia.'  
*Idem.*

*Quod deprehensum et detectum*] Fulvius. Idem proxime: 'quid in sudario habuisti? num tu me accensatum, ac interrogatum venisti?' Sciopp. in *Symb.* Manifeste verum et *detectum*. Wowerius. Fulvius legit *detectum*. Elmenh. Sunt qui *detectum* legunt, hec inepte: nam easdem habes voces conjunxit D. Cyprianus, 'Deprehenderis,' (inquit) 'virgo, detegeris.' Docti vulgatum retinent, sed non explicant. Ego Africanam quamplam subinnui notionem puto. Idem Cyprianus in de bab. Virg. 'Pejor adultera detineris.' Tertullian. Apolog. 'Nomen detinetur.' Marcian. Capella de nuptiis, &c. lib. iv. 'Nihil deesse cerneret nihil superfluum detineret.' Prie.

*Ap. Lares potissimum*] *Oscitantium*  
Interpretum! Et quid facilius quam  
vel ex illis quæ supra proxime, 'Habi-  
uit Apuleius quæpiam linteolo involuta apud Lares Pontiani,' etiam  
hic loco reposuisse germanam lectio-  
nem? At ita fieri amat: plane qui  
(ut Criticissantium nonnulli) in scrip-  
to nodum quærent, ille ubi usus acu-  
minis venit, minus æquo vident. *Idem*.  
Bene ex superioribus restitutas apud  
*Lares Pontiani*. Florid. Mihi id non  
placet: licet pag. seq. rursus, 'in  
Bibliotheca Pontiani,' et paulo post,  
'Laribus Pontiani.' Sed in *pōtissi-  
mum* vis suspicionis est: quod non  
alibi, sed in sacratissima ædium parte  
deposuit; quod eum locum præ  
ceteris (i. e. *potissimum*) elegit, in quo  
deponeret. J. B.

**Tute argue quos d.] L. qui accusare**

C. de edendo, sacrorum plerique initia in Græcia participant. *Brant.*

In *alicujus status femore*] 'Votum in alicujus status femore assignasti.' Vota sua Veteres et preces tabella conceptas conscriptasque et cera ob-signatas Deorum genibus adfigebant: quod vocabant, Votum, seu preces, seu orationem signare, assignare. Plinius ad Trajanum: 'Solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus, domine, pariter, et solvimus: precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.' Tertullianus de Oratione: 'Quod, adsignata oratione, adfigendi mos est quibusdam.' Ex hoc ritu intelligendus Juvenalis: 'Propter quæ fas est genus incerare Deorum.' Et Prudentius lib. 1. contra Symmach. 'Saxa illita cœcis Viderat, unguentoque Læres humescere nigros.' *Cole.* Totam votorum historiam tu explicasti docte, Rutgerai virorum optime, in politissimis tuis variis lectionibus l. v. c. 5. quibus verbum non amplius addo. *Elmenh.* Cf. Arutzen. ad Mamert. Genethl. c. 6. Ms. D'Orv. *statu f. signasti.* J. B. *Votum in alicujus status femore assignasti.* Fusc Rutgersias Var. v. 5. *Pric.*

*Tacitas preces*] Vide, quos citant *Pric.* ad h. l. et Berneggerus ad Plin. Paneg. c. 67. § 6. J. B. *Tacitas preces, &c.* Scalig. ad Tibull. Lips. ad Senec. Schott. Observ. human. 11. 11. *Pric.*

PAG. 493 *Donum posueris*] Florid. 1. 'Donum apponere.' Seneca Epist. 115. 'Omnia Deorum sunt, tamen Diis posuimus donum.' Inscriptio vetas:

SANCTO SILVANO NINIUS  
PHILENVS IN PRÆDIO  
DONVM POSVIT.

Alius Excellentissimi Arundellæ Comitissæ, a Cl. Seldeno editus:

SILVANO SACRVM SODAL.  
REVS ET LARVM DONVM

POSVIT. TI. CLAVDIVS AVG.

LIB. FORTVNATVS, &c. *Idem.*

*Verbenum sumeris*] Ad ornandam aram et perspergendam. Ritus idem apud Plantum, Mercatore: 'Aliquid cedo Qui hanc vicini nostri aram augream, Syra. SY. Do sane hanc virgam lauri.' *Cole.* Vide Serv. et la Cerd. ad Virg. Ecl. VIII. vs. 65. Donat. ad Terent. Andrt IV. 5. 11. J. B.

*Cella promptuaris*] Glossæ. 'Penaria cella, promptuarium, ταμειον. Cellarium, et cellar, promarium: (ita docti legunt) ταμειον.' Stephan. Byzant. Ταμειον, ελεος de § τὰ ἀργαῖα ἀντρίσθαι. Firmic. de err. &c. 'Omne quo vescuntur homines Penus vocatur: hinc et cella penaria.' Siden. lib. 11. Epist. 1. 'Cui continuatur vicinante textrio cella penaria.' Ammianus tratate, 'Promptuaris cella calumniarum:' nec male. ἐπιτοχες de σφετερυγί παρασκευῇ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν φησι τὸ ταμειον. Ib. Stephan. *Pric.*

*Quantique sudores innocuitibus hoc uno sudariole afferant*] Elegans cum irrisione τρυφή, sic supra. 'Satia, ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale intenderunt, refutatum est.' Et infra: 'Quod ad sudarium pertinet, omnem criminis maculam deteras.' Lepidulum Lacium meum! mellitulum meum! meum cor et snavium! agnosco festivas Ironias tuas, ingenium oculor. *Idem.*

PAG. 494 *Reperitissimum*] Supra jam dixerat Auctor, se concedere velle, sudariolum in bibliotheca positum, ibique adeo repertum fuisse. Nunc dicere debebat, se concedere etiam velle, quædam in eo involuta fuisse. Evincunt id seqq. 'ut olim Ulixi socii,' &c. Hinc præclare Wyttenbach. V. Cel. suo exemplari adscripsit, *reperitissimum*. Quam summi viri emendationem adoptavi, propter evidentiam. J. B. *Per me licet fuerit reperitissimum.* Hoc est, quod supra ait, *deprehensum* et *detentum*: male quidam *detectum*; quod minus est,

quam deprehensum. At detentum est, quod manibus tenetur. Potest quis deprehendi, non tamen teneri, aut capi: ut deprehensus in furto, fur manifestus dicitur, licet procul visus, nec teneatur. *Scip. Gent.*

*Manticularum*] Festus: 'Manticularum usus pauperibus in nummis recedendis etiam nostro sæculo fuit. Unde Manticulari dicebantur, qui furandi gratia mantículas attrahabant.' Subjicit deinde exempla ex Pacuvio, quibus docet, Manticulari pro dolose, captiose agere, furari, positum fulmine. Advenit iis, quidquid contra sentiat Lambinus, qui legunt Planti Captivis: 'Nam Hercle nisi manticulatus probe ero, fusti plectito.' Hinc Manticularius, proculdubio etiam is, qui aliena libentius contrectat, quam sua, apud Tertullianam Apologetico: 'Quis illic Sicularius, quis manticularius, quis sacrilegus, aut corruptor, aut lavantium prædo.' *Colo. Manticularum*. V. heic Colvium. Scalig. ad Fest. H. Stephan. Animad. in Adag. *Pric.*

*Sacrorum pietasque*] Docte Casanbomus ad Athenæum lib. vi. c. 15. *Ελευθερία*.

*Signa et monumenta*] *Μήνην* vocat Clemens Alexandrinus. Signum Arnob. v. ad gen. quo sacrati et symmistæ inter se noscebant. Facit hoc insignis locus Minucii Felicis, cui cum a gentibus esset objectum, 'occultis se notis et insignibus noscunt,' respondet, 'Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentie ac modestie signo facile dignoscimus.' *Brut.* Add. Bimard. ante Murator. p. 68. ubi inter alia: 'Multa symbola facere quædam signa sive crepundia, quæ a sacerdotibus accepta mystis sedulo adservabant, cavebantque ne quis ea profanus videret, quæ fuisse Iamnam Pinellianam' (de qua ibi agit) 'existimo. De his Appuleius magis insinuat, quod reconditum quid inter res suas

occultaret.' *J. B.*

*Nihil insolitum, nihil incognitum dico*] Symmachus: 'Non novum, vel incognitum, sed compertum jam fide insinuo.' *Pric.*

*Tacite coneremini*] Ritu mystarum. Hesych. *Μύστος, τελείμωρος, στενγλάς*. Tertullian. (sive alius quis) *Casm. de Judic. Dom.* 'Et picturas timuit sine voce figuras:' apud Ægyptios ubicunque locorum colebantur Isis et Serapis, collocabatur juxta Harpocrates statu os digito obsignantis. Augustin. de Civit. &c. lib. xviii. at quid de silentio loquer isto? sonant omnia. *Idem.*

*Nec ad hoc tempus compono*] Hægesippus de excid. &c. i. 41. 'Id plerique ad tempus compositum rati.' Tacit. Annal. i. 'Sonit miles in tempus conficta.' *Idem.*

*Primis diebus quibus Cæsam veneram, publice disacerem*] Infra: 'Interibi' (Cæm) revalere, dissero aliquid postulantis amicis publice.' *Idem.*

PAG. 496 *Religiosis Censibus comm.*] Fuit Cæi Esculapii nobile templum: isque deus quasi patronus ejus oppidi et tutela habitus: propterea oratio quæ magna ex parte esset de religione et cultu illius numinis, non potuit non esse Censibus gratissima. Lego autem, mentione Esculapii religionis Censibus commendata. Casanb. *Mentione Esculapii religiosi Censibus commendata*. Quomodo accipiemus hæc? an quasi Censuum *πολιτικός* fuerit? minime, nam et Carthagine disserens ab ejusdem nomine exorans est. Florid. iv. 'Principiam mihi apud vestras aures auspicialissimum, ab Esculapio Deo capiam.' Ego diffusam ejus cultum inani putarim, quo Dæmones et Heroes omnes antestabat. In de Deo Socratis: 'Eos tantum Deos appellat, qui juste ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro Numine postea ab hominibus prædicati, sanis et cerimonis vulgo admittantur: ut in Bæotia Amphiarus:

in Africa Mopsus: in Ægypto Osiris: alius alibi gentium: Æsculapius ubique.' *Pric.*

*Dicite aliqui, si quis forte meminit hujus loci principium*] Mirum hoc videatur, oratorem in ipsa actione rogare aliquem ex populo, qui initium suarum orationum recitet: magis mirum, fuisse qui recitarent. Sed composito et compacto hæc agi solita pacto, sicut et id, quod de libro allato sequitur. Illud verum est, oratorem interdum orationem ad adversarium vel patronos et advocatos ejus convertisse, dum aliqua in re hæsitant. Ut illud Ciceronis: 'Recte mones.' *Scip. Gent.*

*Tot mysteriis conscium*] Nove dictum pro, *tot mysteriorum*, nisi scribendum, *tot mysterium*. Casaub. Avienus tamen *Perieg.* 'Qua surgenti terræ pars conscia Phæbo est:' et Tibullus: 'Levis occultis conscia cista sacris.' Author carminis de Phœnice: 'Et sola arcanis conscia Phœbe tuis.' *Pric.* A Casauboni conjectura locum vindicat etiam Heins. ad Ovid. *Met.* vi. vs. 686. quem ibi vide, et Burman. *J. B.*

*Quædam sacrorum crepundia*] Quæ supra proxime 'initia sacrorum' vocat. Glossæ Isidori, 'Crepundia, initia.' Gloss. Philox. 'Crepundia, γυμνάσματα, ἀρχαί.' legit Vulcanius ἀρχαί. vellem rationem addidisset. *Pric.*

*Lana signissimi c. e.]* Multa Plutarch. Isid. et Osir. *Idem.*

*Signissimi corporis]* Ut supra *pecus* pro *corpore* posuit, ita heic *corpus* pro *animali* ponit: idem ante et post eum, etiam alii fecere. Virgil. 'Placidum carpebant fessa soporem Corpora.' Julius Firmic. 'Qui laborem terrenorum nocturnis opibus recreast.' Ennodius Ticinens. 'Tubera, perdiceas, gras, tardus, turtur, echinus: Non implent ventrem corpora mille tuum:' hac facie Galli etiam *en pavvre corps*: Anglo-Saxones, *Some-be-*

*dye, No-bedye.* innuitur ab utrisque non tam *σῶμα* quam *ζῷον*. *Idem.*

PAG. 496 *Pythagoræ scitis]* Aut valde Noster errat, aut Diog. Laërtius, qui de hoc Philosopho principe l. viii. *Ἰσολὴ δὲ ἀντὶ λευκῆ, καθαρὰ, καὶ σπρίσματα λευκὰ ἐξ ἐρίων. τὰ γὰρ λευκὰ οὐκ εἰς ἀκείρους ἀφίκετο τοὺς τόπων.* Ceterum Diogenem Laërtium erroris arguit Olear. ad Philostrati Apollon. init. ubi v. J. B. *Pythagoræ scitis.* Contrarium plane scribit in Pythagora Laërtius, *lancea veste eum nam, non linea: σκολὴ δὲ ἀντὶ, &c.* Sed ex alia forte lana, quam pecoris, vestitus Pythagoræ fuit: aut dicendum est, nihil Appuleium hic adfirmare, quasi recte is fuerit usus; sed hoc tantum, quid de lana et lino senserit: quod nihil adversatur testimonio Laërtii. *Scip. Gent.*

*Indutus]* Flor. *inductus.* Elmenh. *Inductus* dedi pro vulgato *indutus*, auctoritate Matorum Florent. *Indutus* et *amictus* non differunt: at vero differunt *inductus* et *amictus*. Licet enim Stat. Silv. v. 2. 67. 'inducere humeros amictu' dixerit: proprie tamen *inductus* magis de calceamentis dicitur. Noster Flor. N. ix. 'Indumenta, quibus indutus, et calceamenta, quibus erat inductus.' Intelligit igitur Auctor 'soleas palmæ victricis foliis intextas,' quas Isidis sacerdoti tribuit Noster *Met.* lib. xi. p. 700. Conferri quoque meretur locus Amm. Marc. xxix. 1. in cerimonie magice descriptione: 'Linteis quidam indumentis amictus, calceatusque itidem linteis soccis.' *J. B.*

*Atque]* Non opus est cum Florido mutare in *atque*: utriusque vocis eadem interdum vis. V. Oudend. ad Cæs. de B. G. iv. 25. Et sic *atque* explicandum quoque in Terent. *And.* i. 3. 20. *J. B.*

*Facetia sibi habere]* Gellius lib. xv. cap. 8. 'Pro facetiis procedit.' Sidon. lib. iii. *Epist.* 13. 'Videntur sibi granditer facetiari.' *Pric.*

*Adorandi gratia nianum labris admo-*  
*vere]* Adeundi Pythens Advers. Sub-  
 sic. r. 17. Lips. Elect. ii. 6. Glossæ  
 Vindocinens. Ms. in lib. Regum :  
 'Osculans manum: Solebant oscu-  
 lari manum propriam, ut per hoc qua-  
 si osculum idolo porrigerent.' *τιμὴν*  
*ταῖς δὴ τῶν χειρῶν φιλήμασι* vocat Li-  
 banus Orat. *περὶ προστυσιῶν* quam  
 cum aliis tribus, ante triennium edi-  
 dit e Bibliotheca Augustana, Clariss.  
 ac jureconsultissimus Jacobus Gotho-  
 fredus, vir in his studiis etiam qua  
 parte voluit, eminentissimus. Nec  
 adorantium mos iste tantum, sed et  
 amantium. Miles. vi. 'Jupiter per-  
 pressa Cupidinis buccula, manneque  
 ad os suum relata, consuaviat.' *Idem.*

*Nec Diis rurationis]* Tibullus : 'Et  
 quodcumque mihi pomum novus edu-  
 cat annus, Libatum Agricolaë poni-  
 tur ante Deo.' Nam Veterum ea  
 superstitio, ut quorumlibet fruc-  
 tuum annis singulis diis suis rusticis  
 primitias sacrarent. Censorinus de  
 Die Natali : 'Itaque cum perciper-  
 ent fruges, antequam vescerentur,  
 Diis libare instituerunt.' A. Gannius,  
 vetus poëta : 'Hic adoris dat primi-  
 tias tibi : sanguine libat.' Leonidas :  
 'Ἀγροῦν μὲν τάδε Παῖν γὰρ εὐαστῆρι Ἀναίφ  
 Πρέσβει καὶ Νόμφαις ἕκαστος ἔθηκε Βίτων.  
 Παῖν μὲν, ἀρτίτοικος χίμαρον συμπαίστορα  
 μητρὸς, Κισσοῦ δὲ Βρομίφ κλῶνα πολυ-  
 πλάστες. Νόμφαις δὲ, σκιερῆς εὐποικίλον  
 ἄνθος ἐνὸρρης, Φύλλα τε πεπταμένον αιμα-  
 τόεστα ῥόδων, 'Ανθ' ἂν ἔνυδρον Νόμφαι  
 τάδε δῶμα γέροντος Αἰζέτε, Πὰν, γλαυγ-  
 ρὸν, Βάκχε, πολυστάφυλον. *Colo.* *Diis*  
*rurationis.* Quos 'Numina ruris' vo-  
 cat Juvenalis Sat. xiv. Virgilius  
 Georg. ii. 'Deos agrestes.' Propertius :  
 'Deos quibus est tutela per  
 agros.' Tibullus 'Cœlites agricolas,'  
 lib. ii. Eleg. 1. et 'Agricolas Deos'  
 lib. i. Eleg. 1. quod non adverterunt  
 interpretes: verba ejus : 'Et quod-  
 cumque mihi pomum novus educat  
 annus, Libatum agricolaë ponitur  
 ante Deo : ' legerim agricolas ponitur

*ante Deos:* sic in Authore de Nuce  
 etiam contra quam impressi, scribo:  
 'Agricolas fructu præveniente Deos.'  
 Porro non alii sunt, quos 'Ἀγροίκων  
 ἐφόρους Δαίμονας Alciphron in Episto-  
 lis vocat: et Inscriptio vetus Græca  
 ΘΕΟΤΣ ΝΟΜΙΟΤΣ. Genera eorum  
 quatuor memorat Maximus Tyrius  
 Dissert. xiv. 'Ἐνικάρποιος, ἁλδαῖος, ἐπι-  
 ληναῖος, προηροσῆος' quos Varro de R.  
 R. l. i. duodecim numero complexus  
 videtur, titulo 'Consentium Deorum,  
 Agricolarum ducum.' Extat in Arun-  
 delianis monumentis lapis selectissi-  
 mus iste, 'Inseratur heic Marmoris  
 figura.' *Pric.* Neque tamen inserta  
 est, in meo utique exemplari, quare  
 totam Pricæi commentationem in  
 marmor istud, hic ommittendam pu-  
 tavi. *J. B.*

*Aut gregis primitias]* Vide notas ad  
 Gennadium p. 197. *Elmenh. Segetis*  
*ullas, aut vitis, aut gregis primitias im-*  
*partit.* Tibullus i. 5. 'Pro vitibus  
 uvam. Pro segete spicas, pro grege  
 ferre dapes.' *Pric.*

*Nullum in villa ejus delubrum]* Ex ead-  
 em superstitione erat, ut fere unus-  
 quisque in agris, prædiis suis sacel-  
 lum quoddam Deo cuidam aut Deæ  
 sacrum haberet. Censorinus ibidem :  
 'Et quam agros atque urbes Deorum  
 munere possiderent; partem quam-  
 dam templis sacellisque, ubi eos co-  
 lerent, dicavere.' Bacchylides: *Εὐ-*  
*δημος τὸν νηὸν ἐν' ἀγροῦ τόνδ' ἀνέθηκε*  
*τῷ πάντων ἀνέμων πιστάτη ζεφύρῳ.* *Εὐ-*  
*ξαμένῳ γὰρ οἱ ἦλθε βοηθός, ὕψα τάχιστα*  
*Λυκμήσῳ πεπύων καρπὸν ἐπ' ἀστα-*  
*χίων.* Propertius lib. ii. 'Atque ibi  
 rara feres inculto thura sacello Hæ-  
 dus ibi agrestes corrue ante focos.'  
 Plinius lib. ix. Epistolar. ad Mus-  
 tium : 'Aruspicum monitu reficienda  
 est mihi ædes Cereris in prædiis in  
 melius et in majus.' *Colo.* *Nullum in*  
*villa ejus delubrum situm, nullus locus*  
*aut lucus consecratus.* Etiam privatis  
 hominibus hæc religio olim fuit, sa-  
 cras mediculas in suis agris habere,



pro cuiusque opibus vel magnificentia. Plinius Cæcilius lib. ix. Epistol. xxxix. 'Aruspicum monitu reficienda est mihi ardes Cereris in prædiis meis et in melius et in majus:' et statim: 'multa ibi vota suscipi, multa reddi.' Nota, 'Aruspicum monitu:' Neque enim privata auctoritate, ut existimo, id licebat. Dedicatio certe, ut hodie, sic olim tota erat juris Pontificii: ut adparet ex oratione Ciceronis de Aruspicum responsis. Neque aliter usi hac potestate Imperatores, quam quod iidem erant Pontifices Maximi: ut Trajanus apud eundem Plinium lib. x. *Scip. Gent.*

PAG. 497 *Negant vidisse se, qui fuere, unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum, aut ramum coronatum*] Notandum est, quod Appuleius noster, in *finibus*, ait. Nam licet de tota villa vel fundo id intelligi possit, tamen videtur alludere ad veterem ritum terminorum designandorum, quem describit Flaccus Siculus: 'Quam terminos,' inquit, 'disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram conlocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos ornabant.' *Idem. Lapidem unctum.* Multa de hoc ritu Colvius ad i. Florid. et Casaub. ad Theophrast. cap. *περί δεισιδαιμονίας*. Qualis heic vero lapis intelligendus? *terminalis* an *sepulchralis*? nam et clippi in finibus ponebantur, et nonnunquam pro terminis errorem faciebant. Siculus Flaccus de condit. agror. ungi etiam solitos constat ex Anacreonte. *Pric.*

*Ramum coronatum*] Ovid. Metam. viii. 'Pendentia vidi Serta super Ramos.' Arnob. lib. v. 'Quid lanarum vellera quibus arbores colligatis, et circumvolvitis stipitem?' Miles. vi. Noster: 'Videt dona speciosa, et laciniæ auro literatas, ramis arborum, postibusque suffixas.' Plutarch. Timol. *Ἐκ τῶν κρηναίων ἀνδραγυ-*

*των ταβία τῆς ἀναρρίθου, καὶ περὶ τῶν, οὐρανοῦς ἔχουσα καὶ ἄλλας ἀναρρίθου- πλῆρες, ἀρρίθου τῆς κορυφῆς τοῦ Τυπο- λῶντος.* V. Etymolog. in *Επειρώτη*. Id.

*Et forsitan ne ob hanc dis. cont.]* Scribo, et fors fuit ut ob hanc divini contumaciam non inducat in animum verum esse quod dicit. Similiter aliquanto post, 'Fors fuerit ut ne sic quidem credat Æmilianus.' In epistolis Symmachi *fors fuit an*, non raro memini legere, pro fortasse, vel fortasse an. Ut libro primo Epistolæ v. et xxxiii. et alibi. 'Divini contumacia' vox Appulei ut, quæ præcessit, 'divini sciens,' ubi Magiam 'artem piam et divini scientem' vocavit: nisi tamen et hoc loco 'divum contumaciam,' et illo 'divum scientem' verius est scribi. Falluntur qui putant vocem *contumaciam* hic non convenire. Glossarium, 'contumacia, *καταπόνησις, ἀνελθεῖν.*' Casaub. L. *Et fortassean ob hanc divinum contumaciam.* Fortasse an, dictionem primus in locum revocavit primus Jctorum Cujacius, quem secuti dein alii, multis auctorum locis, eandem restituerunt, nec tamen nullis etiam: nam in mendo reliquerunt. *Contumaciam* autem *divum* sic accipio ut dicimus 'metus deum' pro erga vel adversum Deos: *τὸ fortassean* in Seneca etiam Colvius tentat Pag. Not. 249. Sed frustra, nam Senecæ mentem non vidit. *Acidal.* Legerim, *fortassean*. Brant. In Rom. Ald. et Florent. est *fortan*. Elmenh. Præfati Mistorum et vulgatam ante Vulcan. lectionem *forsan ne o. h. d. c. non inducat animum*, quæ nihil verius puto, hoc sensu: forsitan metus est ne sibi non persuadeat, &c. Mendam tamen h. l. subesse adeo sibi persuaserunt Editores, Casauboni exemplum secuti, ut inde a Vulcanio nemo veterem et scriptam lectionem revocare ausus sit, præter Scip. Gent. Et Scal. quidem in Vulc. Ed. sec. Wow. Elm. et Scriv. ediderunt *fors fuit ne*, quod sane, si locutionis vim spectes,

eodem redit. Pric. vero et Flor. conjecturam dedero Casanboni *fore* *fuit* ut: quæ locutio habetur et apud Anon. Epist. vi. sed h. l. nimis abit a Mas. J. B. *Divini contumaciam*. Emendo ob hæc *Divum contumaciam*: vel *contemnentiam*. Certe locus hic non caret maculis, quas necdum satis ex animi sententia eluere potui. Catv. Τὸ θεῶν, non bene mutat Colv. in *divum*. Brant. *Divinum*, τὸ θεῶν, ut et aliquoties *humanum*, τὸ ἀνθρώπινον, substantivè ponitur. Flor. N. xv. 'Omnis divini arcani antistitem.' Vide ad Met. viii. p. 682. b. ubi miror Ondendorpium, aientem, se verba *divini contumaciam*, a Pricæo eo loco citata, in Apologia invenire nequiasse. Vulgata certq lectio in nulla Ed. quod sciam, mutationem passæ est: et quidem recte. *Contumacia* enim, i. e. contemptus. Sic 'omnium contumax,' de omnium rerum contemptore Noster de Dogm. Plat. lib. ii. p. 260. ubi vide. Videtur tamen Deum esse in Cod. Fax. *Divum* conjecit etiam Lat. Latin. Animi Groelot. Expungendam vocem censeo alius V. D. in masg. J. B.

*Manum non vertorim*] Phalaris Epist. 62. Πάντως ἂν εἴην ἀπεχόμενος, εἰ καὶ οὖν οὖν ἐπιστροφῆν ἐραμέμην. Et 66. Ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἐπὶ Περικλέους τιμωρίας ἐπιστρέφωμαι ἐπιστρέφωμαι. Antholog. VII. Τῆς λαμπρῆς καλῆς οὐδὲν ἐπιστρέφωμαι. Pric.

*Signum dato*] Ritus observandus, ex quo etiam intelligendus elegans Plauti locus, Milite: 'Mi. Tum pol ego id quod celo, haud celo. PA. Immo ita, etiam si non Colas. Mi. Quo argumento? PA. Infidos calas: ego sum tibi firma fide. Mi. Cedo signum; si tu harum Baccharum es.' Symbolum, et, ut alibi vocat Appuleius, memoraculum quo se invicem agnovissent Matris Deum symmystæ fuit hoc, ἐκ τυμαίνου ἔργον, ἐκ κυμβάλου ἔκαστος, ἐκτροφέρεσσιν, ὅθεν τὸν πατρὸς ἀνέδωκεν. Quo synorgiasæ Liberti pa-

τρὶς, ἀντρογάλας, σφαῖρα, σφαιρίδας, μῆλα, βόμβος, ἰσχυρὸν, πέκος. Quo participes sacerorum Eleusiniorum, Ἐλεφταῖνα, ἔκαστος τὸν κυμβάλου, λαβὼν ἐκ κλητῆς ἀργασίας ἀποδίδωκεν εἰς ἀλλήλους, καὶ ἐκ καλῶν εἰς κλέπην. Adi, si label, par scriptorum doctissimum, Clementem Alexandrinum, et Arnobium. Casaub. *Signum dato, et audiat, &c.* Tò signum exponere potes *σύνθημα*, h. e. 'tesseram vocalem,' qualem Casaubonus affert ex Clemente Alexandrino, et Arnobio. Ego intelligi malim cuticulare quodpiam invisum signum, quo participes sacrarum eorundem invicem agnoscebant se. Minucius Felix vocat 'corporis notaculum:' suavissimus scriptor Prudentius, *σφραγίδα*. Neque temere hinc colligas, tametisi rara eorum mentio occurrat, fuisse apud Græcos, sacerdotes quosdam *σφραγιστῶν* nomine insignites. Apud Ægyptios certe, a quibus bonam partem τῆς τῶν θεῶν θειανείας hausere, fuisse ejusmodi munus discretissime Plutarchus de Isid. et Osir. docet. Sacri enim ab illis in Typhonis execrationem facti ritus, ac ceremoniarum debita describens, τὸν μέλλοντα θέσθαι βούν (Inquit) οἱ σφραγιστοὶ λεγόμενοι τῶν ἱερῶν κατεστημένοιοντο. Imo sigillum enarrans ipsum ex antiquioris se Historici fide habuisse insculptum ait, ἑθροπὸν εἰς γόνυ καθέκοντα, ταῖς χερσὶν ὀπίσω περιγυμέναις prorsus ut in sigillo iste marmoreo cubitali, [Insertum est sigillum,] ex Illustrissimi Arundelii Comitæ reconditioribus cimellis deprompto, ipsisque Athenis ab amicisissimo et eruditissimo Pettæo in Britanniam advecto, cujus humanitati edecumatissimæ imaginis istius non tantum copiam acceptam fero, sed et *μήνυτρα* doctrinæ debeo de Plutarchi loco. Pric.

PAG. 498 *Enunciare*] Vulgo *annunciare*. Elmenh. Legend. *enunciare*. Miles. x. 'Neque apud vos quæ ignoravi, possum enunciare.' Gellius

lib. i. cap. 23. 'Placuitque ut eam rem, super qua tractavissent, ne quis enunciareret priusquam decreta esset.'

*Prie.* Enunciare jam est in Ed. Junt. post. et consentiunt Mss. Florent. et D'Orr. recte. Locis a *Prie* cito add. Metam. lib. ii. pag. 118. 'Divino præsagio et ipsum scire, et nobis enunciare.' Lib. xi. p. 804. 'Quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias enunciareri.' De Dogm. Plat. i. p. 572. de Divina natura, 'in multos eam enunciareri non posse.' J. B.

*Animo explesse*] Rom. Venet. *animum*, Colv. *Animum expl.* Et hoc ex Edit. Rom. Alii *animo*. Casanb. *Animum expl.* v. c. Et mox, *quamquam in eo tempore vel Alexandria fuerit*: ut supra, 'quam forte tum in eo tempore conscribebat.' *Scio* pp. in *Symb.* Edd. Junt. utr. Ald. Baa. Colv. Vulc. pr. *animo explesse*, contra Mss. et Latinitatem. Terent. Hec. v. 1. 39. 'Exple animum iis; teque hoc crimine expedi.' Cf. Burm. ad Ovid. Rem. Am. vi. 129. J. B.

*Omne crimenis maculam deteris*] Claudianus ii. Eutrop. 'Tunc ire recentes Detersum maculas.' Gregor. Turonens. 'Quo facilis detergeretur a crimine.' Optat. Milevit. 'Pulsa, atque extersa infamia.' Demosth. Olynth. i. 'Ἀδοξίαν ἀπορριψάμεθα' ubi Ulpianus, *οὐλοῖ ἐκαθάρμεν καὶ ἀποπλάνομεν, ὡς μεταφορᾷ τῆς κηλίδος, τῆς γενομένης ἀκαθαρσίας περὶ τὴν ἐσθῆτα*. V. Etymolog. in *Κηλὶς*, Festum in 'Labes.' *Prie.*

*Gumia*] Festus: 'Hinc et Ingluviosus, et Glutto, Gulo, Gumia.' Lucilius apud Cic. ii. de Finib. 'Compellans gumias ex ordine nostros.' Colv. *Gumia*, gulosi. Ita enim apud Nonium legit Joseph. Scaliger, Conjectan. in Varron. Et *degumiare* apud Fest. id est, devorare, degustare. Brant. *Gumia* *cujusdam*. *Gumias* quasi *Gurgites* dictos Turnebus vult, deducitque ἀπὸ τῶν κυμάτων. audiamus

Scalig. Advers. xxvii. 8. potius, Not. ad Varr. *Gumia* a γῆμος, quod est πληρωμα τῆς ποδός. Latinus *Suberra*, inde Plauto 'mulieres saburratæ.' *Prie.* *Testimonium ex libello legi audiet gumia* *cujusdam*. Quod licet prohibitum non sit, tamen nulla fere vis est horum testimoniorum, præsertim in causis capitalibus: infra iterat Apuleius: 'Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est?' Seneca lib. iv. Natur. Quæst. 'ex his me testibus numero secundæ notæ, qui vidisse quidem se negant, sed audisse.' Sed hic Apuleius non improbat Crassum quasi testem ex auditu, sed quod non ipse coram testimonium dicat, sed ex libello recitatur, eo absente. Cicero pro L. Flacco: 'Ergo is, cui si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit?' *Scip. Gent.*

*Nocturna sacra*] Paullus i. v. Sentent. 'Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent; fecerint, faciendave curaverint.' Eadem Mala sacrificia Mordestinus l. xiii. ad L. Corn. de Sicar. Colv. *Me in ejus domo nocturna sacra fecitasse*. Prohus in vita Alcibiadis: 'Aspergebatur infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur.' *Prie.*

*Quamquam meo tempore*] F. in eo temp. Brant. Stewech. ad Met. lib. ii. p. 99. b. male geminatam litteram m putabat. Imo, legendum in eo tempore ex Mss. O. ut edidit jam Scriv. Sic aliquoties locutus est Auctor in hac Apol. Supra p. 464. 'Quam forte tum in eo tempore conscribebat.' p. 472. 'a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gætulie montibus fuisse.' Infra pag. 506. 'quem abfuisse in eo tempore scitis,' ubi idem error commissus. p. 528. 'me in eo tempore non amabat.' p. 553. 'in extremo tempore vitæ.' Ita et Ms. Septim. de B. Troj. l. i. c. 6. 'atque in eo die:' ubi vulgo atque ita

co dic. J. B.

*Symposia obiret*] Quod statim, *de die in ganeas correpere*. Emendandus hic locus Auctoris nostri, Milesia x. 'Hortulanus detorsus in ipsam tabernam clam direpsit,' &c. *Detorsus*, antiquæ. Cato II. Originum: 'Propeterea Mamertini vocantur, a Marse detorsum nomen.' Significat enim Appuleius contorto et compresso corpore in cistulam correpassæ. Eandem rem Horatius ita expressit Sattyr. VII. 'an turpi clausus in arca Quo te detrusit peccati conscia herilis Contractum genibus, tangas caput.' *Scip. Gent.*

*De die in ganeas*] Quod tempestivum convivium dicitur, de quo Lipsius excursus ad Corn. Tacit. lib. XII. *Annal. Brant. De die*. H. e. non 'interdium' sed 'diluculo,' 'summo mane:' sic ap. Plautum Asinar. 'de die potare.' Sueton. Domit. 'de die lavare.' Tertullian. de Spectac. 'de die ad balneas conducere:' quod in Apolog. vocat 'diluculo lavari.' *Pric.*

*In ganeas correpat*. Proprie correpat, nam *correpiamus* in occulta loca, cuiusmodi *ganeas* sunt, et id genus latibula. Sylloge rariorum vocum e Glôss. vett. 'Ganea,' (sic recte Vulcanius,) 'occulta loca et subterranea.' Isidorus Orig. lib. x. 'Ganeo, luxuriosus: tanquam in occultis locis et subterraneis.' Donat. in Adelph. 'Veteres ganeum meritoriam tabernam dixerunt ἀνὰ τῆς γῆς, τοῦτ' ἐστὶ τῆς γῆς.' Balb. in Cathol. 'Ganeum dicitur locus in terra defossus, ad quem ad ludendum et scortandum populi confluxebant:' allusit Noster etiam figurate in de Platonis dogmate: 'Cupidinem atque appetitum postremam mentis portionem, infernas abdominis sedes tenere, ut popinas quasdam et latrinarum latebras, diversoria nequitie atque luxurie.' *Idem.*

PAG. 499 *Aucupatum*] Sensus est: Quasi vero Crassus Alexandriæ, in

caupona, inter compotiores suos, plenas domo sua apportatas aucupatus fuerit, i. e. studiosè inquisiverit; et auctæ domus fumum agnovèrit. In Edd. Elm. et Scriv. minor distinctio minus bene collocatur post *advectas*, ut, credo, *aucupatum* passivè accipias, quemadmodum statim dixit Auctor 'fumum frustra captavit.' Ceterum rectè iidem Elm. et Scriv. revocarunt veterem ante Casaubon. lectionem *aucupatum*, pro qua Casaub. cum seqq. *aucupantem*. Bene, quod ad sensum, sed contra Mss. J. B.

*Ulixes fumum*] *Odyss. a. ... Ὀδυσσεὺς ἰδέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρόσκοντα νοήσαι* 'Hs γαίης θανάειν λυέρεται. *Colo.*

*Terra sua emergentem*] Scribebatur *mergentem*: hoc est *διόρυα* vel *δυόμενον*. Scripsimus *emergentem* auctore Homero qui *ἀποθρόσκοντα* dixit. Imò ratione ipsa ita flagitante, et rerum natura. *Casaub. Ulysses fumum terre sua emergentem*. Lucianus: 'Ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀρθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. Eustathius *Ἑρωτικῶν* Scriptor libro III. *Καπνὸς πατρίδος οὐ μόνον ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ θεώσεως αὐτῆς τιμώτερον ἔκρωε*. Philostrat. *Ariad.* 'Ὁ Θησεὺς δὲ ἐρῶ, ἀλλὰ τοῦ τῶν Ἀθηνῶν καπνοῦ. Rutil. Numat. *Itinerar. l. I.* 'Signa levis fumi commendat Homerus, Dilecto quoties surgit in astra solo.' *Pric.*

*Vincit sagacitate odorandi canes et cultorios*] Τῶν πτηνῶν καὶ τῶν περὶ αὐτῶν, οἱ γίνεσθαι καὶ οἱ κύνας πόρρωθεν τῶν δσμῶν ἀντιλαμβάνονται. Suidas in Κογχύλη. *Idem.*

*Omnis fumi non imperitus*] Non omnes animadvertent quare hoc dicat. Objicit autem Crasso isti vitam parasiticam: Parasitorum enim hæc solertia fuit, hæc palma. Ait quidam de eo grege apud Diphilum Comicum: 'Ἀτὰρ δὲ τῆρ' τοῦ μαγείρου τὸν καπνὸν ἐ'άν μὲν σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὄρθον τρέχῃ, Γέγηθα, καὶ χαίρω τι καὶ περὶ σομαι.' Ἐάν δὲ πλάγιος καὶ λε-

τὸς, αὐτὸς τοῦ Ὅτι τοῦτο μὲν τὸ βέλτερον  
ἀλλ' οὐκ αὖτ' ἔχει. Præterea fuit ea  
ætatē frequens in ore hominum pro-  
verbium, quod in historia aliquot Au-  
gustorum apud Spartianum et Capi-  
tolinum sex septem locis notare me-  
mini, 'fumum vendere,' vel 'per fu-  
mum aliquid vendere:' de eo qui  
gratis, qua valebat apud principem;  
ad quæstum suum abutebatur. Eo  
etiam allusum esse ab Appuleio de-  
clarat quod infra non longe sit: ut  
non impunitum Crasso foret, quod Æ-  
miliano homini rustico fumum vendi-  
dit. *Casaub.* Apposite 'helleonem,  
omnia fumi non imperitum' vocat.  
Est enim fumus leutillarum indicium.  
Seneca Ep. LXIV. 'Intervenerant  
quidam amici propter quos major fu-  
mus fieret: non hic qui erumpere ex  
lautiorum calinis, et terrere vigilas  
solet; sed hic medicus, qui hospites  
venisse significaret.' Tertull. Apolog.  
39. 'Ad fumum cœnis Serapiez.'  
Fumus etiam popinæ proprius. Cic.  
in Plon. c. 6. 'stetimus in illo ga-  
nearum tuarum nidore et fumo.' cf.  
*Prie. J. B.* Omnis fumi non imperi-  
tus. Vitam Parasiticam heic objici  
recte Casaubonus notat. Ea enim  
natio culinarum fumos captare sole-  
bat, vel (ut verbis Appuleianis lo-  
quar) nidores naribus hauriebatur.  
Ammian. Marcellin. I. XXVIII. 'Ple-  
rique distentionibus saginis addicti,  
præcunte nidoris indagine, &c. hu-  
mum summis pedum ungulibus con-  
tingentes, aulis adstant, digitos  
prærodentes dum patinæ deferves-  
cunt.' *Prie.*

Que solo censetur] Frequens locu-  
tionis formula optimis passim aucto-  
ribus: in his Agellio, Plinio, Juve-  
nali, Justino. Sed et Minutius Fe-  
lix: 'Nec igitur,' inquit, 'qui mori-  
bus et pudore censemur.' Tertullian.  
de Velan. virgin. 'proprietatem ejus  
vocabuli' [mulieris] 'ad sexum ip-  
sum, non ad gradum sexus pertinere,  
que communiter etiam virgines can-

scantur.' Sidon. Apollin. lib. viii.  
Epist. 7. 'qui superblasime opinantur  
solo se sensu esse censendos.' Oc-  
currit et apud Jurisconsultos 'juri-  
peritia censeri.' Inst. de jure nat.  
gent. et civili. Et alt. de suis et le-  
git. hered. 'nulla juris auctoritate  
censeri:' et ibi. *Brunt.*

Facilius ad cum vini cura quam fumi  
perveniri] Plaut. Curcul. 'Vinoles-  
tina, Eaque extemplo ubi vino has  
consersi fores, de odore adesse me  
scit.' *Prie.*

Jehanus adh. et abstem.] *Astros ad  
dicos.* Abstemius comica licentia  
non est δ μὴ μετέχων οἴνου ut vertitur  
in Glossaria: sed δ μέν, qui pro ho-  
ra Dei nihil dum vini bibit. Si bene  
memini, ita accipit et Tertullianus de  
Christianorum stationibus et jejuniis  
alicubi loquens. *Casaub.* *Jehanus et  
abstemius.* Tertullianus de Pall. de  
Chamaeleonte, 'Jehanus et irrefectus:  
quæ non laudo quasi eodem  
dicta modo quæ Anthoris verba, sed  
quia sub manum cadunt, nec fortas-  
sis infelicitè. Eruditissimus Inter-  
pres irrefectus scribit: h. e. ἀναρτος;  
(Noster Græcismus diceret, fume me-  
lior.) nam irrefectus (inquit) ipsum il-  
lud quod jehanus est, ita his idem  
diceret, quod absurdum foret. Nihil  
imminutum hinc ab illius Genie  
profectum, cujus acumen, εὐνοχέας,  
eruditionem inter paucos suspicamus:  
stari tamen putamus posse a recepta  
lectione, idque citra ullum sensus aut  
Latinitatis dispendium. Miles. vii.  
Noster, 'Cacam et exoculatam Fos-  
tunam.' Nomen, 'Sub die, et intecto  
conclusus stabulo.' Ibid. 'Nudis, et  
intectis pedibus.' in. 'Intecti atque  
nudati bæchammer.' (ita in Mss. legi  
monent, vulg. intecti b.) x. 'Nudo et  
intecto corpore.' Mire frequentes  
Africani sunt in his locutionibus, ubi  
Critica hanc penere, foret po-  
tius in detrimentum, adhibere pu-  
micem, detergere nativam gratiam.  
*Prie.*

*Abstemius*] Recte Casanb. *abstemius*, non δ *μὴ μετέχων εἰσιν*, sed δ *μέτρον*. Miles. vii. 'Sancilis illis, et crepula violentiaque madidis, ipse abstemius viam non cessat impingere.' Miles. x. alibi 'iavinium' vocat. Plantus et Horatius 'Siocum.' *Idem*. *Jejunus* et *abstemius*, testimonium illud credidisse. Quare *jejunus*? an ut plus fidei quamreret? an quod ita leges juberent? ejusmodi quidem *μαρτυρίας* religionem in Pontificio jure servatam video, ut Decretal. lib. ii. de Test. c. 1. Et Capp. Karoli M. l. iii. Tit. 10. et 52. et in Pandectis nec volam illius reperio, nec vestigiū. *Idem*.

PAG. 500. *Si quis ejus*] Videtur pro ejusmodi positum, etsi, quod sciam, sine exemplo. *Idem*. Ut quidem in eo tempore videbatur mihi: longe nunc secius. Plantus in Casina: 'Verum altroveoriam, quum eam mecum rationem puto, si quid ejus esset, esset mecum postulatio:' at non putam hoc seculum occurrere, ea re advertendum censeo. *Id.* in *Add.*

*Quintianum istum qui mihi adiecit*] Ut amicū decuit, amplius e consuetudine. Plin. in Epistolis, 'Adiactebam ei, &c. at amicus.' Miles. iiii. Noster: 'Non contentus quod mihi nec adiecit solatium perbibnit, insuper exitium meum cachinnat.' Cicero et Seneca vocant 'reo adesse.' Græci Oratores, *τῷ ἀνελυγμένῳ παραπράττειν*. Suetonius (contra Gellii mentem) 'asperere.' *Idem*.

PAG. 501. *Non potest, nec in testimonio dando, discors longius a culina*] Trahas hac, nec invita, ut puto, Varro in in Modio: 'Ganeones, quibus est modicus vitæ culina.' Et in Manio: 'Habens ante positam alimoniam, sedens altus alieno sumptu: Neque post respiciens, neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinae.' *Idem*.

*Testimonium ex libello, &c.*] Harpocration in *Ἐκπαρρησία*. Denat. ad Andr. *Idem*.

*Helluo attentatur*] *Heluæ* legendum, aliis ante nos animadversum. Eam vocem apud eundem Tertullianum invenias de corona militis: 'Quod hedere natura sit caput ab heluco defensare,' id est, gravitatem capitis arce, quæ nimia vini ingurgitatione creatur. Vide Turneb. lib. xxi. Advers. cap. 12. *Brant.* Legend. *Heluco*, vel *eluco*, quod eodem cadit. Tertullian. de corona milit. 'Quod hedere natura sit caput ab heluco defensare.' Festus: 'Eluonum significat languidum et semisomnem, &c. sine halonem: id est, hesternæ vine languentem, quem *ἑλυν* Græci vocant.' Gellius *heluonum* tarditatem animi, et stuporem interpretatur: Ego gravedinem capitis cum successione, nempe ut Etymon *crepula* respiciat. *κραιτάλη* enim est quasi *κραιτάλη*, ἀπὸ τοῦ κῆρα, καὶ τοῦ πάλιν τοῦ ἀπολείποντος τὸ κῆρ' inde *κραιτάλη*, δὲ ἐκ μέθης πάλιν, δὲ ὅτι διήκεις καὶ ἀήκεις τοῦ κῆρα. Etymologus in *κραιτάλη*, et *πῆλες*. Eustath. ad Iliad. α. et hoc variis quam quod Isidorus, 'crepula, quasi cruda epula.' *Prie.* Fidenter odidi *eluco* sive *heluco*, cum Wower. quam correptionem verbum *attentatur* flagitare videbatur. Salm. ad Solin. p. 908. restituit eam vocem quoque Gellio rv. 12. 'Pueros impubes compertum est, si plerime cibo nimique somno sternerent, hebetiores fieri, ad veterales usque aut eluci tarditatem:' ibi vero Salmasii conjecturam a Mss. comprobare postea cognovit Gronov. Sed nostra loco Msti auctoritas adhuc desideratur. Fortasse ea non careremus si Ms. D'Orv. integram hanc Apologiam servaret: solet enim iste Mariorum lectionum vestigia præ se ferre. cf. supra ad illud 'tædaceo famo.' Solet etiam Tertullianus, qui eandem vocem, quæ vix alibi legitur, usurpavit, e nostro Auctore rariora vocabula imitari. De *τῷ ἑλυν* s. *heluco* vid. Gronov. ad Gell. locis a nobis et a Pricmoelt. et Voss. Etym.

in v. J. B. *Attentatur*. Barthius, *amentatur*, sed nil mutatione opus. '*Crapula attentari*' dixit ut supra, '*attentari morbo*:' et Miles. i. '*fatione pertentari*.' *Prie*. Bene, si dixisset Auctor *crapula attentatur*, sed addita præpositio *ex*, facit, ut desideretur nomen, quod *τῇ attentatur* iunxerit Auctor. Interpretatur quidem Florid. '*num gulosus ille ex temulentia decumbit*.' Verum hoc non significat *attentari*, quod verbum usurpatur de morbis: sed non nisi addito vocabulo, quo morbus designatur, aut intellectu e præcedentibus. ex. gr. Sept. de B. Troj. ii. 30. '*nullus, neque mortuus ex hoc malo, neque attentatus est*.' Id. ibid. XXXIII. '*paullatim vis mali leniri, neque amplius attentari corpora*.' J. B.

*Hæc fabra tecum*] Lipsius emendat, *hæc fabricantem*. Colv. Placet admodum quod docti viri excogitarunt, *hæc fabricantem*: sic tamen ut nostram conjecturam nondum nos pœniteat, *hæc fabram tecnam*, id est, *technam*. Imo vero sic potius scribet qui me audiet, *Nam equidem hæc fabra tecum fabricantem hesternæ die animadverti*, &c. nam quia inter *fabra tecum* et *fabricantem*, et literarum et soni est similitudo aliqua, ea re corruptus hic locus, ut alii *μυροί ἐνι μυροίς*. *hæc fabra* valet, τὰ σοφὰ ταῦτα, supple *μυχαρήματα* et commenta. Casaub. *Hic sabra tecum*. Ita v. c. Fulv. *equidem hæc hora tecum*. Et mox *ide maxime præsens per libellam*. Sciopp. in Symb. Mira varietas lectionis et emendationum. In V. C. Fulvii legi aiant, *hic fabra*. Unde viri docti sic legunt, *Hæc supra hesternæ die*. *Σαπρὰ*, optime, inquirunt, ad sententiam, aptamque obructandi verbo, ita *σαπρὸς λόγος*. Idem, *Hæc hora tecum hesternæ die*. Alii, *hæc fabra tecum fabricantem*. Alii, *hanc fabram technam*. Alii, *hæc fabricantem*. Dædalum esse oportet, qui novam lectionem fabricetur. Conatus tamen sum veram lectionem indagare: at-

que ita conjeci legendum. *Hæc supra te cum hesternæ die, &c. obructantem*. *Supra te*, id est, *supra aurem tibi capite applicato*, ut solet, quum quid secreto alii committimus et cum illo consensuramus, ut loquitur Terentius, in *Heautontimorumenos*. *Scip. Gent.* Hic locus est, qui insigniter exercuit ingenia virorum in his litteris maximorum: et pro *hæc fabra tecum* restituit Lipsius, *hæc fabricantem*, probat Casaubonus, ita tamen ut neque damnet suas conjecturas, *hanc fabram technam* vel *hæc fabra tecum fabricantem*, adjecta integra dictione. Fulvius Ursinus vellet, *hæc hora tecum*. Ego legendum existimo, *Nam equidem hanc fanaticum hesternæ d. arbitrabitur æquus lector*. *Meura*. V. C. Fulv. *hic fabra*. Viri docti emendarent, *hæc fabricantem hesternæ die*. Casaubonus, *hanc fabram technam*. Nec dum me expedit. Quid si legamus cum Fulvio, *Nam equidem hæc hora tecum hesternæ die?* Sed non temere in V. C. *Sabra*. Fortasse: *Nam equidem hæc supra hesternæ die animadverti satis notabiliter in m. f. tibi Æ. obructantem*. *Supra σαπρὰ*, optima ad sententiam; aptumque obructandi verbo: ita *σαπρὸς λόγος*. *Wower*. Non est locus mendosior in toto Appuleio. Casaub. legit, *Nam equidem hæc fabra tecum fabricantem h. d.* *Meura*. *Nam equidem hunc fanaticum h. d.* *Memb.* *Florent.* *Nam equidem hic sabrate cum externa die*. Fulvii liber, *Nam equidem hic sabra tecum h. d.* *Roman.* *Aldus et Basil.* *Nam equidem hæc fabra tecum h. d.* *Wower*. n. c. *hæc supra hesternæ die animadverti satis notabiliter i. m. f. tibi Æ. obructantem*. Ego retinui Scaligeri conjecturam tantisper dum meliorem inveniam in libris aliis. *Elmenh.* Non extat locus aliquis in Authore nostro, cujus institutioni Interpretes plus et temporis et operam dederunt. Legit post omnes e *Florent.* eruditiss. *Salmasius*, *Nam equidem hic sabrate cum hesternæ die, &c.* *Li-*

bene acquiescerem, si habitam ibi orationem putarem, constat non alibi autem quam Carthagine pronuntiatam. *Pric.* Nam equidem hanc fabram technam hesternam die animadverti, &c. *Emil. obructantem.* Hæc est lectio a Scaligero primum recepta, quam sequentes Edd. occupavit omnes (præterquam quod Scriv. locum corruptum reliquit ut in Mss. legitur); quam antea vulgaretur nam equidem hæc fabra tecum, &c. Adjectivum *faber, bra, brum* aliquoties usurpat Noster, et recte *fabra technam* dici potuit fraus illa, quam 'de fuligine et pinnia mentitus est' Crassus, et quam, quum ipse temulentus in iudicium venire non posset, *Emiliano* obructatus fuerit. Verum istiusmodi vocabula Græco-Latina in Mss. corrumpi solent; ita tamen, ut alius aliud præbeat: hic vero Mss. O. consentiunt in *hæc vel hic sabrate cum vel cum.* Verior igitur, imo palmaria, est emendatio Sahmaii ad Solin. p. 227. nam equidem hic *Sabrata cum hesternam die, &c.* Quam quidem correctionem, extra omnem dubitationem positam, fidenter amplexus sum. Parum vel nihil ea ab ita Mss. quin et in Pith. majuscula litera scriptum videtur *Sabrata*. De *Sabrata* Africæ urbe, vide Collar. Ge. Ant. iv. 2. 12. Heins. et Drakenb. ad Sil. It. III. vs. 256. Non me fugit, admissa hac lectione, falsum fieri, quod vulgo creditum est, orationem hanc ab Appuleio habitam fuisse Carthagine: sed hoc ipsam emendationem confirmat. Carthagine enim causam suam non dixisse Appuleium, colligas ex iis, quæ infra pag. 552. leguntur. Proximum est ut de Cæa cogitemus: sed nec hoc verum, uti et ex aliis locis suspicari possis, et clarissime patet e. proxime seqq. 'an hic Junium Crassum Cæensem viderint:' et loco, qui infra habetur p. 607. 'Jussi curienlo iret aliquis, et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Cæa fabricatus est.'

*Delph. et Var. Clas.*

*Apul.*

Pronunciavit itaque App. orationem hanc in urbe, ubi *hospitium*, non domum, habebat; quo profectus fuerat, ad causam suam dicendam. Vicina oppida sunt Cæa et Sabrata: Sabratæ autem conventus Juridicus videtur fuisse. Ceterum Sabratæ loquenti satis fuisset dicere *hic in medio foro*, quo facile viderent omnes, forum Sabratæ intelligi: at, quum supra rogasset, 'An Alexandriam remeavit?' recte h. l. et cum emphasi additur *hic Sabrata*. Hic jam editum, ni fallor, in nonnulla Edit. exstat certe in Mss. Florent. 'Obructare alicui' dictum ut apud Plant. Pseud. v. 2. 6. 'quid tu, malum, ergo in os mihi ebrui irructas?' et vs. 9. 'pergin' ruere in os mihi?' Restat ut moneamus Heinso in mentem venisse hunc *saburratum* vel *hæc saburratum cum* vel *saburrato ore*: vide ejus Advers. p. 480. J. B. Quid sit dici vides? dico Crassum jamdudum ebruium stertere] Ex Plautinis illis in Trinummio: 'Dici tempus non vides? quid illum putes Natura illa atque ingenio? jamdudum ebrui'st.' *Pric.*

*Ad repotia cana obunda, violentum sudorem in balneo desudare]* Plutarch. in de cura valetud. Οἱ μὲν ὑπὸ λαμπρίας καὶ φιληδονίας ἐμβέλλουσιν εἰς τοὺς ἐν τῇ θαλάσσει, καὶ σπένδουσιν ἐν τῇ πρὸς πόντῳ. Nonnunquam Sole apricabant etiam, ut se largius mero invitarent. Arnobius 1. 'Numquid ideo dicenda sunt nubila inimica obductione pandere, quia libidini non permittitur otiose rutilare se flammis, et causas potionibus præparare?' Quandoque ad ignem. Sisenna 14. Historiarum: 'Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhausserant.' *Idem.*

PAG. 502 *Iste cum maximo]* Mirum, præteritum hoc a Criticis *Is tecum m.* Statim sequitur 'ne cum sub tam æveris oc. t. const. ne tu bell.' *Leg. ne cum cum s. t. s. o. t. c. tu bellum,* &c. Acidal. Ingeniose et vere Aci-



dalins: *Is tecum, Maxime, præsens, &c.* Indignitatem Crassi anget, et quod quum præsens esset, tamen cum Procons. per libellum loqueretur, et id non modestim vel timoris causa faceret, quasi vereretur etiam sub oculis Proconsulis sine ullo rubore mentiri: sed quia non tanti putavit ut vel ea hora saltem sobrins exspectaret, donec sibi testimonii dicendi copia daretur. Nedum in Crasso isto, sed etiam in summis viris superbum haberetur, non per se alloqui præsentes, sed per internuncium: superbins per libellum. Tacitus de Pallante Claudii Imperatoris liberto lib. XIII. Annal. 'Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit, quippe nominatis libertis ejus, quos concisos haberet, respondit, nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.' Superbissimum autem et intolerabile, non venire quem in iudicium et ad Proconsulem testimonii dicendi causa, quantavis dignitate præditus sit, nedum qualis Junius iste Crassus erat; quod ab eodem Cornelio acriter reprehensum in Urgulania summæ apud Tiberium et matrem Liviam gratiæ, lib. II. Annal. 'Cæterum,' inquit, 'Urgulaniæ potentia adeo nimia civitati erat, ut tacite in causa quadam, quæ apud somatium tractabatur, venire dedignaretur: missus est Prætor, qui domi interrogaret; quum virgines vestales in foro et iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit.' *Scip. Gent. in App.* Jungerman. loco scriptus cit. mallet quoque *Is tecum* m. eamque correctionem, a Putschio profectam, palmariam vocat. Equidem, lectis quæ de formula cum maxime accurate disputat Ernest. in Cl. Cicer. nil muto: nec cum Fulvio ejicio cum. J. B.

*Madentes*] Heins. Advors. p. 480. *marcentes*. Sed Mistorum et vulgata

lectio *madentes* non improbanda, de oculis vino languidis. cf. *Pric. not.* 'Oculos udos ac tremulos et marcidos' conjunxit Noster Met. II. p. 52. Ed. *Pric.* sed ibi de libidinosis, *typhos*, quos 'ebrios ocellos' vocat Catull. XLV. 11. cf. *Pric.* ad loc. Met. cit. *Idem.* *Madentes oculos*] Rutil. Lapis de fig. &c. I. II. 'Oculi mero madidi,' Ibid. 'Oculi vinum lacrymantes.' *Pric.*

*Rictum, &c. ructus*] Non magno animo fero, duo ista sine epithetis nuda hic posita, *rictum* et *ructus*. Et sane crediderim, scripsisse Appuleium *rictum, &c. restrictum*. 'Restringere' non semper est 'constringere,' sed et 'distringere,' ut in Epigr. superiore ad Calpurnianum: 'Restrictis forte si labellis risoris:' *q̄ ructus* autem quid apponam, nondum conjectarum assecutus. Fuit omnino aliquid sono isti voci simile, ut ad *rictum*. Acidal. Quum omnibus partibus, quas nominat, sua Epitheta Lucius adjunxerit, mirum videtur doctis viris non et 'rictul' et 'ructul.' Suspiciari aliquis posset, palantem alieno loco voculam, *Ructum*: et scripsisse Appuleium *Rictum reductum*, quomodo Silius lib. IV. locutus est: 'namque ora reducto Paulatim mutat ricta.' Nunc perpensis iis, quæ sequuntur ita legendum patet: *Cil. turg. apertum rictum; sal. lab. voc. abs. ructum de cupa*. Nam patr. *Ructum de cupa* interpretor viri de cupa empti: miseram enim paupertatem Crasso exprobrat et sordes, quomodo L. Pisoni Cicero: 'Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola, atque de cupa.' Firmat hanc conjecturam, quod supra Appuleius dixit: 'Canponibus quam nomenclatoribus notior.' Et infra: 'Cujus oboluisse faciem videbant,' aliaque similia. Cicero eodem loco: 'quum isto ore factido teterrimam nobis popinam inhullasses.' *Scip. Gent. in Append. V.* *Ructus spinam*: nam patrimonium. Non capio hæc depravata. Et tota qui-

dem periodus parum sana. Rectius haud dubie scribas: *cilia turgentia, rictum hiantem, salivosa labia, vocem absonam, manuum tremorem, ructus fetidos*. Istiusmodi enim voces, aut iis similes, desiderari, ostendant reliqua periodi membra. *Wower*. Deest forte aliquid. *Brant*. Florid. ructu spinam. Fulvii liber, ructus spinam. *Wowerius*, rictum hiantem, salivosa labia, v. a. m. t. ructus fetidos. Probarem, si libros haberet auctores. *Elmenk*. Sana in speciem omnia: ulcus in recessu latet. Codex Florentinus habet ructu spinam patrimonium, &c. Fulvii Ursini liber, Ructus spinam p. hæc quum non caperet *Wowerius*, Ructus fetidos reposuit, et Scipio pari licentia ructum de cupa. At o Dii Boni! quid ad veterem scripturam hæc? cur non eadem opera suggessere ructus amarulentos, de caupona, et similia? imo quidquid sub calamum cecidit, etri remotissimum? *Rutgerius* sane modestius rictus spumam legit. Ego post omnes scribo ructus popinam. Cicero in Divin. 'Quum isto ore fætido terrimam nobis popinam inhalasses.' *Clandianus Mamercus* de statu animæ II. 9. 'Inhalare cloacani ventris et sentinam oris.' *Judicant eruditi*. *Pric*. Ms. ructus spinam. Nam, &c. Lego: ructus, suspitæ. Nam, &c. Ita optime quadrabit, quod sequitur 'Nam patrimonium omne jam pr. abl.' *Is. Voss*. in *Schedula*. Locum affectum esse quisvis videt. Vulgo editum rictum salivosaque labia, vocem absonam, manuum tremorem, ructus. Nam patr. &c. Sed non video, quomodo conjunctione nam seqq. præcedentibus jungi possint, idoneo sensu. Quod vidit *Is. Voss*. in *schedula*, quam edidi. In *Ed. Junt. post.* non apparent ructus nam: pro quibus in *Ms.* est ructu spinam, aut ructus spinam, quod, addito præterea nam, aint esse in *Ms. Fulv.* Præter conjecturas a *VV. DD.* supra propositas *Salm. marg.* adiecit os ruc-

tu hians, sed rōū os nullum est in *Ms.* vestigium. *Rutgers*. conjecit ructus spumam: proxime sane ad *Ms.* *Suetonius Claud.* c. 30. 'spumantem rictum' *Claudio irato* tribuit. *Lennepio V. Cl.* suspecta est ipsa ructus mentio, non suo, ut videtur, loco posita, quum manuum tremor haud concinne inter rictum et ructum memoretur: alioqui divinaret *V. Cl.* ructus parum, ut apud *Phn. H. N.* xxiii. 2. 'Acetum scillinum prodest ascensibus cibis: gustatum enim discit pœnam eam.' Tutius itaque visum, ipsam *Codicum* lectionem exhibere, et verba ructu spinam, quia in *Ed. Junt. post.* desunt, unci includere. *J. B. Manuum tremorem*] *Pers.* 'Tremor inter vina subit.' *Seneca Ep.* xciv. 'Pallor, et nervorum vino madentiam tremor.' *Plinius lib.* xiv. cap. 22. eod. argum. 'Oculorum ulcera, tremulæ manna.' *Glossæ*: 'Mâ-ôy, Tremementra, ebrietas.' Ubi vide an recte *Vulcanius, Temulentia, e. Pric.*

*Patrimonium omne jampridem abligurrit*] *Cœnis* nempe, capediis, et culinæ sumptibus. *Cicero Catilin.* II. 'Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurrierunt.' *Terentius*: 'Patria qui abligurrierat bona.' *Sidonius lib.* ix. Ep. 6. 'Quantum de bonisculis avitis paternisque sumptuositas domesticæ Charybdis abligurriasset.' 'In patrimonio belluari' vocat *Gellius* II. 24. 'Familiam et pecuniam suam prandiorum gurgitibus proluere.' *Noster* infra: 'In ventrem condere.' *Athen.* lib. iv. τῆς τρυφῆς ὀβολῶν ὀψαλῶν τοῦτο, sive ut pillulam deglutire. Huc pertinet quod de *Acteone Fulgentius Mytholog.* ex *Anaximene*: 'Dum periculum venandi fugeret, affectum tamen canum non dimisit, quos inaniter, (lege immaniter) pascendo, pœne omnem substantiam perdidit: ideo a canibus suis dictus devoratus esse.' *Idem*.

*Ad calamulum venditandum*] In qua

me nocturna et magica sacra feciase per calumniam affirmet. *Florid.* Non audiendus itaque Vule. in marg. conji- cientes *venditanda*: quod satis arguunt seqq. 'Nam temulentum istud men- dacium... vendidit.' De locutione 'venditare calumniam,' aut sim. cf. Burm. ad Lucan. VIII. vs. 675. Ernest. in Cl. Cic. J. B. *Nec quidquam et de bonis paternis superest, nisi una domus ad calumniam venditanda*] Et hæc e Plauti Stichio: 'Nec aliud quid- quam nisi hoc quod habeo pallium Prætorque linguam unam venditari- am:' vel ex his Trinummii: 'Est ager sub urbe heic nobis, eum dabo Dotem sorori, nam is de stultitia mea Solus superfit præter' (lego *propter*) 'vi- tam reliquis.' *Pric.*

*Tribus millibus nummis*] Si ad Lati- nitatis normam exigas, scribes, num- mum, vel, *ter mille nummis*: sed illo potius modo Auctor scripserat: ut infra, 'sexaginta millibus nummum.' Casaub. *Nummum.* Flor. nummis. El- menh. In Cicerone istiusmodi lec- tionem *tribus millibus nummis*, sine hæsitazione, invitis etiam Mas. muta- rem. Quam vero, observante Peri- zon. ad Sanct. Min. IV. 4. n. 78. Oro- sio, et illius ætatis auctoribus in pri- mis familiare fuerit, pro genitivo par- tititionis adhibere illum ipsum casum, quo numerus rei numeratæ *deinde* exprimitur, quin et Livius hanc con- structionem non adspernatus sit, qui l. XXXVII. c. 59. 'Tulit,' inquit, 'in triumpho nummos aureos Philippeos centum quadraginta millia:' equidem contra Matorum et Edd. veterum auctoritatem affirmare non ausim, Appuleium sibi hanc constructionem non permisisse, etiamsi numerus præ- cedat. Revocavi itaque cum Scip. Gent. et *Pric.* codicum lectionem mu- tatam a Casaub. et reliquis seqq. J. B.

*Denuntiatione impedire*] Aliud est, denuntiatione testimonii terrere, apud Ciceronem in Orat. pro L. Flac- co: 'Adjunxit illa, ut eos qui demo-

exire nolebant, testimonii denuntia- tione terreret:' (id est, impediret, ne contra se quidquam agerent, minan- do, si facerent, sese eos ad testimo- nium dicendum Romam evocatos, ut infra etiam exponit:) hoc loco Ap- puleii est, impedire, ne testimonium dicat. *Scip. Gent.* Id est, inquit Gen- tilis, 'impedire ne testimonium di- ceret:' esto: at non interim exponit *denuntiandi* verbum. Ego *denuntia- tionem* accipio heic pro delatione, in- dictio criminis istius Magistratui. Sal- tem legendum putem *denuntiationem impedire*: id est, injustam mei accu- sationem. Bodæus in forensibus, 'deferre nomen alicujus ut malefici, est fere quod denunciatores esse di- cunt non justum accusatorem.' In quæ verba tamen quia exemplis non firmat, non jurari velim. *Pric.* Ad *impedire* intellige *mendacium*. Si de- nunciasset App. magistratui, de mer- cede pactum esse Crassum, ad ipsum falso accusandum, admissus non fuisset ad testimonium dicendum, et *de- nuntiatione* illa mendacium impedi- tum fuisset. *Denunciatio*, quæ *impe- dienda* venditionis causa fit, e Digestis citatur a Brisson. de V. S. J. B. *Damno affici*] Glossarium, 'Affici damno, Ζημιόωται.' *Pric.*

PAG. 503 *Haudquaquam occulta* r. a. e.] Malim *occulto*. Casaub. Lege cum Casaub. *occulto*; nam non novam rem narrat quampiam, sed eam de qua supra proxime, Crassi Testimonium. Qui alia ruspantur heic, et ad subee- quens quidpiam referendum putant, ne illi quasi cæcæ bestię incassum hiant. *Pric.* Non necessariam puta- vi correctionem Casauboni. In do- mo Rufini facta est illa res, quæ haud- quaquam occulta est, quæ nemini Cœ- igno- ratur. J. B.

*Deprecatoribus*] Legerim *depreciato- ribus*. Sidon. Apollinaris lib. I. Epist. 7. 'Et pretiosa quæque trapezarum involucria rimari, pensare, deprecare, devolvere,' &c. Et lib. II. Epist. 10.

'Neque apud te literariam curam turba, depreciet imperitorum,' ad quem locum, vide quæ annotavit Joan. Savaro, cujus equidem scrinia non compilo. Tantum addo B. Ennodii locum l. III. Epist. 2. 'Apud amantes, et honore pollentes, beneficiorum effectus in promptu est, nec ulla preces [cui præstandi] mos est tarditate deprecia.' Brant. Sensus est, intercessione ac suavis istorum duumvirum, Æmilianum tribus millibus nummum emisse Crassum testem. Id quod studiosus (inquit Appuleius) Ruffinus contendit, quia præcivit in uxorem suam (enjus supra sciens dissimulabat) pecunie illius maximam partem a Crasso erogatum Iri. Hæc vera loci sententia est, quam si perspectam habuisset non indoctus vir quidam, procuidubio vulgatam scripturam non movisset, ut obtruderet *depreciatoribus*, ridicule simul exempla concessisset quæ suo ipsius sensui pugnant. *Depreciare* enim est conari ut quam minimo acquiras quid, vill æstimare. Gloss. Vindoc. Ms. 'Aspernatur, contemnit, depegit:' (lege *deprecia*) quo quid oppositum magis Ruffini artificio. *Pric.* *Deprecari*, Nostro in primis, est valde precari. V. ad Met. IX. p. 668. a. et Ind. J. B.

*Ipsæ Ruffus et Calpurniano*] An ille Calpurnianus, cujus supra facta mentio, ad quem versiculos de dentifricio scripsit? Videtur ab eo oppugnatus in judicio Appuleius: nisi hoc nomen existimes improbitatis nobilitatæ hominis. D. Hieronymus mentionem facit non semel 'Sallustiani' ejusdem 'Calpurnii,' quem et 'Lanarium' alibi nominat, quo nomine fuit homo scelestissimus, proditor, et percussor Saliuatoris, ut refert Plutarchus in vita Sertorii. Idem Hieronymus in Apol. III. cap. 18. 'discipulos Calpurnianos' vocat, his verbis adversarium suum Rufinum notans, quasi sceleratum et proditorem.

Proverbiale igitur nomen hoc fuit, ut dixi. *Scip. Gent.*

*Coitionem adversam me*] Glossæ: 'Coëris,' (lege *coitus*) 'Coitio, συνέλευσις.' Lex Sempronia: 'Qui convenierit, consenserit, colerit,' &c. Lex Gabinia: 'Qui coitiones, &c. conflasset.' *Pric.*

*Soluta audacia*] Edd. vett. *soluta aud.* Colv. Arrisit mihi vetus lectio præ illa nova *soluta aud.* Casaubonus. Bas. et Ven. habent *soluta aud.* quod rectum, ut dicimus 'projectam audaciam:' quamquam ante conjeceram *solida*, qui eandem dictionem et in Seneca restituebam c. 2. de Tranquill. l. II. *Acidal.* Al: *solita*, forte, *solida*. Brant. Hærent hæc nonnulli. Brantius *solida*, alii *solita*: at prior lectio est vulgaria quam ut moveri debeat. Aurel. Victor. 'Quum pontificum lege hostium mactarentur, suis utero maris feminarum genitalia apparuere: id aruspices solutionem posterorum portendere, vitiaque fere potiora interpretari.' Doctissimus Schottus *solutionem* exponit 'mores dissolutos.' Sumpta est, ut videtur, loquutio hæc a corporibus languidis et solutis. Casaubonus ad ea Persii, 'Laxumque caput compage soluta Oscitat hesternum,' ait, quos Græci *ἐκλύτρου* vocant Latinis *dissolutos* esse: solereque scriptores virtuti *τόνον* ac robur tribuere, quia ut valentis hominis corpus est robustum, non valentis languidum et *παρὰλελυμένον*. Sic cujus animo inest virtus, eum omnia vitæ officia implere facile, contra qui depravatis sunt moribus, nec corpore nec animo valent ad præstanda quæ usui sunt officia, eos *ἐκλύτρου* et *dissolutos* vocari. *Solutam audaciam* porro explicare poteris *effrangentem*: Cicero *præruptam* vocat, sumpta ab equi metaphora, quorum impotus sine ope fræni incohibilis est: atque hæc est explicatio Turnebi Advers. 20. 24. *Pric.* Edd. Junt. post. Colv. Vulc. pr. Gent. cum Ms. Pith.

*solita*. Placet mihi lectio reliquarum Edd. et Mss. Florent. *soluta*, i. e. libera, nullo metu aut pudore coercita. Amm. Marc. xvii. 5. 'Veritatis oratio soluta debet esse et libera.' J. B.

*Cujus facem*] Interpretatur Florid. 'cujus videbant vinolentiam suboluisse:' quasi, credo, 'fæx alicujus subolere' dici possit, quando manifestum sit, eum 'fæce tensus' (de proverbiali hac locutione cf. Lamb. ad Horat. iii. 15. 16.) cados vini ebibere solere. Quæ sane contorta est explicatio, quæ tamen meliorem non habeo; nisi illud *fæx*, quæ vox de quacunque re impura usurpatur, ad impuritatem, atque adeo falsitatem et fallaciam testimonii referas: et tum *cujus*, i. e. testimonii. Et sic arbitror. Si vò *fæx* ad impuritatem, non testimonii, sed ipsius Crassi, referre quis malit, ei fortasse non displiceat ejusmodi emendatio: *tamen, testimonio* (e Mss.) *Crassi quia ejus oboluisse facem videbant, nec ipsi, &c.* Idem.

*Pinnarum formidines*] Venet. *non quo*. Alludit hic ad lineam illam variis plumis pennisque avium distinctam, quæ ad retia ponebatur, et sic genus omne ferarum in ea captiose inducebat ac induebat. Hæc dicta Formido. Seneca de Ira lib. i. 'nec mirum, cum maximis ferarum greges linea pennis distincta retineat, et in insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.' Hoc quomodo fieret, satis aperte Nemesianus: 'Linea quin etiam magnos circumdare saltus Quæ possit, volucresque metu concludere prædas, Digerat innoxas non una ex alite plumas. Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces Terrificant, linique vetant transcendere septum.' Seneca lib. i. de Clementia: 'sic feras lineis, et pinna conclusas contine, easdem a tergo eques tellis incessat: tentabant fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabantque

formidinem.' B. Augustinus lib. i. de Nuptiis et Concupisc. 'Et cum verentur infamiam falsam, verum crimen incurrunt; Instar ferarum, quæ circumdantur pinnis, ut cogantur in retia.' Hinc Formidines captiosa argumenta apud Gellium Noct. Atticar. lib. viii. cap. 9. 'Remotarum autem questionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.' Colo. Virgil. xii. Æneid. 'Inclauum veluti si quando flumine nectus Cervum, aut panicea septum formidine pennæ Venator cursu canis et latrantibus obstat.' *Brunt*. Vide Colvium hæc docte explicantem *Emmenh*. Adde Pric. J. B. *Pinnarum formidines*] Alludit notas illas 'venatorias formidines.' V. heic Colvium. Meurs. ad Lycophron. Rittersh. ad Oppian. Cyneget. iv. Nicol. Locns. Epiphyl. vii. 1. Turneb. Advers. v. 5. Lips. ad Senec. de Clement. i. 12. *Pric*.

*Æmiliano, homini rustico*] Supra: 'Æmilianus, vir ultra Virgilianos opuliones et subsequas, rusticanus.' Infra de eodem: 'Rustico et barbaro.' *Idem*.

*Fumum vendidit*] Sed et hæc de 'fami venditoribus' notissima. V. Quintilian. Mandos. de Prax. et Theor. Commiss. a. P. dat. Commiss. 25. verbo 'Remissoria.' *Idem*.

*Nuncupare Basilæa*] Tractum hoc ex ima penu vetustatis: passim in vet. Instrumento Idola hoc vocabulo insignita videas. V. Cl. Selden. de Diis Syris, Syntagm. i. cap. 2. et 6. *Pric*.

*Unde etiam crimen*] Non pendent hæc a superioribus, quod innuere videtur dictio *unde*, quæmobrem *inde* etiam legerim, quo commode ad aliud accusationis caput fiet transitus. *Acidali*. Neque ego capio illud *unde* quo pertineat. Sed unice verum, quod e Ms. Fux. adscripsit Salm. *unum etiam crim.* i. e. Restat adhuc unum crimen diluendum, priusquam (p. 510.) ad

litteras Pudentillam praevertar, et totius rei ordinem paulo altius petam. Unum et unde sic confusa quoque Met. l. vii. p. 466. J. B.

PAG. 504 *Celeri forma*] Rom. Ven. marg. Bas. 2. *celeti forma*. Forte, *hebeti forma*. Colv. Malo legere, *colore et forma*, ut 'color turpis' referatur ad buxum, *forma* vero ad 'evisceratam diri cadaveris formam' ut postea Appul. loquitur. Vulc. Non est nostri moris emendationes nostras venditare, inque illis *reprobandis*: tamen hunc locum et quatuor alios qui non longo intervallo sequuntur, Masia faventibus, emendavimus. Legebatur in editionibus aliorum, cum sit *celeri forma*. Scripsimus *celeti f.* nam quid est *celeri forma*? illa vero quorundam emendatio, *hebeti forma* plane hebes et *ἀσποδύσους*. nostra vero correctio tam certa ut de ea ne dubitandum quidem sit. Nam *celeti forma* esse legendum patet liquido ex ipsa re primum: istud enim, de quo agitur, sigillum ea facie fuisse dicebatur ab Appuleii accensatoribus. Arguunt illa mox, 'Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam prorsus horribilem et larvalem.' Omnino *celeti formam* his verbis describit. Contra Appuleius in refutatione hujus falsi, tribuit sigillo suo 'faciem decoram et succi plenam.' Quae sunt plane *ἐξ ἀντιφρόδους* opposita formae *σκελετάου*. Patet etiam manifestissime ex vestigiis depravatae lectionis cum hoc loco: nam editio illa Romana, quam toties laudamus, *celeti* non *celeri*; tum reliquorum qui sequuntur, in quibus *scelestus* legebatur. Quis adeo Academicus ut pronuntiare dubitet, et *celeti* litteralis adjectione in *celeti*, et *scelestus*, quoties in hac disputatione occurrit, unius item litterae detractione in *scelestus* mutandum? sed omnem dubitationem vel Pyrrhoni alieni ademerit ipse Appuleius paulo post

ita scribens: 'Hocine est scelestus? haecine est larva?' lege eo loco cum vulgatis *scelestus*. Queram a te ubi ante dictum sit adversarios Appuleii larvam appellasse istud simulacrum: sed certo certius scripasisse illum *scelestus*, voce Graeca: pro qua Latinam subijcit *larva* cen interpretamentum prioris. Glossarium vetus, 'Σκελετός, larva, scelestus': nihil opportunius ea auctoritate ad probandam nostram emendationem fingi potuit: ex qua duo discimus: alterum, vocem *larva* in superiore loco esse interpretationem dictionis *scelestus*: alterum, vocabulum *scelestus* etiam Graecum purum putum, pridem tamen civitate Latina fuisse donatum: ne quis forte miretur, oratorem in foro Romano vocem Graecam toties usurpasse. Det vero mihi aliquis Latinum vocabulum proprium (nam *larva nuptus* aliud est) Graeco *σκεδάριον*, et concedam eo potius nuncium illum fuisse. Norant tamen eruditi Graecis literis, quam familiaris ea lingua huic scriptori fuerit: cujus Veneres et Charitas plurimis locis felicissime aut vertendo exprimit, aut Latine imitatur: quod saepe interpretes quia non animadvertabant, ob Graeci sermonis imperitiam, fæde et turpiter lapsi sunt. Sic mihi risum aliquando movisse memini Beroaldi subtilem horum verborum interpretationem Milesia septima, 'accipite viram ipsa morte, quam formidant alii, meliorem:' ubi cum ille non videret Graecanicam elegantiam elegantissimam, Dens bone quam inepte se gerit? atqui 'morte melior' non aliud quam mortis contemtor. Graece ad verbum dixeris, *δέχουσέ με τὸν καὶ θανάτου, ὃ φοβούμαι πάντες, κρείττω*. Tale illud quoque lib. xi. 'secretoque mandatis quibusdam, quae voce meliora sunt:' sic enim Graeci τὰ ἀπέρρητα vocant λόγου κρείττω. Legas ibidem et involuntarius, quod Graeci *ῥωσος* imitatione dictum: ut *iliberis* apud Tertullia-

num iv. contra Marcionem pro eo quod Græci dicunt *ἄνθρωπος*. Noster vero libro De philosophia etiam *symbolon* Latine protulit: ubi tamen *symbolon* vel *symbola* perperam scribi video. Mirum vero nondum esse emaculatum istum ejusdem libri locum, quo notissima Platonis sententia continetur: 'Illum quidem qui natura imbutus est ad sequendum bonum, non modo sibiimet intimatum putat: sed omnibus etiam hominibus: nec pari aut simili modo: verum etiam unumquemque acceptum esse: de hinc proxima, et mox cæteris qui familiari usu vel notitia junguntur.' Quæso, quem sensum ista sic scripta habent? Legendum est absque omni dubio: *non modo sibiimet ipsi natum putat*. Deinde, *verum patrias unumquemque acceptum esse, vel, astrictum*. Adeone quisquam in literis peregrinus, ut ista unde sint desumpta non statim agnoscat? Ex eodem philosopho debuit et hic locus emendari, lib. De Deo Socratis, quem ita nobis edidit vir ille doctissimus, qui nuper, bono publico, cum suis manuscriptis eos libros contulit: 'Ita enim est apud Platonem: ne quisquam arbitretur omnia eum vulgo lequentium captasse: quippe etiam semotis arbitris uno cum Phædro extra pomerium sub quodam arboris opaco umbraculo signum illud æ nuntium sensit, ne prius transcenderet illius amnia modicum fluentum, quam increpitum inclinatum amor retinendum placasset.' Cedo quemvis arbitrum, neminem esse qui ista intelligat ita scripta: sed omnes mendas sustuleris, si primo omnia legeris non omnia: deinde *sub quodam arboris opaco umb.* non *opaco*: postea *ne prius transcenderet Illiis amnis m. fl.* nam ad Illissam habitus ille sermo, ut initio ejus dialogi narratur: postrema autem sic, *quam increpitum indignatum Amorem recinendo placasset*. Res sic habet: Socrates post habitam illam

orationem quam ab eo expressit Phædrus, trajicere Illissum, ad cujus ripas ambo sedebant, cogitabat, ne iterum talem aliquam necessitatem idem ille imponeret: Inter hæc, suum illi demonium insusurrat, graviter offensum esse ei Cupidinem ob superiorem orationem, qua amorem increpauerat: faciendum ei omnino esse, ut eum prius quam amnem transcendat placeat. Placandi Dei unicam viam et rationem esse statuit Socrates τὴν ῥα λυσιτερίαν. Hæc ita. Plato: quæ eo protulimus ut superiorem emendationem nostram confirmaremus. *Increpitus* dixit Appuleius pro increpatione. Sic apud eundem agnitus pro agnitione. Ita enim legi debet initio iii. Floridorum hic locus: 'Reperias apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnitus lucide explicatos.' Loquitur de Philemone comico, et ejus comædiis. *Agnitus* sunt ei *ἀνερπυρίωνες*, quæ fuit vel operosissima pars plerarumque fabularum veteris comædiæ: ut ex Aristotele, et Plauto ac Terentio scimus: nam Aristophanes non utitur. At vulgo scribitur in Appuleio *agnitus* perabsurde. 'Recinendo placare' in superiore loco est: ut ex Aristotele, et Horatio dixit 'recantare opprobria.' Venit et commodum alius loci mihi nunc in mentem ex eodem Platone emendandi: quem et ipsum non possum quin apponam. Legitur sub finem libri De Dogmate Platonis, in descriptione pererudita partium corporis humani: 'At enim illæ optimæ sunt partes, quas labor subigit: ut femina ipsaque seseitandi regio.' Apage tam stultam sententiam, quæ optimas corporis nostri partes vocat femina et clunes. Scribe, *opimas*, hoc est, ut loquitur Plato in Timæo, unde totus ille locus est expressus, *κατὰ τὴν ἐπιμελημένην*. Sententia aperta et certa: quam habes fusius tractatam tum apud alios, tum Lactantium De opificio Dei cap. xiii.

Poteram plura adijcere vel ex singulis hujus elegantissimi auctoris libris : sed hæc satis fuerint, excitandæ quorundam supinitati nescio dicam an securitati : qui, nulla aut levissima Græcarum literarum cognitione imbuti, solos se aliquid scire putant. Atque plurima eos peccare necesse est, quibus id præsidium deest. E quidem vix unquam in istorum *ἰσχυρὰ κριτικῶν* criticorum scripta oculos conjicio, quin certissima indicia *τῆς οὐκ ἀκριβοῦς τῆς ἑλληνικῆς* animadvertam. At hæc querela alius erat loci et temporis. *Casaub.* Scriptum ad marginem *celeti* f. ex quo facio *celeti*. Ita etiam perpetuo emendandum pag. 161. Ubi vulgo *celetus* vel *celetus* corrupte. Quid sit *celetus* nullus nescit. *Roald.* Mirum est tot Emendatores non potuisse offendi hisce inæqualibus verbis, eo magis cum in Ms. esset, *celeti* : nihil verius, quam restituendum, et cum sit *celeti forma horribile*. Quod vel confirmant illa, quæ pagina proxima : 'Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricantem, prorsus horribilem et larvalem ;' nihil perspicuum magis. *Gruter. Suspice.* Sic recte Memb. Floren. et Casaubonus. Vulgo, *celeri forme*, inapte : inf. 'Hiccinæ est sceletus, hæccinæ est larva, hoccinæ quod appellitabatis dæmonium?' Vid. Roaldus Columbus de re Anatomica lib. iv. fol. 110. *Elmenh.* Acidalii notam E. l. omisi, ne nimia notarum mole hic locus obrueretur : sed et ille veram lectionem, totiusque loci contextum optime perspicuit. Edd. Vic. Ven. Junt. post. *celeti*. Reliquæ cum Ms. Pith. *celeri*, usque ad Vulc. sec. quam quæ secutæ sunt exhibent omnes *celeti* : quæ correctio omni dubitatione major est. Vulcanii enim conjectura sequentibus satis refellitur, quibus omnem, ut ait Auctor, calumniam textum retextit : 1º. quod sigil-

lum occulta fabrica factum esse dixerant : 'Occulta fuisse, &c. ... qui ad me ventitabant, scierunt.' 2º. quod ligno exquisitissimo : 'Lignum a me, &c. ... qualicunque materia probatum.' 3º. quod sceleti forma turpo et horribile. 'Tertium mendacium,' &c. In quibus nulla coloris mentio, sed omnia ad sceleti formam pertinentia. J. B.

[*Affabrefactas*] Cicero Varr. 2. 'Affabre atque antiquo artificio factus.' Miles. xi. Noster : 'Navem faberrime factam.' Plautus : 'Hoc lapidum est, hoc factum est fabro.' Glossæ Vindoc. Ms. 'Fabrefactum, ornate compositum.' Excerpta e vet. Glossæ, 'Affabre, καλῶς.' contra apud Nonnium Pacuvius 'Infabre :' apponam verba ejus hactenus corrupte edita : 'Barbaricam pestem navibus nostris obtulit, Nova figura factam, commissam infabre :' doctiss. Dionys. Gothofredus, quia *navium* mentio, *restim* legebat ; at non exemit mendum, et ut exemisset, neque sic versum purgasset, nam et ipsa vox *navibus* vitiosa est ; maculam utramque nos hoc modo absterimus imus : 'Barbaricam vestem manibus nostris obtulit : vestem acn pictam nempe, a Phrygionibus elaboratam. Miles. xi. 'In modum Paridis Phrygii pastoris, Barbaricis amiculis, &c. indusitatus.' Virgil. Æn. xi. 'Pictus acn tunicas, et Barbara tegmina crurum.' *Idem.*

PAG. 505 *Elaborasset ... supplicasset*] Non conveniunt ea verborum huic sermoni. Proinde nisi simpliciter *elaboraret ... supplicarem* vis rescribere, illa antiqua poteris *elaboravimus ... supplicavimus*, aut hac etiam paullo minus nota *elaborasset ... supplicasset*, e qua flectendi forma passim infinitivi apud Comicos restant 'impetrassere,' 'reconciliassere,' 'expugnassere,' et sexcenta ad eampse faciem alia. De quibus judicium erit cuique suum. Ego, quid maxime probem, nondum apud me constitui (sol-



licet Petron. p. 106. 'Recte ego me facturum, si excusationem aliquam præparassem'). Quicquid autem videbitur, in eadem causa erit, quod fere ad finem Apologiæ posterioris est: 'O præclara, &c. an nti, &c. condonasset.' Non enim et hic convenit *condonasset*. Etiam nunc labor, ut quam posui, posteriorem flexionem magis probare posse videar. *Acidat. Elaboravit ... supplicavit*, foret, *elaboraverim ... supplicaverim*, v. Voss. de Anal. III. 17. quod non melius h. l. quadrat. Rariore istas formas *elaboraveret ... supplicaveret*, quarum exempla non novi, bis h. l. usurpasse Auctorem, non magis mihi persuadeo. Interim Mas. et Edd. servant *elaboravit ... supplicavit*: pro quo Casaub. Gent. Pric. Scriv. Flor. dedit *elaboraret ... supplicarem*. Sine scripto eodice non muto veterem lectionem. Imperfectam pro plusquamperf. sæpe usurpari, in primis apud posterioris ævi scriptores, supra monuimus: jam, contra, plusquamperf. pro imperf. ab Appuleio usurpari non potuisse, equidem non affirmem. J. B.

*Quacunque materia, dummodo lignea*] Rationem infra ponit ex doctrina Platonis. Pric.

*Qui mihi factum volebat*] Imitatur Terentium, 'Dii tibi, Demea, Bene faxint, cum te video nostræ familiæ Tam ex animo factum velle.' Simile apud Plantum et hunc nostrum, 'illi proventum capit:' quod usitatius 'velle alicui et cupere alicui.' Illo modo iterum locutum memini Appuleium De Philosophia, 'animas bonorum deamare et studere illis, factamque velle uti quam plurimum potiantur' (ita lege non *potirentur*) 'bonis artibus.' Nihil igitur mutandum initio epistolæ II. Symmachi libro primo, 'Gelasius, cui factum volo, imperialis domus curam recepit.' Quin potius emendandus alter ejusdem locus epistola LXXI. libri

ejusdem, 'quæso, ut ei virtute, quæ celsus es, factum velis.' *Legi factum* v. Casaub.

*Hebent baculos*] Flor. A. *locules*: male. *Elmenh. Locules* etiam Florent. Cod. *Elmenh. baculos* mavult. Utut sit, innuuntur heic quos Plinius l. II. c. 4. et Arrianus *φάλαγγας* vocant. Claudianus Carm. de Nile 'Ramos ebeni.' Locanus l. X. 'ebeni comas.' Pric. Salmas. ad Solin. p. 726. bene propugnat vulgarem omnium Mas. et Edd. lectionem *locules*, quam in *baculos* mutarunt Scal. et Elm. *Loculi*, seu capsula illa confecta erat ex tabellis ebeni: jam, dissoluta capsula, ex hisce tabellis, minutatim invicem junctis, compacta est crassitudo, quæ sufficeret sigillo Mercurii oli exsculpendo. J. B.

PAG. 506 *Immo quid omnino*] Facit hic locus ad confirmandam conjecturam Viri Docti in Flor. N. XVI. p. 74. 'Quid ergo superest ad honoris mei tribunal et columen? immo vero, quid non superest?' *Idem*.

*Mendacii non revineat*] Ulpian. lib. III. de suspect. tutor. 'Si datis pupillo advocatis in mendacio revineatur.' Pric.

*Splendidissimus Eques*] Valer. l. VII. cap. 8. 'Filius Carseolani Equitis splendidissimi.' Lapis:

A MVRIO A. F.

MINVTIO EVARISTO

SPL. EQ. ROM. PAT. COL.

Plinius IX. 5. 'Authores habeo in Equestri ordine splendentes.' Cicero Philipp. XIII. 'Trebonii Pater splendidus Eques.' X. Famil. 'Splendore Equiti Romano nemini cedit.' Pro Cæcina: 'Splendor Equestris ordinis:' pro Roscio: 'Equestrem splendorem.' Pric.

*In tabernula sua sedens propalam sculptis*] 'Propalam' intellige, in foro, vel quo alio celebriori urbis loco. In Græciæ quidem oppidis sculptores isti signorum versari solebant in celeberrimis locis, et prope

Basiliæ, enriæve Judiciarias. Plutarchus de Socratis Genio: *Προνομένης δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ἐργοῦντων πρὸς τὰ δικαστήρια*. Bene autem et prudenter Appuleius hoc argumento utitur ad suam innocentiam tuendam, ut, in simili re, L. Flaccus M. Tullius. Et L. ille Piso Frugi, Prætor in Hispania, quum sibi annulus esset fractus, aurificem (inquit Verrina VI. Cicero) jussit vocari in foro ad sellam Cordubæ, et ei palam adpendit aurum, hominem in foro jubet sellam ponere, et facere annulum omnibus presentibus. *Scip. Gent.*

*Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quæsitum*] Et hic alludit ad originem hujus adverbii, *oppido*. Quam sic exposuit Andreas Alciatus, ille eximius, in Titul. de verbor. significatione, quod quum agricolæ rogerentur de proventu messis, responderunt, si copiosa ea foret, *oppido*: id est, abundantem esse, et sibi et oppido suffecturam. Quod unice confirmat hic Appuleii loena. *Idem.*

*Quem quidem abfuisse in eo tempore scitis*] Supra: 'Eo in tempore, quo me non negabunt in Getuliæ mediterraneis montibus fuisse.' *Pric.*

*Evisceratam formam*] *Pæcivins* apud Ciceron. 'Adspectu truci, eviscerata, inanima.' *eviscerata forma*: quæ nullo viscere. h. e. carne contegitur: inde apud alios Scriptores *ossea* vocata. Ovidius: 'Insequar et vultus ossea forma tuos.' Seneca *Epist.* XXIV. 'Larvarum habitum natis ossibus cohærentium.' Lucian. *φαιφιδ.* *Μὴν τὰ δὲ κατὰ σχῆμα στυκαίμεν.* *Idem.*

*Larvalem*] *Miles*. 1. 'Larvale simulacrum.' Sidonius: 'Facies veluti umbris mæstificata larvalibus.' *Idem.*

*Inter libellos*] Statuas inter *Libros* candidas vix pntem. Dispice an *loculos* scripserit Appul. Juvenalis: 'Localis quæ custoditur eburnis.' Ovidius in *Fastis*: 'Gramina continuo loculis depromit eburnis.' *Idem.*

Non muto cum *Pricmo*: nam tum, puto, Auctor dixisset in *loculis*. Ceterum vide ad h. l. Salmas. ad *Vopisti Aurel.* cap. 18. et peculiarem libellum P. Fr. Arpii de *Talismantibus* et *Amuletis*. *J. B.*

*Morem mihi habeo, quoque eam, simulacrum alienius Dei inter libellos conditum gestare*] Eandem hanc consuetudinem alludunt *Arriani* in *Epictet.* II. 8. ea: *Θεὸν περιφέρει τὰς, καὶ ἀγνοεῖ δὸς αὐτὸς με λέγειν ἀγνοεῖν τίς αὐτὸν ἔθετο; ἐν σαυτῇ φέρεται αὐτόν.* *Ammian.* *Marcellin.* de *Philosopho Asclepiade*: 'Cælestis Deæ argenteum breve signum, quocunque ibat, secum solutus afferre.' Neque aliter nonnulli a morte colebant sanguine aut amicitia junctos, quos quia sub figura hominum non audebant venerari, in speciem Numinum cælestium effigandos caraverunt, ut vel sic divina cultu prosequerentur eos. *Milesia VIII.* *Noster* in *historia Charites*: 'Dies totos, totasque noctes insumebat luctuoso desiderio, et imaginem defuncti,' (*Tlepolemi mariti*), 'quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixo servitio, divinis percolens honoribus, ipso se solatio cruciabat.' Nullum vero in Antiquitate omnium insani officii illustrius specimen exquiras, quam illud *Ægypti Regis Mycerini*; quod profecto libenter, et prope opera dedita, huc advocatum volui, quia non tantum ex *Herodoto* superest, sed et antique *Marmore Veneti*, in ædibus Illustrissimi *Mauroceni D. Marci Procuratoris*. Indaginem delineationemque ejus (ut et aliorum quoque quæ indigee his augis inseruimus) debemus nunquam laudato satis *Petræo nostro*; applicationem ad *Historici narrationem Patricio Junio*, serenissimi Regis nostri *Bibliothecario*, homini ad literaturæ omnis, duntaxat Græcæ, beneficium nato. Lapis autem quia ut instructius accedatur, inspiciendus est *Herodoti locus* cap. 129. *Euter-*

pea. *Pric.* Quo loco ejusdem marmoris delineatio conspici potest in Ed. Gronoviana. *J. B.*

*Jussi curriculo iret aliquis, et ex hospitio meo Mercuriolus adferret*] Miles. x. 'Jussi de meis aliquem curriculo taberna promptam afferre.' Ibid. 'Misitque protinus cursorem.' Supra heic: 'Misimus qui eum curriculo advehat.' Vocem hanc, ut omnia, Author signantissime extulit. *Liberi* incessus lentus debet esse, et compositus, *servi* (ex more) properus et citatus. *Plant. Penu.* 'Liberos homines per Urbem modico magis par est gradu Ire, servi esse duco festinantem' (*lego festinantim*) 'currere:' cui geminum dictum est *Severi* apud *Lampridium*. *Gellius* lib. xvii. cap. 8. 'Verbero, nonne is curriculo?' *Colloquia vett. Scholast.* ὃ δὲ παιδῶν ὅραγε, τρέχει ταχέως. hinc apud *Æschylum* in *Prometh.* τρέχεις. *Scholastes* ἀπὸ τοῦ τρέχειν deducit, exponitque τὸν σπουδαῖον ἐκέτης, τὸν σπουδαῖον πρῶτοντα τὰ προστάγματα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ βραδύοντα, ἢ χρονίζοντα. *Pric.*

*PAG. 507 Auditisne reclamationem omnium qui adsunt*] *Musitabat* nempe præ indignatione circumstantium corona. *Frequentes* in conventibus fuere hoc genus ὄρνυβοι, quoties auribus ingererentur molesta ἀκροάματα. *Cicero Philip. vi.* 'Quinque et triginta Tribus Patrono Pop. Romani. Igitur est Patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem: clamori enim vestro adsentior.' *Noster* infra de accusatoribus suis: 'Vide queso Maxime quem tumultum suscitavit, quoniam ego paucos Magorum nominatum percenavi.' *D. Chrysost.* *Homil. v.* in *Epist. ad Tit.* Πολλὰ ἐμὲ γίνοντο ἀγαθὰ, ὅτι οὐδὲ τὸ βῆμα ἀκούσαι φέρεται. *Idem.*

*Et succi plena sit*] *Cod. Florent.* *Succi pala et vici sit.* *Legend.* *Succi palastriici plena sit*, ut recte habent nuperæ editiones quædam. De eo-

dem *Marcian. Capella* lib. i. 'Palaestra crebrisque discursibus exercitum corpus, lacertosis in juvenilis roboris excellentiam toris, virilis quædam amplitudine reuidebat:' (sic legendum ego *reuidebat*;) quem locum ita imitatus est *Lactant.* de opif. Dei, cap. 10. 'Valida, et substricta nervis ad fortitudinem brachia, toris insignibus extentum lacertorum ingens robur.' *Theophilact. Simocatta Histôr. Mauric.* lib. vii. cap. 16. τῆς παραλῆς τοῖς ἐπισματόεσι, καὶ πρὸς τὰς παλαίστρας γενομένοις παροικεῖς. *D. Hieronym.* ad *Paul.* Corpus solidum, et succi plenum.' *Florid. ii.* *Noster*: 'Cervix succi plena.' *Hilarius* in *vita Honorati*: 'Speciosa facies, et prius succi plena, sit plena gravitatis.' *Martialis* (*Græcorum ὑγρότητα* alludens) *liquorem* vocat: sic apud *Ambros.* de Offic. 'Vox succi virilis plena: cui rythmum opponit scenicum et modulatum.' *Pric.*

*Quam hilaris*] *Virg. iv. Æn.* 'Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque, Et crines flavos, et membra decora juvenæ.' *Elmenh.* De forma et habitu *Mercurii* conferri potest *Ovid. Met. ii. vs. 731.* seqq. *Ejusdem Dei* imaginem habes etiam apud *Athen.* lib. xii. p. 537. et *Marc. Capell. ii. cit. a Tollo* ad *Auson. Ep. 21.* ubi plura de petaso *Mercurii. J. B.*

*Lanugo malis descripit*] *Miles. vii.* 'Commodum lanugo malis inserpebat.' *Græci* eadem venustate ἔρπει. *Philostat.* in *Epist.* Ἐρπει δὲ βούλας, αὐτὸ δὲ παραλῆ χρονίζοντι. *Callistratus* in *Imag.* Occasionalis: 'Ἡ κόμη κατὰ τῶν ὀφρύων ἐφάρπουντα ταῖς παρεπείαις, &c. *Theodoret.* περὶ προνοίας. *Serm. viii.* Τοὺς λούλους ἔχον ἐπὶ τῇ γένει καθάρκοντας. *Tralatio* ab *hædera*, inde apud *Theodor. Prodrum.* Πασκαμῶν κερτὸς, *Amorum,* &c. lib. vi. *Pric.*

*Crispatus capillus*] *Marc. Capella*

lib. iv. 'Crines tortuosi, decentique inflexione crispatis, et nexiles.' Miles. xi. Noster: 'Capillos in mutuos nexos obditos atque nodatos.' Vetus Glossarium, 'Crispicapillus, Οὐλόθριξ.' *Idem.*

*Quam lepide super tempora pares pin-  
nula emineant*] Miles. x. 'Inter co-  
mas ejus aureæ pinnulae cognatione  
simili sociatæ prominebant.' *Idem.*

*Quam festivo circa humeros vestis  
subtricta sit*] 'Vestis' hæc est quam  
alibi vocat 'Ephebicam chlamydam.'  
Velabat ea humeros tantum adusque  
articulos palmarum, ut in statua *Ba-  
thylli* ii. Floridorum: sed de sche-  
mate cognoscamus. Quod ait Au-  
thor 'circa humeros subtringi' eam,  
id vero non ita accipio, quasi de sub  
dextro ad lævum recurreret, (qua ta-  
men sæpissimè figura fingitur in lapidi-  
bus et nummis,) sed eam structuram  
imaginor quam in de Pallio Tertullia-  
nus ponit; 'regestam ab utroque  
laterum, cervicibus circumstrictam':  
hoc est, (ut eruditissimus ibi Inter-  
pres) ἐκαστέρθεν ἀναβεβλημένην. De-  
scribit clare his verbis Oppianus Cy-  
neget. i. Ἀδχένος ἀδ' ἐκαστέρθεν παρῶ-  
ρον ἐκ παλαμῶν ἔλμα περιστέλλοι  
ἐπίσω σθενερῶν ὑπὲρ ὅμων ῥήϊον αἰς κά-  
ματον. Et Philostrate, in Meleagro:  
Χλαμίδα ὑπὲρ ἀδχένος κολπίσας, τὸ  
θηρίον ἐφίσταται. Plautus Capt. et  
Epid. 'In collum pallii conjectionem'  
vocat. Neque est ut hinc putet quis  
delapsurum humeris amiculum: pro-  
hibebat id fibula submentalis, cujus  
morsu collo acquiescebat. Sidonius  
Carm. ii. 'Fibula mordaci refugas a  
pectore vestes Dente capit.' *Idem.*  
*Quam autem festivo circa humeros ves-  
tis subtricta sit*] Respicit forte ad  
figuram, qua Mercurius effingi sole-  
bat, id est, τετράγωνος, quadratus,  
quod maxime in humeris cernitur,  
qualem describit Nestorem Home-  
rus. Auctores ejus figuræ primi  
Athenienses, unde alii Græci accep-  
tam in sigillis usurparunt, inquit

Pausanias in Meænenicis. Sex./Pom-  
peius: 'Cyllenius Mercurius dictus  
est, quod omnem rem sermo sine ma-  
nibus conficiat: quibus corporis par-  
tibus qui carent, κῶλλοι, mutili vocan-  
tur. Ideoque quadratum eum  
fingunt.' Et nota, humerorum tenos,  
ab Appuleio describi, quia partes  
infra pectus vel humeros non sole-  
bant effingi aut expoliri: ut Pausa-  
nias de quodam simulachro Mercurii  
in Arcadicia narrat: 'Eo habitu,'  
inquit, 'ut pallium indnere videa-  
tur, in quadrangulam figuram desi-  
nens, neque pedum tenus expolitum.'  
Ubi doctissimus Sylburgius, 'vestiti  
hominis specie,' vertit illa verba ἀμ-  
εχομένη μὲν δοκεῖν ὑμῶν, quod pos-  
sis ex hoc loco Appuleii probare.  
*Scip. Gent.*

*Duat*] Det. Gloss. 'Duit, Δοῦν.'  
'Duint, Δοῖεν, δάσων.' *Pric.*

*Deus iste Superum et Inferum commea-  
tor*] Miles. xi. 'Ille Superum com-  
meator et Inferum.' Inde Aristot.  
et Luciano κοινὸν κτήμα. Claudiano  
Rhet. ii. in vet. 'Commune profundis  
Et superis Numen, qui fas per limen  
utrumque Solus habet, geminoque  
facit commercia mundo.' Innuitur  
Physice accessus et recessus Solis,  
qui apud Ægyptios idem cum Mercu-  
rio; itaque simulachra ejus quædam  
cærulea fingeant, alia clariore specie:  
quorum illa quidem *infera*, hæc *supera*  
vocabant. Videsis Macrobi. Sat. i.  
19. et Albricum de pileo ejus, par-  
tim albo, partim nigricante. *Idem.*

*Malam gratiam*] Miles. vi. 'Bonæ  
præterea fœminæ malam gratiam  
subire nequeo.' Terent. Phorm. 'Po-  
tius cum bona ut componantur, quam  
eum mala gratia.' Metellus Numi-  
dicus apud Gellium xii. 9. 'Malum  
honorem.' *Idem.*

PAG. 508 *Lemurum*] Gloss. 'Le-  
mures, Νυκτεριῶν δαίμονες.' Nonnius  
Marcellus: 'Lemures, larvæ noctur-  
næ, et terrificationes imaginum,' &c.  
Noster in de Deo Socrat. 'Est et

secundo significatu species Dæmonum animus humanus, emeritus stipendiis vitæ, corpore suo abjurans: (malim *abjuratus*). 'hunc veterem lingua Latina reperio Lemurem dictitatum.' Species horum deas subdit, *Larum* et *Larvarum*: illi, posterorum suorum curam sortiti, placato et quieto Numine domos ac famillias possidebant: hæc, ob adversa vitæ merita, incerta vagatione, cen quodam exilio, puniæ, bonis hominibus inane terricnclamentum, malis noxium discurrabant: tales Miles. ix. 'dira Numina' vocat: quum vero incertum esset quæ culque sortitio evenisset, nimirum utrum *Lar* esset, an *Larva*, solebant *Deum Manem* nuncupare, *Dei* vocabulo addito honoris ergo. Clare et strictim ex Authore posui horum Dæmonum differentias, nec, ut arbitror, loco importuno, ubi de quatuor tres occurrant. *Idem*.

*Noctium occurascula*] Horat. 'Nocturnus occurram furor.' Juvenalis Sat. v. 'Et cui per mediam nolis occurrere noctem.' *Idem*.

*Bustorum formidamina*] Hæc ex antiquorum dicit opinione philosophorum, qui biothanatorum vel impuratorum hominum animas, credebant oberrare ad sepulchra, unde et illa tamquam ominosa et infausta studiosè vitabant. Porphyrius de abstinent. ab animal. lib. ii. fol. 33. Plato Phædone fol. 81. 'Ἀλλὰ τὴν ψυχὴν διελημμένην γε οἶμαι ὑπὸ τοῦ σωματικεῖδους ἐστὴν ἡ δμῖλα τε καὶ ξυνουσία τοῦ σώματος, διὰ τὸ αἰετὶ ξυνεῖναι καὶ διὰ τὴν πολλὴν μελέτην, ἐποίησι ξύμφορον. Πάνου γε. Ἐμβριθεὶς δὲ γε, ὃ φίλε, τοῦτο σέσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρὺ, καὶ γαῖδες, καὶ ὁρατὸν' ὃ δὲ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεται τε καὶ ἔλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φάβη τοῦ δαιδῶνός τε καὶ βίου, ὅπερ λέγεται περὶ τὰ μυήματα τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη' περὶ ὃ δὲ καὶ ἄφθι ἄντα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, ὅλα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχὰι εἰδωλα, αἱ μὴ

καθαροῦς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι' διδ καὶ ὁρῶνται. *Æneas* Gæzeus in Theophrasto: 'Ἔσκεν μὲν ἔντα ταῦτα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἐξ ἀνέλεγκτον, ἀλλ' ἀκούεις ὅλα τὰ περὶ τὰ μήματα σκιοειδῆ φαντάσματα ταῦτά ἐστι τὰ ἀερόδη τῶν ψυχῶν σώματα, ἃ δὲ εἰδωλα καλοῦσιν. ἈΠΘ. οὕτω μεμύθηκας ὃ πάντα μάθην, ὅτι δαιμόνια κακέρργα, καὶ ἐνία, τὰς ἀνθρωπείας ψυχὰς ὑποκρίνεται, καὶ εἰ γοητεύειν σοφίζονται, καὶ τὸν πάλαι τεθνηκότα καλεῖν ἐπαγγαλλόμενοι, οὐκ ἄνθρωπον ταῖς ἐμφύλαις ἔλκουσιν, ἀλλὰ τι δαιμόνιον, ὃ τοῦ ἀνθρώπου τὴν εἰκόνα τὸ εἰδωλον σχηματίζεται. *Zeno* sermone primo de Avaritia: 'sepulchra defodiunt, timent omen, qui non timent mortem.' Livinus lib. xxx. et Orosius de calamitatibus et miseris antiquorum contra Paganos lib. iv. 'Hannibal in Africam redire jussus, ut fessis Carthaginensibus subveniret, fens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus, qui sequi nollent, interfectis: cui cum ad Africanum litus propinquanti jussus esset quidam de nauticis ascendere in arborem navis atque inde speculari quam regionem teneret, sepulchrum dirutum se prospexisse respondit; abominatus dictum Hannibal, deflexo cursu, ad Ieptim oppidam, copias exposuit.' Unde et Marcellus de Medicamentis fol. 139. 'Illud prohibet bustum frequentare, qui Pharmacœusus.' *Elementh*.

*Ævo emerito*] Flor. *ævo et merito*. *Idem*. *Ævo et merito*. Non me fugit vel tacentibus Expositoribus, ita posse hæc intelligi, quasi a morte *Æmilianus* in *Larvam* migraturus esset: (ita enim Platonici cum scelestis peragi putabant:) ansim tamen *emerito* præferre longo intervallo. Noster nbi snpra: 'Emeritis stipendia vitæ.' Nemesian. Ecl. i. 'Emeritæ perpensus tempora vitæ.' Item Cyneg. 'Emerito vigor est juvenilis in ævo.' Festus, 'morteus, ab emerita vita dictus.' *Pric*. *Ævo et merito*

constans est Mss. et Edd. vett. lectio, quam propterea mutare non debuerant Vulc. in marg. et inde Scal. in Vulc. Edd. sec. et tert. Wow. Ekm. Scriv. J. B.

*Totius rerum Naturæ causa et ratio, et origo initialis*] Sidon. lib. 1. Epist. 2. 'Deus arbiter et ratio Naturæ.' Macrob. Somn. Scip. 1. 'Prima causa, unus omnium quæ sunt, quæque videntur esse, fons et origo.' Lactant. 1. 11. 'Fons et origo rerum.' Salvian. de Gub. iv. 'Fons et origo cunctarum.' Boëth. Consol. 'Rex et Dominus: fons et origo.' Pric.

*Animantium*] Sic vulgo. Sed edidi *animantium* e Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. quia sic solet App. cf. de Dogm. Plat. lib. 1. p. 199. et 203. huj. Ed. de Mundo p. 290. et sic alia similia: 'biniuentium vel mugientium greges' de Deo Socr. p. 120. cf. supra p. 456. Ed. Flor. 'sacrisantium obsequia' de Deo Socr. p. 149. J. B.

PAG. 509 *Nec vice ulla compr.*] Explicere, ut puto, voluit vocem Platonice *ἀκατονόμαστος*. quare lego *voce*, non *vice*: magis κατὰ πᾶδας libro de Dogmate Socratis *ἄβητον ἀκατονόμαστος* vertit 'indictum innotabilem': est ibidem et alia vox Platonia *ἀκατάλητος* quod esset, 'nullo loco comprehensus,' sed illud prius verum est. Casaub. Flor. *nec ulla vice*. Male. Etymol. Casaubono e seqq. nemo oblocutus est, rescribentibus omnibus *voce*. 'Comprehensus voce nulla' tunc notet, qui nulla appellatione comprehendi potest. Sed inepte satis dictum foret ab Anctore, qui nulla appellatione comprehendi, et præterea a nemine enunciari potest. Equidem antiquam et Matorum lectionem sollicitandam non puto. Hoc sensu: quum reliqui mortales vices suas sustinent, expleant, præstant, illæ stare debent, βασιλεύς ille nulla *vice* comprehensus est. Frequenter usurpantur *vicem*, *vice*, *vices* de sorte, conditione, munere. Pfla. Paneg. c.

80. 'ipse mundi parens . . . te dedit qui erga omne hominum genus vice sua fungeris:' et sæpe. Egregie autem hanc lectionem firmat similis Nostri locus de eodem totius naturæ parente, in l. de Deo Socr. p. 124. 'qui omnium rerum dominator atque anctor est, solum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alienius rei munia obstrictum, cur ego nunc dicere exordiar?' Si quis autem *vice* capere malit de mutatione, is quoque bonum sensum habebit. Ceterum neminem offendere debet *et comprehensus*: nam, ex more, unum verbum pluribus nominibus iungitur, et generalis hoc verbo continetur notio divinæ potentiae, quæ nullis comprehenditur finibus, neque loci, neque temporis, neque conditionis, aut munerum obeandorum. Dein Mss. D'Orv. Pith. cum Casaub. Pric. *nec vices ulla*. Al. *nec ulla v*. J. B.

*Paucis cogitabilis, nemini effabilis*] Plato: *Θεὸν εὐρεῖν τε ἔργον, εὐρόντα δὲ αἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον*. Ex eo Noster: 'Cujus naturam invenire difficile sit, si inventa sit, eam in multos enunciari non posse.' Et Minac. Octav. 'Quem et invenire difficile præ nimia et incredibili potestate, et quum inveneris, in publicum dicere impossibile.' Pric.

*Quod superest, nec ipse cum necius quasdam circumstantium cupere audire, &c.*] Imper. Manuel Palæolog. Orat. v. *Οἱμαι δὲ τινὰς τῶν παρόντων συμφέρον θέλειν ἀκούσαι, &c.* Idem.

*Ἐστία τε οἰκήσεως*] Videtur Cicero; cum hæc verteret, legisse *ἐστία γὰρ οἰκήσεως*: videlicet *οἶκος*. et *ἐπὶ πάντων θεῶν* absque πᾶσι: quæ tamen dictio retineri potest pro 'apud omnes,' vel 'consensu omnium gentium.' Ciceronis interpretatio hæc est: 'Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est: quocirca ne quis iterum idem consecrato.' Casaub.

PAG. 510 *Χρυὸς δὲ καὶ ἔργυρος, &c.*] Lampridius de Severo: 'In templis

nenquam præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans verum Perali: In sacris quid facit aurum? Georg. Cedrenus de Imper. Nicephora: Τὸς δὲ αἰῶνες ἀναθρόνους τῷ Θεῷ χροῦν ἢ ἀργυρὰ σκεῆθ' ἔργου, καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἱερὰ κοινοῦσθαι ἔβιον ἐβρομάτῃς. Locus Platonis, laudatus Nostro, est in de Legg. XII. cui et alii affines extant in Alcibiade et Euthyphrone. *Pric.*

ἔβιον δὲ, &c.] Hæc Plato, non quod purius censeret hoc, aut ad Deorum cultum accommodatus, sed ut ne in totum imaginum usum videretur tollere, τῇ Ἀθηναίων φιλοστοργίᾳ (ἐς τοὺς ἀφροδίστους, καὶ τὸ τῷ Σωκράτει προσεχθὲν ὑποφύμενος κένειον, ut notat *Varianus*. III. Theodoretus. *Idem.*

Uti videtur Magistro, ita causa Patrone] De Aristotele Themistius Orat. I. 'Ὁν προεξέμην βίον τε καὶ τῆς σοφίας. De eodem Cicero, III. de Orat. 'A quo ille' (Alexander) 'et agendi acciperet præcepta, et eloquendi.' Ibid. de Platone: 'Ille non linguæ solum, verum etiam animi, ac virtutis Magister.' Iterum: 'Iidem erant vivendi Præceptores, et dicendi Magistri.' Florid. I. Noster, de Philosophia: 'Disciplina regalis, tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repperta.' *Idem.*

Ordinem] Ms. D'Orv. ordine. Supra p. 504. 'Omniem ordinem rei gesta percensuit.' Infra p. 518. 'dum ordinem rei breviter persequor.' p. 520. 'Ordinem repetivit eundem.' Sept. de B. Tr. II. 50. 'Ordinem rerum exponere.' J. B.

Mixtine prosperum matr.] Ut apud Plin. lib. x. Ep. 95. 'parum felix matrimonium expertus est.' *Brent.* add. *Pric.* J. B. Prosperum matrimonium] Loquitur signate. Tertullian. Apolog. 'Felicitas matrimoniorum de moribus prosperata.' Sidon. lib. II. Epist. 4. 'Optantii Cl. Viri, &c. filiam (quod Deo prosperante

succedat) licet in conjugium petierit,' &c. Idem Carm. XIV. 'Prosper connubio dies cornescat.' *Pric.*

Ceterum, cur *Emil.*] Jacentem sententiam ereximus adjectis interrogationis notis. *Casemb.*

PAG. 511 Ut videretur se m. ultum ire] Corn. Tacit. xv. Annal. 'Spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens.' *Brent.* *Scriv.* omisit *se.* J. B.

Ut M. Antonius Cn. Carb.] Accusationis hujus fortasse meminit M. Tullius epistola ad Pætum: ubi de Cn. Carbone loquens, 'Jam pater ejus,' inquit, 'accusatus a M. Antonio, tutorio atramento absolutus putatur;' tamen quia de accusatione suscepta in Juvenili mutato sermo est, nescio an non Auctori hic memoria imposuerit, ut M. Antonio tribuerit, quod debuerat L. Crasso: quem certum est, cum esset adolescentulus undeviginti annorum, Cnæum sive Caimm (mira enim vel librorum vel auctorum in hoc prænominis varietas) Carbonem percussisse. Meminit Cicer. variis locis, nec non auctor libri De Causis Corruptæ eloquentiæ. *Casemb.*

C. Mutius A. Albutium] Cicero Titum vocat. Bruto: 'Mutius augur quod opus erat per se ipse dicebat: ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium.' Notæ inimicitum inter Mutinum Scævola et Albutium, etiam ex Lucilli versibus quos refert Cicero primo de finibus. *Idem.* De Tito Albutio, quem hic, sive memorie, sive scribarum vitio, *Aulum* vocat Appul. v. Ernest. in Cl. Cic. Histor. J. B.

P. Sulpicius Cn. Norbanum] Tallius Caium Norbanum vocat De Oratore lib. II. Celeberrima fuit ista accusatio, et propter rem et propter ejus patronum M. Antonium. *Casemb.* Cæus quoque vocatur in Fastis, et a Vell. Pat. II. 25. J. B.

C. Furius M. Aquil.] Existimo scribendum M'. Aquilium: nam hunc constat gravissimorum criminum fuisse

postulatum; e M. Antonii patrocínio servatum. *Casaub.* Ut saepe omitta virgula post *M.* Illud nomen corruptum: modo in reliquis prænomen constarent. Quem enim C. *Furium* vocat Noster, eundem L. *Fustum* appellat Cic. in Brut. c. 49. et 62. et de Off. II. 14. Sed fortasse in Cicerone legendum *Furium* ex h. l. scriptum autem fuerat *Fusium*. Furii enim iidem erant, qui olim Fusii: sed diversi ab his Fusili. Vide Ernest. in Cl. Cic. Histor. v. L. *Fusius*. Fuisse aliquem C. *Furium* patet ex Orat. pro Balbo c. 8. J. B.

C. Curio Q. *Metellum*] Videntur hi esse C. Curio, tribunus plebis, et Q. Metellus Celer, quorum conjunctim meminit Cic. in Bruto c. 89. De accusatione vero, an aliunde quid constet, ignoro. *Idem.*

*Laudis gratia*] Cicero pro M. Caelio: 'Voluit veteri instituto eorum adolescentiam exemplo qui post in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterant industriam suam a populo Rom. ex aliqua illustri accusatione cognosci.' Auctor libri de Causis corruptæ eloquentiæ, 'Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vigesimo, Cæsar Dolabellam, altero et xx. Asiulus Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinius, his orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.' Hieronymus Augustino, 'puerilis est jactantia, quod olim adolescentuli facere consueverant, accusando illustres viros suo nomini famam quærere.' *Casaub.* *Juvenes laudis gratia*] Fabius: 'Principes in Republica viri non detrectaverunt hanc officii partem, creditique sunt etiam clari juvenes obidem Reipublicæ dare malorum civium accusationem: quia nec odisse improbos, nec similitudines provocare, nisi ex fiducia bonæ mentis videbantur.' *Pric.*

*Ut aliquo insigni iudicio*] Sic in de Delph. et Var. Clas.

Dogm. Plat. 'Simili iudicio cognosci: heic autem cum Meursio malim, *iudicio*. Idem. Meurs. Crit. Arnob. II. 6. *iudicio*. Non probo. In eadem sententia Cic. pro Cælio xv. 'ex aliqua illustri accusatione.' J. B. *Qui mos, &c. diu exolevit*] Rationem pete e Cicerone. Orat. v. in Verr. unde totum hunc locum deprompsisse Appuleium puto. *Pric.*

*Rustico et barbaro*] Supra de eodem: 'Agrestis et barbarus.' De puero Thallo: 'Barbarum et rusticum.' *Idem.*

*Capulari seni*] Ms. D'Orv. *copulari s.* De τῆ capularis, i. e. capulo proximus, morti contiguus, cf. Non. Marc. c. 1. n. 13. Isid. xx. 11. et in primis Fulgent. de Priapo Serm. § 23. J. B. *Inceptio patrociniolorum capulari seni.* V. Quintilian. XII. 6. *Pric.*

*Pro morum integritate*] Eadem periodo supra dixit, 'pro sua severitate.' Integritatem autem morum intelligit non suorum, id est, *Æmiliani*, sed civitatis, quasi dicat pro conservatione honestæ et publicæ disciplinæ. *Scip. Gent.*

PAG. 619 *Frutici*] In hominem rusticum, ineptum. Plantus Mostell. 'Nec verisimile loquere, nec verum frutex.' *Colv.* Notabis quod *fruticem* vocat *Æmilianum*, convicium fuisse in stupidos et insulas mentis homines, (id quod jam pridem Plantinia suis J. Gulielmus noster docuit,) in rusticiores præsertim et inurbanos, quibus et 'Candicum' et 'stipitum' et 'truncorum' appellatione contumeliam dicimus. Igitur et rusticum hic et barbarum vocat *Æmilianum*, ejus vitam et operas rusticanas varie superiori Apologia exagitavit. v. pag. [Ed. Flor. 429. 430]. Clarissime ex Plauto videre est, ejus locum e Mostell. appingam. 'Tr. nec verisimile loquere, nec verum, frutex. Gr. Tu urbanus scurra, &c. rus mihi tu objectas.' *Acidal.*

*Aliam rem invidiam n. esse*] Raram

*Apul.*

9 T



phrasim minus perceptam sententiæ depravandæ fuisse intelligas. Rescribo, *aliam rem invidia nullam esse*: ut *Æmilianus* et impulsor ejus *Rufinus Apuleius* reum facerent, non aliud præter invidiam in canassa fuisse ait. Ea phrasi *Horatius*: 'Edicto vetuit, ne quis se, præter *Apellem*, *Pingeret*, aut alius *Lysippo* duceret ære.' Itidem *Varronem* locutum demonstravi in *Particulis*. Adde nunc, mendam tollendam ex epistola *M. Bruti* apud *Ciceronem* lib. xi. *Famil. Epist.* ii. 'Nec quidquam aliud a libertate commune quæsisse' vulgatis in libris adhibetur præpositio: *aliud a libertate*, sed eam *Codices Mss.* respuunt. *Stewech.* *Invidia Rom.* et *Bas.* 2. In aliis *invidiam*. Noto supra ad l. iii. *Metam. Celo.* *Edd.* paucæ ut *Bas. pr. Ald. invidiam*: male. V. ad *Met.* l. iii. p. 217. b. seq. *Ms. D'Orv. nullam.* J. B.

Ad nectendas, &c. calumnias] Supra: 'Omnem calumnie textum retexo.' *Pric.*

Quod in villa, non in oppido, Tabula nuptiales sint consignatæ] Solennis in hac re objectatio. *Seneca* lib. viii. *Contr.* 6. 'Matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondit.' *Miles.* vi. *Noæter*: 'Impares nuptiæ, et præterea in villa factæ, legitimæ non possunt videri.' *Idem.*

Ibi omne virus totis viribus adnizi effudere] *Ennod.* *Apolog.* 'Heic tota ingenii vela suspenditis: heic resupinæ cervicis, et secessu pectoris, quidquid habuit fluminis ructus evomuit.' *Miser* corruptus locus: ego sic legebam: *Heic tota ingenii vela intenditis: heic resupina cervice ex secessu pectoris, quidquid habuit fluminis, ructus evomuit*: nec vel ita satisfacio mihi, nec plus operæ tamen restitutioni impendam: non est is *Scriptor* tanti ut sudorem mereatur. *Idem.*

Grandem ducem mox in principio conjunctionis nostræ] *Cato* apud *Gellium* xvii. 6. 'Principio mulier nobis mag-

nam dotem attulit.' *Idem.*

PAG. 513 *Demissum et subernatum*] Fortean in antiquis fuerit ne ei *imissum*. *Stewech.* Malit *Lipsius*, *imissum et sub. vel subm. et sub.* *Colv.* Satis move, nescio an satis Latine, 'demittere accusatorem' pro submittere. Fortasse *emissum* scribendum, quo dicitur modo *emissarius*: aut *Græciassat Appuleius*: nam *Græcis καθίστα* et *dimittere* significat et *submittere*. *Casaub.* Sic *Scaliger* legit. *Lips. immisum.* *Flor. demissum.* *Fulv. submisum.* Vido *Casauboni* notas. *Elmenh.* *Fulvii M. submisum.* *Scalig. emissum.* *Lipsius immisum*: et certe *imissum* verius, saltem vero similis putem. *Gellius* lib. iv. cap. 18. 'Petilius quidam *Tribunus Pl.* a *M.* (ut aiunt) *Catone*, inimico *Scipionis*, comparatus in eum atque *immissus*, &c. *Pric.* Pro *demissum*, quod est in *Mss.* et *Edd.* reliquis, *Scal. Elm.* et *Flor.* dedere *emissum*. Wow. *submisum*, probante *Markland*, in *Conject.* ad *Lys. Orat.* vii. ut 'submittere accusatorem' dixit etiam *Seneca* in sap. non. cad. inj. Si quid mutandum, malim *immissum*, ut 'immittere accusatorem' apud *Capitol.* in *Maximin.* cap. 13. Sed sanum puto *demissum*, quod idem notat ac *submisum*, et exprimit *Gr. καθίστα*. Est autem 'demittere accusatorem,' in occulto loco eum abscondere, ut ex eo impetum faciat: sic de insidiis proprium est *Gr. καθίστα ἐνέσπας, λάχον*, et sim. cf. *Schweigh.* ad *Polyb.* iii. 48. Operarum vitium est *dimissum* in *Ed. Casaub. J. B. Subernatum*] Glossæ: 'ὑπερβαρὺς μὲντρον, Subornatus testis.' *Pric.*

Longe a vero aberrasse] *Minne.* Octav. 'Longe de vicinia veritatis erratis.' *Idem.*

Uti adhuc feceritis] Supra monimus legendum *fecistis*. *Idem.* Bene: et addicit *Ms. D'Orv.* In *Pith. adhoc.* J. B.

Ipsam fontem, &c. mendacii hujusce]

Idem Minuc. 'Aggrediar fontem ipsum erroris et pravitatis.' *Pric.*

[*Emilia*] Narratio brevis et dilucida, qua Rhetores præcipiunt: cui simillima est M. Tullii in Oratione pro Cluentio, quam sæpe imitatum Appuleium multis vestigiis odorati sumus. *Scip. Gent.*

Non tamen libenter in ipso ætatis sue flore tam diu viduas] Nec mirum, cum vel intra luctus anniculum tot ad secundas nuptiis transirent, imo 'tepidi mariti huato,' ut apud Lucanum Cornelia. 'Una de multis face nuptiali Digna,' Livia Rufina nempe, de qua egregiam memoriam vide in Inscriptionum Corpore 305. 5. *Pric.*

[*Alteri filio suo*] Ergo hoc legitimum? *Ondend. in marg.* Certe non Justiniano jure: talesque nuptias prorsus abolevit Imp. Zeno l. pennit. Cod. de Incest. nupt. monente Scip. Gentile, qui citat fratrem suum Albericum Gentilem l. v. de Nuptiis cap. 16. J. B.

PAG. 514 Nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturum] An de hereditate paterna intelligit? Nequaquam. Pater enim eorum filiusfamilias decesserat, et in potestate avi: ideoque heredem habere non potuit, nec bona propria, nisi forte castrensia. Diu enim post Appuleii tempora nata illa jura sunt de bonis adventitiis, in quibus pater decessens, quamvis filiusfamilias, tamen non patrem suum, sed filios habet heredes legitimos. L. xi. Cod. de suis et legit. Novell. cxviii. Testari enim nec de iis possunt. Lib. ult. Cod. de bon. quæ liber. Qua de re pluribus exposui nuper in Commentario nostro, 'De bonis maternis.' Quid igitur ad Appuleium nostrum dicendum? Existimo, patrem hunc defunctum habuisse bona materna, puto hereditatem matris suæ, in qua paulo ante Appuleii tempora jus istud novum ab Antonio constitutum fuit, ut Alciate videtur ex l. pen.

D. ad S. C. Tertull. quæ tamen jus succedendi matri intestatæ liberis tantum dat, non jus ea bona per filios acquirendi parentibus adimit. Igitur de bonis paternis exponamus, de parte illa bonorum, quæ patri horum liberorum ab avo debebatur, et civili et naturæ jura. L. Quum ratio ff. de bon. damnat. Nam filii etiam vivo patre quodam modo domini esse dicantur, ut ait Paulus in l. in suis ff. de lib. et postum. a Terentio 'Participes,' quod cum iis parentes bona partiantur, ut Cicero ait. Ergo et bona parentum bona filiorum quodammodo dici possunt. *Scip. Gent.*

[*Nuptias vanis frustrationibus eludit*] Non enim 'Tabulas' nuptias consummabant. Juvénalis: 'Si tibi legitimis pactam junctamque Tabellis Non ea amaturus, ducendi nulla videtur Causa.' Fabius lib. v. cap. 11. 'Nil proderit signasse Tabulas, si mentem matrimonii non fuisse constabit.' V. l. xxxi. D. de Donation. Nonnihil rem illustrat hoc Adriani rescriptum: Λεγούσης τινος γυναίκος τὴν ἐπιδοσιν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἀναρῆσθαι διὰ τῶος, αὐτὸν τε υἱὸν ἴδιον εἶναι, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀρῆκεν τὴν ἐπιδοσιν, ἥρῃσας ἄλλος. ἀπεκρίθη γυνὴ 'Ρωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι, καὶ δέλτους μὲν γεγράφθαι, γάμους δὲ μὴ γεγενῆσθαι· μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδεῖξαι υἱὸν ἴδιον εἶναι παρ' οὗ ἐπράττετο, ὅποτε μὴ εἴη σὸς υἱός, τὴν ἐπιδοσιν ἀπόδος. *Pric.*

[*Et ad, dum*] Ita verba interpungenda, nec ordo eorum mutandus, quod Veteribus non displicuerit istiusmodi vocum anastrophe, 'eo ad,' 'ad quo,' 'ea propter,' &c. *Stewech.* V. D. in marg. Ed. Junt. post. putabat scriptum fuisse *cead*, pro *quoad*. Non puto. *Et ad* prorsus formatur ut *quoad*, et idem valet *eo ad dum*, per anastrophe, quod 'adeo dum' apud Plaut. Merc. prol. va. 77. 'adeo dum peperisset:' pro quo frequentius 'adeo usque dum' vel 'usque adeo dum.' Terent. Eun. iv. 6. 3. 'Usque

adeo ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba, verba dum sint.' Plant. Amph. 1. 3. 16. 'adeo usque dum capiet.' cf. Asin. 11. 2. 62. 'Adeo usque donec perpulit.' Terent. And. 1v. 1. 38. 'adeo donicum.' Plaut. Pseud. 1v. 7. 72. 'adeo usque ut.' id. Bacch. 111. 4. 10. J. B.

*Sine fabula*] Senec. lib. 1x. Contr. 6. 'Duxi uxorem nullis inquinatam fabulis.' Idem lib. 11. Contr. 15. 'Adversus omnes illecebras atque omnia delinimenta muliebris ingenii est veluti solum firmamentum, in nullam incidisse fabulam.' Miles. v. Irata Venus Cupidini: 'Nec enim vos utique domus meæ famosa fabula latuerit.' Et vi. 'Quotidianis fabulis ob adulteria et corruptelas infamatum.' *Pric.*

*Medici cum obstetricibus*] Tertullianus de carne Christi cap. 20. 'Respondent obstetrices, medici, et physici:' recte uterque 'Medicis obstetrices' junxit, nam et harum nonnullas partes in Medicina. l. 1. § 2. De extraord. cognit. et lib. 1. De inspie. ventr. Pollux e Platone lib. 1v. cap. ult. *Διδόνει φαρμακία αλ μαία ταίς δυστοκόβους.* hinc insignitæ etiam nomine 'Medicarum.' Gloss. Isidori 'Maia, medica, obstetrix.' Anianus ad Paul. Recept. Sentent. l. v. 'Quoties de mulieris prægnatione dubitatur, quinque Obstetrices, id est, Medicæ, ventrem jubentur inspicere.' Imo Medicis non minoris æstimatas, solidis sexaginta nempe, patet ex lib. 111. Cod. Comm. de Legat. et fideicom. adeo minas probabilis videtur Scipionis sententia, quæ quas Plato *περί γάμων γυναικας*, et *γυναικας τῶν γάμων ἐπιμελουμένας*, longe honestiore loco quam 'Obstetrices' statuit. *Idem.*

*Penuria matrimonii*] Id est, quod Venerea voluptate non frueretur. Nam, ut Hippocrates ait, si mulieres rem cum viris habeant, melius valent: sin Venere abstineant, minus bene. Vid. lib. de genitura p. 6. in 1v. ubi

et causam addit. *Lindenbrog.* Vindicavit sibi hæc Lindenbrogii verba Elmenh. addens Platonis locum in Timæo fol. 91. Alium ejusdem Platonis e lib. xi. de Legg. adducit Scip. Gent. J. B.

PAG. 515 *Qui tum adultus Romæ agebat*] Ut etiam vitricus ejus adhuc juvenis. Florid. 111. 'Ab ineunte ævo bonas artes sedulo colui, eamque exlimationem morum ac studiorum, cum in Provincia nostra, tum etiam Romæ penes amicos tuos quæsissem, tute ipse locupletissimus testis es.' Qui forensibus incumbabant studiis, eo ex Provinciis commabant. Constantius vit. S. Germani: 'Ut in eum perfectio literarum plena conflueret, post auditoria Gallicana, intra urbem Romam juris scientiam plenitudini perfectionis adjecit.' Rutilius Numatian. Itiner. lib. 1. 'Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis Missus Romani discere jura fori.' *Pric.*

*Sun sibi voce, suique verbis sese revincas*] Infra: 'Quia tu meismet factis, non alienis verbis revincis?' Iterum: 'Nescisti te tuomet testimonio convictum Iri. Iisdem verbis et sententiis, quas quis profert, vincere, et quasi elatum Gollam suo gladio jugulare,' vocat Eucherius ad Regum lib. 1. cap. 16. Sidonius: 'Vernaculis implicaturis in retia sua implagari.' Lib. 1x. Ep. 9. *Idem.*

*Quid pascisti? nam erubescere tu quidem non potes*] Juvenalis: 'Sanguinis in facie non hæret gutta, morantur Pancei ridiculum effugientem ex urbe pudorem:' est tamen ubi et ruborem reperias in *δυσωχονίῃ*. Seneca Epist. 11. 'Quidam nunquam magis, quam quum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint.' Plinius de Domitiano Panegyri. 'Feminæ pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa.' (ubi frustra corrigi vir doctus, *nullo rubore.*) De eodem Tacitus:

'Sævus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.' *Idem.*

PAG. 516 *Falsa spe inductus*] Terrent. Andr. 'Nisi me lactasses, et falsa spe produceres.' *Idem.*

*Cum despectu salutis suæ*] Supra: 'Cum despectu et dispendio bonæ valetudinis.' *Idem.*

*Supremo iudicio*] Infra: 'Quod utinam supremum ejus iudicium non impedisses.' Ammian. Marcell. lib. xxviii. 'Supremis iudiciis ordinatis.' lib. v. D. Quemadmodum test. aper. 'Suprema hominum iudicia.' 'Suprema arbitria' vocat Sextus Rufus. V. Brisson. ad lib. xvii. de V. S. *Idem.* *De pietate sua et supremo iudicio*] Id est, Testamento: sic passim in libris nostris. Dicitur et *supremum*. Sex. Rufus, 'Lybiam supremo Appianus regis arbitrio adsecuti sumus:' et eleganter Imperator Constantinus, 'Licitum sit, quod non redit, arbitrium.' L. i. Cod. de SS. Eccles. Cicerō mire dixit, Verrina II. 'Eripias in voluntatem mortalis, bona vivis, jura omnibus.' Nam voluntas morte extinguitur, et ambulatoria dicitur usque ad supremum vitæ spiritum. L. iv. ff. de adm. leg. lib. Quam his statas ff. de donat. inter vir. et uxor. Sed voluntatem intellige testamentum. Seneca 'imperia mortuorum' vocat. *Scip. Gent.*

PAG. 517 *Compulsam*] Dubitat Gruter. Suspici. Ined. l. xxiii. c. 2. an *compelli ab aliqua re* Latine dicatur, quare, ingeniosa sane conjectura, suspicatur *convulsam*. Apposite autem *convelli*, quia *obstinata* erat. Sic sane Cic. ad Att. viii. 15. 'quæ me convellerant de pristino statu, jam tamen... labantem.' Interim non adeo usque mihi suspecta est vulgaris lectio, ut eam absque omni auctoritate mutem. *Compellere aliquem* est, eam vi depellere, cogere, *Subsecutus* 'compellere mulierem a viduitate,' eam cogere ut a viduitate se conferat ad nuptias. Sic infra quoque p.

519. 'conversum ab re uxoria,' varie tentarunt VV. DD. ubi vide. J. B.

*Quod quidem illa ut faceret*] *Judicium* nempe, alve *electionem*, de qua supra proxime monui ne remotior Syntaxis faceret locum de hiata-suspectum. *Pric.*

*Romam advolavit*] Hic somnus forte obrepsit operis in opere non longo, et, quod magis mirare, propagatus error per omnes editiones, quem tollo, *confestim Roma advolavit*; mater enim filium ad Tripolitanae provinciae civitatem, Œam, Roma suis literis evocaverat, ex Italia in Africam. *Steweck.* Erat in omnibus libris *Romam*, prorsus contra rationem: precessit enim paullo ante, 'ipsa de eare Pontiano filio suo Romam scripsit.' Ibi erat Pontianus: inde accepta matris literis Œam evestigio venit: ac suspicio est scripsisse Apuleium, *Roma Œam advolavit*. Casaub. *Confestim Roma advolavit*. Fulvius idem mox: *ex fatigatione itineris adfectus*. Sciopp. in Symbola. Flor. et Rom. *Romam advolavit*, male. *Elmæh.* Bene *Roma* est in Ms. D'Orv. In reliquis et Edd. ante Casaub. *Romam*: manifestò errore. J. B.

*Spes in facillatibus matris sita erat*] Genus loquendi tractum a Sallustio. Catil. 'Mihî spes omnes in memet sita sunt.' Ibid. 'Spes atque opes civitatis in illo sita.' Alibi: 'Spes omnis in fuga sita erat.' *Pric.*

*Modicum reliquerat*] Potest hæc lectio ferri, nempe ut fortunarum avi mediocritatem opponat nurus opulentiae. Legebam nihilominus *modum*, agri vel fundi nimirum. Plaut. Aulul. 'Agri reliquit ei non magnum modum.' Horatius, 'modus agri non ita magnus.' Cicero pro Flacco, 'Voluitis magnam agri modum censeri.' Gellium corrigend. putem lib. vii. cap. 3. 'De numero pecoris et de Domino agri præfinito.' leg. *de modo agri p.* Idem lib. xx. cap. 1. 'Quid salubrius usum est rogatione

illa Stolonis de iugerum numero præfinito? *Pric.* Persuasit *Pric.* Scriberio edenti modum: non mihi, qui, cum Gronovio ad Gell. vii. 8. sciam, quid sit modus agri, sed rogatos velim viros doctos, quid sit modum relinqueret? aut unde noscant? *J. B.*

*Mulier HS. quadragies possidebat]* Seneca de Catone: 'Possidebat ipse quadragies sestertium.' De vit. beata cap. 21. *Pric.*

*Nullis tabulis, sed ut æquum erat, mera fide acceptam filiis debebat]* Mera fide, id est, sine chirographo, ut ait, sine pignore, sine fidejussore. Quo sensu elegantissime scriptum est in lib. xxvii. ff. de probation. 'Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cavi, quod omnem fortunam et substantiam, si quam a matre suceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione.' Sic et Pudentilla liberorum avitas facultates, ut supra dictum. *Mera fides*, est sola fides. Festus, 'Merum Antiqui dicebant, Solum, at nunc merum adpellamus purum.' Dixi de mero imperio in libris nostris de Jurisdictione. *Scip. Gent.* V. Voss. Etym. in v. *J. B.*

*PAG. 518 Timore mussitabat]* Sic III. Miles. 'Demussare contumeliam: quod nona vocat 'Injuriam devorare: et ibid. 'Tacitos secum mugitus iterare.' Claudian. 1. in Ruffin. 'Tacitique sepultos suspirant gemitus, indignarique verentur.' Glossæ Vindoc. Ms. 'Mussitat, præ timore murmurat.' Grammatici vet. 'Mussare, est occulte et pressa voce loqui quod celatum velis.' *Pric.*

*Inter procreationem]* Suspicio legendum *Procreationem matris*: hoc est, dum illius nuptias proci multi ambiunt, postquam semel ejus animus ad nubendum est conversus. Pudentillæ nuptias a pluribus prociis fuisse expetitas, non uno loco dicit Apul. Casaub. Casaubonus *procreationem* scribendum putat. Sed ferri vulgata scriptura potest: intelligit enim La-

cins preces matris, quas filiis adhibuit, ut sibi liceret eorum bona cum venia ad secundas nuptias ire. 'Tandem se quoque patenter solitudinis sum et ægritudini subvenire,' in epistola supra allegata. *Scip. Gent.* Rectius edit. Gentilis *procreationem*: ni forsan totum *καίπερ* irreptitum putas. Glossa. Puteani Ms. 'procare, poscere.' V. Nonnium in *proccitas*. Glossæ Isidor. 'Proccivimus, probavimus:' legit doctiss. castigat *proccivimus*: non videtur advertisse discrimen inter 'prociare' et 'proccitare': 'prociare' est 'procare:' legend. itaque *proccivimus*: apud Festum Livius Andronicus: 'matrem proccitum plurimi venerunt.' 'Proccitare' est 'provocare,' 'proficere.' V. Festum eund. aut legendum itaque (quod ego malim) *proccivimus*, *proccivimus* aut certe *proccivimus*, *proccivimus*, nam *proccivimus*, *proccivimus*, ut is legit, non potest ferri. *Pric.* Imo, damnat Gentilis conjecturam Casauboni, quam marg. adscripsit etiam Vulc. et taciti exhibere Scal. Wow. Elm. Veterem lectionem revocarunt Scriv. et Flor. Quoniam tamen *procat*. videtur confirmari a Membris Florent. id præfero, utpote sensum reddens planiorem, et Appuleianum quid sonans. Neminem autem offendere debet, quod App. Pudentillæ suæ *procreationem*, mulieri sanequam indecoram, tribuit: nam in tota hac orationis parte *nupturientem* facit uxorem suam, ut a se magis suspicionem amoveat; et satis eam a libidinis calumnia defendit Auctor, affirmans, eam valetudinis causa maritum quæsisisse. Pro *inter procreationem* Ms. D'Orv. *intempletionem*. *J. B.*

*Quod utinam nunquam]* Est quod Græci dicunt *ὅχι ποτε*. Casaub. De quod utinam diximus supra. *J. B.*

*Hicem anni]* Hujus locutionis plura exempla vide apud Cuper. Observ. II. 10. *Idem.* *Hicem anni erat]* Sue-

ton. Julio: 'Neque loco, neque tempore æquo, sed hyeme anni.' Noster Hermagoræ i. apud Priscianum: 'Aspera hyems erat, omnia nique cane-  
bant.' *Pric.* Addit, anni: quod Hyems solet interdum accipi pro turbida tempestate, qualis hyberno tempore solet esse. 'Tempus anni' vocat in quadam epistola Plancus. Hyems anni quo tempore olim inciperet ante annum Julianum, ostendit in Opere incomparabili Scaliger l. ii. de emenda-  
dat. temp. et in lib. iii. cap. 1. *Scip. Gent.*

*Adfectus*] Bono meo periculo emendabis, *adfectus*. Wowerius, Wower. *adfectus*, quod probō. *Scip. Gent. Flor.* *adfectus*: male. *Elmenh.* Pontanus in Analectis legit *abfectus*, quia deflexerat nempē ab itinere suo, pergens Alexandriam. Ego Wowerii conjecturam *affectus* probō. Seneca Epist. 12. et Sidenius l. iv. Ep. 6. 'Itinere confectus.' Gloss. 'Κατασκευασμένος, Defatigatus, defectus:' firman-  
tentia etiam 'a. d. decumbo.' *Pric.* Probabiliter emendarunt Vulc. in marg. Wow. et Gruter. Suspici. Inod. xxiii. 2. et ediderunt seqq. *Adfectum* apud optimos scriptores dicitur quid-  
quid debilitatō aut male mulcatum est: hinc 'ægra et adfecta' jungun-  
tur Lívio xxii. 8. item Gell. xiii. 6. 'Aristoteles corpore ægro adfecto-  
que:' et *adfectus* opponitur *robusto* a Cicer. Catil. ii. 11. add. Ern. in Cl. Metaphorice Seneca de ira i. 11. 'Fa-  
bius adfectas imperii vires recreavit.' cf. *Pric.* ad Nostri Met. l. i. p. sum Ed. 6. Hinc *adfectus* et *adfectus* cre-  
bro permutantur in Mss. vid. Oudend. ad Cæs. de B. G. viii. 21. et ad Sueton. Ner. 16. Hic tamen cuncti  
Mss. et Edd. ante Vulc. sec. servant *adfectus*: bene quidem de homine qui  
curru advenit, sed h. l. minus convenit, quia 'apud Appios,' &c. videtur  
jungendum τῷ 'decumbo.' Infra in-  
firmatē suam memorat App. J. B.

*Aliquammultis diebus*] Florid. iii.

'Post aliquammultos dies.' Miles. ix. 'Post multum equidem temporis:'  
fors: *Post aliquammultum e. t. Pric.*

*Circa amorem callide*] Speciosa est emendatio V. D. in marg. et Schlicke-  
radi *calide*, ut *calere* in agendo, et *ca-  
lide* agere dicuntur, qui studiosē et  
cum mentis agitatæ calore agunt. cf. Ern. in Cl. Cic. Quod quia sæpe in-  
considerate fit, hinc 'calidum consilium' dicitur inestivum. v. ad  
Met. l. i. p. 79. a. ubi videbis quoque  
confusa *calidum* et *call.* H. l. tamen  
retinenda vulgaris lectio. Callide  
omnia faciebat Pontianus, quibus  
amorem Appuleii in Pudentillam ac-  
cenderet: quippe etenim videbatur,  
&c. Pro amorem Ms. D'Orv. mino-  
rem. J. B.

*Domus fortunam*] Livius xxxvi.  
'Etiam fortunam domus horrebant.'  
*Pric.*

*Inversis verbis*] Lucretius l. v. 'In-  
versis quæ sub verbis latitantia cer-  
nis.' Gellius lib. iii. cap. 15. 'Invo-  
lucra sensuum' vocat, et 'Verborum  
volumina.' Phædrus, 'Verbosæ stro-  
phas.' Plautus Cistellar. 'Orationem  
intortam.' Gloss. 'Συνορραμένη ὁμι-  
λία, tortiloquium.' *Idem.*

PAG. 519 *Conversum ad uxoria re*] Imo *aversum*, si satis ego sanus et mem-  
spontis. Casaub. *Aversum* Fulvius, et  
infra *non formosa pupula*, aut *puella*.  
Sclopp. in Symb. *Aversum* cum Ca-  
saubono lego. Terent. And. 'abhor-  
rentem ab re uxoria' dixit. Et Hecy-  
'cui abhorret animus a nuptiis:' quo  
significatu apud probos auctores sæ-  
penumero legi *aversum*, nemo tam a  
muis *aversus* qui negare possit. Lys-  
sius tamen vulgatam lectionem sequi-  
tur, nam, inquit, qui se avertit, se  
convertit. Brant. Flor. *conversum* a.  
u. r. minus bene. *Elmenh.* Elmenhorst.  
cum aliis Casaubonum secutis, *aver-  
sum* legunt; ego nil muto. Glossæ  
Bourdilotii. Ms. *aversa*, *conversa*. *Pric.*  
*Convertere* se ab aliqua re dicuntur,  
qui ei terga dant, eam fugiant. Hoc

sensu credo dixisse Auctorem *conversum*, quod propterea, invitis libris, non muto cum Edd. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. J. B. *Conversum ab re uxoria*] Terent. Andr. 'Abhorrentem ab re uxoria.' Libanius Sophist. Ἐχθρὸς ἔχοντα πρὸς τὸν γάμον. *Pric.*

*Orat saltem paulisper manerem, &c. hyemem alteram, &c. opperiendam*] Similis et argumenti et artificii ea apud Poëtam præcipuum, Æn. iv. 'Indulge hospitio, causasque innecte morandi, Dnm pelago desævit hyems, et aquosus Orion, Quassatæque rates, et non tractabile cælum.' Verba Annæ sunt ad Didonem Æneam advenam depereuntem. *Idem.*

*Syrtris æstus et bestias*] Scal. e conjectura Vulcanii marginali edidit *Syrtris æstus infestus*, eumque secuti sunt Wow. Elm. Scriv. qui mihi non persuadent. De Syrtibus, bestiarum proventu feracissimis, vide Mitscherlich. ad Horat. i. Od. 22. vs. 5. seqq. Quum autem hyeme minus sæviant bestie, quam æstate, quando calor et sitis earum rabiem accendunt, (cf. Virgil. iii. Ge. vs. 432. seq. et de leonibus Amm. Marc. xviii. c. 7.), altera ipsi opperienda erat hyems, quod *illam* (male Edd. Scriv. Altenb. Bip. *illa*) ipsi infirmitas exemisset. Bene itaque Matorum lectionem revocavit Florid. J. B. *Propter Syrtis æstus*] Recte; nam qui ex Libya terrestri itinere Ægyptum contendebant, omnino necesse habebant hanc Syrtin pertransire. Lucian. Διψᾶδ. Οἱ ἐκ Λιβύης ἀπὸντες εἰς Αἴγυπτον, παρὰ τὴν μεγάλην Σέρτιν ποιοῦντο τὴν πορείαν, οὗ γὰρ ἔστιν ἄλλως. *Pric.* *Syrtris æstus*] Horat. 'Sive per Syrtis iter æstuosas.' *Idem.* *Hyemen alteram propter Syrtis æstus, et bestias opperiendam*] De terrestri in Africa Syrti cape, quæ maxime æstate metuenda, cum propter arenarum et sabuli tempestatem, nem æstum Apuleius vocat, tum propter bestias, ut ait. Vide hujus terrestris Syrtis de-

scriptionem apud Solinum. Similia de Arabiæ et Syriæ quibusdam locis legimus. *Scip. Gent.*

*Prospectu maris, qui mihi gratissimus est*] Menander: 'Ὡς ἰδὼ τὴν θάλατταν ἄποθεν γῆς ὁρᾶν! V. quæ de ἀπόψει Salmas. ad Spartian. *Pric.*

*Interibi*] Facta vox est e duobus adverbis *Interim* et *ibi*: non memini alibi legere. *Scip. Gent.* Male: vid. *Pric.* not. et Voss. de Anal. iv. 23. J. B. *Interibi.* 'Ἐν τοῖσιν' Gentilis nullibi quam heic legisse meminit: utitur tamen Plautus Asin. Capt. bis minimum, etiam Cato apud Gellium lib. iii. c. 7. Falsus est et de vocis compositione idem Scipio; terminatio enim localis non est, merns ἀρχαῖος est: sic apud Plaut. 'postibi,' h. e. postea. *Pric.*

*Dissero aliquid postulantibus amicis publice*] Supra: 'Abhinc triennium est quum primis diebus quibus Cæm veneram publice dissereis,' &c. 'Postulantibus amicis' quod ait, habet id coloris speciem. Voluit (pnto) excusatum se quod Philosophus dissere sustinuit. Florid. iv. 'Tanta multitudo ad audiendum conflavit, ut potius gratulari Carthagini debeam quod tam multos eruditionis amicos habeat, quam excusare quod Philosophus non recusaverim dissertare.' hoc scilicet Sophistam erat, qui non (ut Philosophi) μάθῃσιν, sed ἐπιβεβῶν spectabant. Glossæ: 'Σοφιστής, disertor, sophista:' ego legendum pnto, *Dissertor.* *Idem.*

*Ingenti celebritate Basilicam complentes*] Paulinus Epist. 23. 'Tantis influere penitus agminibus in amplissimam gloriosi Petri Basilicam.' Sidonius lib. v. Epist. 17. 'Populus ingens sexu ex utroque, quem capacissima Basilica non caperet, quamlibet cincta diffusis cryptoportibus.' *Id.* *Congruentissima voce, &c. acclamant*] Miles. iii. 'Conneti consona voce flagitant.' Virgil. Æn. xi. 'Unoque omnes eadem ore fremebant.' 'Conva-

sare acclamationes' vocat Sidonius lib. 1. Epist. 9. Camiodor. 1. 13. 'Dicere uno sono.' Plato de Leg. 1. *Μὴ φωνῇ, καὶ ἐξ ἑνὸς ὁμόφωνος συμφωνεῖν*. Lucianus Zeux. 'Εν, καὶ τὸ αὐτὸ ὁμοφωνοῦνται. Dio in Pertinace: *Εὐφρόνως ἔκβοα*. At nū ego ineptus qui vel pauilla hæc in eo Argumento, quod libris septem 'de Veterum acclamationibus' inscriptis, adeo accurate persequutus est doctissimus idemque amicissimus Bernardinus Ferrarius, cujus instructissimam Dactyliothecam etiam expectamus jam quotidie, nec non alia cum ab eruditione elegantia, tam ab Argumentis. *Idem*.

PAG. 320 *A principio*] H. e. publica illa acclamatione: ne longius hoc principium petas. *Idem*.

*Consensum publicæ vocis pro divino auspicio*] Hercul. Altisiodor. de vit. S. Germ. lib. 11. 'Populos in consona vota ruentes Adspiceres, spirante Deo.' Nazarius Panægyr. 'Sed negliguntur præconia hominum ubi quærantur judicia divina:' quot verba, tot menda: lege, et interpunge, Si a. p. a. u. quærentur indicia divina? Apud Symmach. Presbyteri ad Imperr. Honor. et Theodos. 'Venerabilem virum Bonifacium acclamatione totius populi, ac consensu melliorum civitatis asserimus,' &c. quam electionem statim 'divinam sententiam' vocat: et continenter, 'Divinum est quidquid tantorum firmat electio.' Iterum intervallo minimo: 'Presbyteri omnes adierunt, qui voluntatem suam h. e. Dei iudicium proloquantur.' Anastasius Bibliothecarius in vita Valentini: 'Collectis in unum venerabilibus Episcopis, et gloriosis Romanorum proceribus, omnique amplo' (malim ample) 'Urbis populo in Palatio Lateranensi, ut quod jam cordi cælitus revelatum æquiter omnes tenebant, in uno multorum sonitu resonaret,' &c. Latro in Catilin. 'Is rumor sparsus est de moribus Catilinæ, eaque ubique opinio pervagata, qua-

tenuis existimem voces istas publicas non hominum esse sed Oraculi potius nuncupandas.' *Pric*.

*Si ego non nolim*] Cicero ad Attic. lib. XIII. 'Proximis tuis literis te id non nolle agnovi.' Ulpianus l. 1. § 1. et 2. de Tribut. act. 'Non enim velle debet Dominus, sed non nolle.' Catullus: 'Quæ tu volebas, nec puella nolebat.' 'Non nolle' valet pati, non contradicere; atque inter velle et nolle quiddam medium est. Quidam non velle putarunt medium, perperam: nam inter affirmativum et negativum qui constituere medium volet, oportet ex negativo sumat, nequaquam ex affirmativo. *Idem*.

*Quoniam mihi soli ait*] Locus corruptissimus, et quem frustra fortasse speremus sine libris posse sanare: mihi certe *οὐκ ἐφαπτόν*. tamen quod in nobis est, vulnus ita obligamus, ut aliqua sit sententia, *quoniam mihi soli, ait, rerum omnium curam crederet: confidere sese fore, ut id onus recipiam*. Vox *crederet* cum depravata, tum loco mota fuisse videtur. Multa in omnibus scriptoribus ita corrupta transpositione verborum: atque adeo venit in mentem loci e Plautina Truculento, quem ita perturbatum in omnibus libris vidimus: 'pro Di immortales Calliclem video senem, Alteram tonstricem, alteram ancillam snam mens Qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere:' ita enim restitui debet: *pro Di immortales Calliclem video senem, Meus qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere. Alteram tonstricem hujus, alteram ancillam suam*. Casaubonus. Flor. et Aldus, *rerum omnium confidere sese et credere ut onus recipiam*. Elmenh. Exhibuimus mutilatissimi hujus loci eam lectionem, quam in omnibus fere cæsis deprehendimus, ut nostræ cum aliorum conjecturis facta collatione, facilius dispici possit, quis melius divinaverit. Casaub. *Quoniam mihi soli ait rerum omnium curam crederet, confidere sese*



*fore ut id onus, recipiam, &c.* Scipio: *Quoniam mihi soli rerum omnium accrederet, confidere sese ait ut id onus recipiam, &c.* Nos ad hanc faciem, *Aperitque consilium sibi esse (quoniam mihi soli rerum omnium accrederat) matrem suam, cui plurimi inhiant, mecum conjungere: confidere sese fore ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla, &c.* Ratio Parentheseos petenda paullo altius. Dixorat supra: 'Hæc omnia adnexus impenso studio persuadet, et matrem suam, suumque fratrem puerum latum mihi commendat:' quæ ita hoc loco expressit, *mihi soli rerum omnium accrederat.* 'Rerum credere et accredere' ἀρχαῖος dici notarunt alii, quod tamen si non arrideat, scribe, *rerum omnium Curam crediderat.* vel r. o. *summam c.* Pricæus. *Quoniam mihi soli, ait, rerum omnium confidere sese et credere.* In hac lectione nihil variant Mss. nec Edd. ante Casaub. post quam mire hæc interpolarent VV. DD. Scal. enim in Edd. Vulg. sec. tert. cum Elm. et Scriv. dedere, *quoniam mihi soli, ait, rerum curam credideret, confidere sese fore, &c.* Wower. *curam* et *fore*, utpote intrusa de conjectura, eiecit, cetera eodem modo exhibens. Sed optime veterem lectionem revocavit Floridus. *Rerum omnium*, i. e. in omnibus rebus, quod ad omnes res attinet: de qua locutione, apud optimum quemque auctorem obvia, sed Appuleii Editoribus, ut videtur, non intellecta, vid. Gronov. Lect. Plaut. ad Bacch. III. 4. 5. et ad Cistell. I. 1. 33. cf. et Ern. in Cl. Ciceron. v. *Ceteri*, ibique cit. Hotoman. Obs. IV. 11. J. B.

*Ut id onus recipiam*] Floridus intelligit rogat: durius. Alii aliter (v. supra), nec multo melius. Verum Ed. Junt. post. cum Ms. Pith. et Salm. in marg. e Cod. Fux. ut videtur, non ut sed si legunt. Hinc, si fallor, genuinam hujus loci lectionem restitui. Sin ex emendatione Casaub. primus edidit Scal. et dein Elm. Pric. Scriv.

Flor. adstipulantibus Mss. Florent. In reliquis si. Sine causa Pricæo suspecta fuerunt τὰ *Hæc reputans*, i. e. si adeo non hoc onus recipiam, ut potius mecum reputem, qualis conditio mihi offeratur, non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum; hæc igitur si mecum reputans id onus non recipiam, sed ad aliam conditionem me reservarem, neque pro amico neque pro philosopho me facturum. *Idem.*

*Formosa pupilla*] Nihil agit, qui potius legendum putat, *pupula*: nam dixerunt Veteres Pupa, Pupula, et pupilla. Ausonius: 'Latius vinctis alumna pupas.' Persius: 'Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine pupæ.' Glossarium vetus: 'Puppæ, Πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδῶν νύμφαι. Nos adhuc idem nomen retinemos, et ἀδέρματ᾽ illa puerilia Puppen vocamus, seu Pouppen. Repperio in eodem Glossario: 'Pupus, Βράφος, νύμφη.' *Pupula* est apud Nostrum etiam Milesiarum lib. VI. *Pupilla* in Glossis. 'pupilla, ἀδρή.' Colo. Subtili commento Appuleius honori suo vellicatur, cum his argumentis facit Pontianum se ad nuptias hortari quæ alium avertissent: nam quis non potius ducat virginem pupillam, hoc est, ἐνίαλῆσαν, eamque formosam, quam viduam mediocri facie mulierem, et liberorum matrem? verum id quia censet Pontianus alienum a Philosophicis Appuleii moribus, ideo hoc argumento duci se ait, ut illum conditione uirum confidat. Ita interpretor hunc locum: neque illi assentior qui *pupillam* legendum censent: neque autem illi qui *pupillam* accipiunt de pupilla virginum, quas Græci πλαγγόνες et θυγάσας vocant. Lego deinde, *ait hæc reputans*: hoc est, incommoda quæ modo diximus. Casaub. *Formosa pupilla*. Id est, virgo: neque enim ad divitias respicit. Inde ad oculos translatus. Chrysostomus Homilia Antiochen. XXII. 'Pupilla (ἀδρή) ad-

pellatur oculus: ut sicut ille duabus palpebris velut in quadam conclavi clausus est, ita et virgo præmaneant.' Glossæ veteres, 'Pupilla, κόρη.' Homero Iliad. Θ. γλήρη dicitur, et ibi Eustachio κόρη, παρθένος, κοῦδρον dicitur. Nihil igitur mutandum. *Scip. Gent.*

*Mediocri facie*] 'Speciem temperatam' vocat Fulgent. III. Mythol. Noster, Miles. IV. 'Temperatam formositatem.' Euripides *Meropis* χάρω. Ennius 'formam statam.' Phavorinus apud Gellium v. 11. 'uxoriam.' *Pric.*

*Ad aliam conditionem*] Infra: 'Longa dote, et molli conditione:' propria conuulsis vox. V. Colvii Not. *Idem.*

*Neque pro amico, neque pro Philoso-pho facturum*] Sallust. Jugurth. 'Neque pro recto, neque pro bono facturum.' Cæsar. Bell. Gall. v. 'Nihil hunc sese absente pro sano facturum.' *Idem.*

*Verbigeratum*] Onomast. vet. 'Verbigerō, λογιζομαι.' Glossæ Ms. Ch. Bourdelotii: 'Altercatur, ligat, verbosatur.' leg. A. litigat, verbigeratur. *Idem.*

*Persuaderat idem Pontianus matri sua ut me omnibus aliis mallet*] Infra ex literis ipsis Pudentillæ: Βουλομένη γάρ με δι' ἄς εἶπον ἀβίας γαμηθῆναι, αὐτὰς τοῦτον ἔκτισας ἀπὸ πάντων ἀλφειοῦ, &c. *Idem.*

PAG. 521 *A conspecta fide*] Forsitan a *compacta fide*, id est, compacta, promissa. Sic Depectus et Depecisci infra. Colv. Colv. 'Forsitan, a *compacta*:' bene. Brant. Rom. *conspecta f.* Florent. *conspetti fide*. Elmenh. Libri nonnulli, a *concepta fide*. Colvius tentabat a *compacta fide*: at ea lectio quam posuimus vera est. *Fides conspecta* est comperta, explorata. Scriptores voce solemniori *spectatam* vocant: talis huc usque fides Pontiani fuerat: contra apud Gellium 'inconspectum' pro incerto, non probe cognite, lib. XVII. cap. 21. 'Ne in sermonibus forte inconspectum ali-

quid, &c. temere diceremus.' Cui plerique omnes, in *conspectum*: levi errore sane, at qui induxit nonnullos, quorum nomina in his literis hand incelebra sunt. Si nos obscuri titubamus, dabit veniam lector, nonnumquam ipsi nobiles vel in scupillos impingunt. *Pric.* Ab omni contumelia abstinere debuerat Floridus, qui ubique ad hanc Apologiam Pricei notas compilavit. *Conspecta* est in Mas. cunctis (nisi quod in Florent. et D'Orv. *conspetti*) et Edd. Wow. et vet. omnibus ante Vult. sec. in qua Scal. e Vulcanii conjectura dedit *concepta*, cum Elm. et Scriv. Possis etiam divinare *confessa*, de qua voce vid. Arntzen. ad Lat. Pac. Paneg. c. 30. et 41. *Conspecta* pro spectata, vel conspiciua, manifesta, non prorsus damno: quia tamen in Mas. hæc vox distingui vix potest a *compacta*, i. e. de qua inter illos convenerat, quod h. l. multo melius quadrat, hanc correctionem admisi cum Florido. J. B.

*Quidvis pati, quidvis facere*] Miles. IX. 'Quidvis facere, quidvis pati paratus,' et in Phædone apud Priscianum, 'Sic agere aut pati.' Horatius: 'Jubet quidvis et facere et pati.' Pollux Onomast. lib. VI. c. 32. Ὅθεν παθεῖν βίβωμαι, ὅθεν ποιεῖν ἐκεί. Imp. Manuel Palæolog. IV. Orat. Παθεῖν πᾶν βίβωμι, καὶ πᾶν' ἑμοὶ διατρέξωμαι πρὸς ἑμῶν. Julian. Orat. ad Athen. Ὅτι ἐν ᾧ τοῖς θεοῖς φίλον πάσχειν ἢ ἀπαρτῶν. *Pric.*

*Qui neminem unum in terris viliorem se, &c.*] Senec. lib. III. Contr. 17. 'Deduxi ad vos reum, omnium quos terra sustinet nocentissimum.' Sallust. 'Jugurtha, homo omnium quos terra sustinet sceleratissimus.' Plaut. Pseud. 'Quantum terra tegit hominum perjurissime.' *Idem.*

PAG. 522 *Calumnia farnacula*] Ut apud Ciceron. pro Rosc. 'Officina nequitie.' Zosimum, Ἐργαστήριον σκολοφαντιῶν, et Boëth. de Consol. 'Sceleratorum officina.' Sidonius

hac facie etiam 'calumniam sufflam-  
mare.' lib. iv. epist. 6. *Idem*.

*Fax et flagellum*] Rescribendum,  
*fax et flagellum*: ut ubique conformis  
sibi translatio. Quamquam hæc sine  
caussa sollicitamus. Alludit enim ad  
morem theatralem, quo receptum,  
face et flagello pugnantes incitare.  
Tertull. adversus Gnosticos: 'Cæs-  
tus dilaniant, flagella dilacerant. Ne-  
mo tamen agonis præsidem angilla-  
verit, quod homines violentiæ ob-  
jectet.' Suid. λέγου. *Wower*. Legas  
concinnius multo *flagellum*. Cicero  
pro Flacco: 'Cujus lingua quasi fla-  
bello seditiosis illa est concio venti-  
lata.' *Pric*. *Flagellum* si esset in Mæ-  
non sollicitarem, sed nec *flagellum*,  
quod revera exstat in illis, sed cui  
*Wowerii* conjecturam anteposuit  
Scriv. *Fax et flagellum* instrumenta  
sunt, quibus homines agitantur, in-  
stigantur, quare et Furie his armatæ  
sunt (vid. Ovid. Ib. vs. 185. et quos  
citât Arntzen. ad Pacati Paneg. c.  
42.) ut soutes percutiant, et in Tar-  
tarum rapiunt: add. Scip. Gent.  
*J. B.* *Hic Æmiliani hujus fax, et fla-  
gellum*] Milesia ix. 'Quod oleum igni,  
quod flagellum Furie:' id est, virga  
ad incitandum. Plinius lib. viii. c.  
16. de cauda Leonis: 'In principio  
terra verberatur: incremento terga  
cen quodam incitamento flagellan-  
tur.' Hesiodus in Sento Herculis:  
πλευράς τε καὶ ὄμους . . . ὀδρὴ μαστίδων.  
*Wower*. putat allusum ad morem  
theatralem, quò receptum face et fla-  
gello pugnantes incitare. Tertullia-  
nus adversus Gnosticos: 'Cæstus  
dilaniant, flagella dilacerant. Nemo  
tamen agonis præsidem angillaverit,  
quod homines violentiæ objectat.'  
*Scip. Gent*.

*Est enim omnium litium deceptor*]  
*Depectus*, id est, 'turpiter pactus',  
inquit Ulpianus in lege iii. ff. de cal-  
umniat. Quod improbat Hotoman-  
nus, et alii, quod et honeste quis di-  
catur depaciaci; Ulpianum autem

accommodate ad Edictum de Calum-  
niatoribus ita scripsisse, aut valere  
ad ejus excusationem, quod Syrus  
esset, non Romanus. Sed hoc loco  
Appuleii *deceptor* est redemptor li-  
tium: quod vetant leges nostræ.  
*Idem*. *Litium deceptor*] H. e. *redemp-  
tor*, sive qui alienas lites pro suis  
suscepit, pactione dimidiæ aut tertie  
partis, aut de quota convenire potuit.  
'Litium mercatores' vocat, Cicero in  
Verr. Divin. *Pric*.

*Simulationum architectus*] *Idem* pro  
Rosc. Amer. 'Omnium Architectum  
et machinatorem:' pro Client. 'Sec-  
leris principem ipsum, atque archi-  
tectum.' Demosth. πρὸς Διάδωρ. Τῷ  
ἀρχιτέκτονι τῆς ἐπιβουλῆς. Themist.  
Euphrad. ix. Orat. τὰ μηχανήματα ὅν  
αὐτὸς ἦν τέκτων καὶ μηχανορράφος. *Id*.  
*Simulationum*] Διαβολῶν, nou προσ-  
πορήσεων. *Idem*.

*Malorum seminarium*] Sic apud Ho-  
mer. Ὀδυσσ. ξ. φυτεύει κανέ. Miles.  
xi. Noster: 'Malorum disseminatio-  
nes:' ubi pessime quidam codices,  
*dissensiones*. *Idem*.

*Ganearumque locus*] Scripserim *la-  
cus*. Ganeæ et ejusmodi loca ædilem  
metuentia seorsim esse solent ab ho-  
minum conspectu: ideo *lacum* appel-  
lat, respiciens ad tenebras lacorum.  
*Casaub.* Malim *lacus*, ut, pro 'ingui-  
num loco,' *lacu* quoque conjectabamus  
ad lib. de dogmate Platonis, uti et ad  
navim et ad flumen sæpe allusum in  
re obscura. Sic et natandi verbum  
in hoc usurpatum apud Sneton. Do-  
midiano cap. 22. *Brant*. Sic Msti et  
editi omnes. *Casaubonus* *ganearum-  
que lacus* legit. *Elmenh.* Ne sequere  
viros doctos reponentes *Lacus* et *La-  
cus*: apta cum primis vox *Locus* et  
quæ summa injuria exlaret. Sene-  
ca lib. v. contr. 2. 'Meretrix vocata  
es, in communi loco stetisti,' *Ibid*.  
'Deducta es in lupanar, accepisti lo-  
cum.' *Pric*. In abditis plerumque  
locis ganeas fuisse constat: v. Voss.  
Etym. v. 'ganeum.' *Lacum* quoque

non male forsā quis dixerit locum abditum et tenebricosum. Sed iustis et ganeis iunxisse Auctorem, religionibus mire deditum, *luci* mentionem, equidem non credam. Expressere tamen Casauboni conjecturam Scal. et Elm. cum Edd. Allenb. et Bip. Minus etiam se commendat Brantii commentum. Melius Vulc. in marg. *locus*. Sed bene se habet vulgaris lectio. *Loca* enim sunt idonea in hospitiiis conclavia. Hinc sollemnis formula, 'loca et lautia alieni præbere.' v. Oud. ad Met. 111. pag. 223. J. B.

*Cunctis probris palam notus*] Cato: 'Stupris intercutibus flagitatus.' Quod autem Appuleius non contentus dicere, *notus*, addit *palam*; intelligi voluit eum palam et quasi in fornice prostituisse. Vetus interpres Iuvenalis in Satyrā. II. in verbo Peribonius: 'nomen,' inquit, 'Archigalli cinaedi, quem Magnum conspiciatam dicimus, qui publice lupudicitiam perpeusus est:' forte, *professus est*, scribendum. Seneca de Provid. cap. IV. 'Interim in urbe servos esse præciosos et professoos.' De quo more dixi supra. Scip. Gent.

*Calvitio deformaretur*] Lactant. de Opif. Del cap. 7. 'Quanta in eo deformitas futura esset, ex calvitio apparet.' Sueton. de Domitiano, 'Calvitio quoque deformis.' Pric.

*Ad omnia infanda morigerus*] Donat. ad Terent. 'Morem gerere lenonium et meretricium notat.' Afranius: 'Ætas, et corpus tenerum, et morigeratio.' Idem.

*Saltandis fabulis exossis et enervis*] Miles. I. 'Exossem et enervem saltationem.' Minuc. Octav. 'Enervis histrio.' Gaudent. Brixien. 'Gestus colubrini:' de Lect. Evang. Tract. 2. Idem.

*In hac etiam ætate qua nunc est*] Jul. Firmic. de Sylla I. 3. 'Senex exoletus, aliena ætate, flagitia corporis de-

tinebat.' Seneca Epist. 123. 'Cum illum contumeliæ sexus eripuisse debuerat, ne metas quidem eripiet.' Gregor. Nazianz. Orat. 40. *Ἀσχερὸν μὲν τὴν ἡλικίαν παρακμήσαι, μὴ παρακμήσαι δὲ τὴν δολίγειαν*. Salvia. de Gubern. lib. VII. 'Ab usitata impuritate nec miseriarum egestate, nec vitæ extremitate revocantur.' Idem.

*Uxor lupa*] *Lupa* ut plurimum signat meretricem, at ne cui hac parte imponatur minus cauto, sciat non ubique occurrere eo sensu. Specimen e Prudentio damus (quem eadem opera emendatum imus). Loquitur de Priapo priore contra Symmach: libro: 'Scortator nimius, multaque libidine suetus Rusticulas vexare lupas.' Legebat Gasp. Barthius, *Lustricolas*: bona conjectura quidem, si heic *Lupa* meretrices essent, at non capisse videtur Poëtæ mentem. Prudentius *Lupas* vocat agrestes et montanas puellas, assuetas pecorum pastui, et id genus animalium. Fasti Siculi, seu mavis, Chronicon Alexandrinum: *Εἰς ἑκείνην τὴν χάραν (Ἰταλίαν) λυκαῖνας καλοῦσιν ὡς ἔργι τὰς βοσκοῦσας τὰ πρόβατα, ὡς αἰεὶ τὸν βίον καὶ τὴν διαγωγὴν ἐχούσας μετὰ τῶν ἀλόγων, καὶ τῶν λύκων*. Codrenus: *Εἰδοτο δὲ τοῖς ἐγχυρίοις λυκαῖνας τὰς τοιαύτας καλεῖν γυναικας, διὰ τὸ ἔπικαν ἐν τοῖς ὄρεσι μετὰ λύκων διατρίβειν*. Itaque aut mutandum nil, aut legendum *Ruricolas*. Pric.

*Depèrduint*] Ald. *deperdunt*: Bas. I. *deperduint*. Lego, *depererunt*. Non solum olim juvenis, verum etiam nunc decrepitis senex Ruffinus iste stupratoribus suis amatur. Colv. Equidem neque istam lectionem satis concoquo, neque eorum emendationem probo, qui legunt *depererunt*: id enim plane contra Auctoris mentem. Fortasse scribend. *qui istum di perduint multa sunt*: qui, non ut apud Comicos in hac locutione, pro utinam: sed pro quare. Casaub. Decem et amplius anni sunt, quum in margine mei

libri annotavi veram lectionem, *Perdeperunt*: quo verbo usus Catullus in hac ipsa re: 'patrui perdeperunt ipsam Uxorē.' Nihil certius. Aliorum, et magni amici nostri emendationes non dignæ referri sunt. *Scip. Gent.* Melior hæc lectio, quam quæ hactenus ab aliis vulgata: nisi tamen excidisse dicamus antiquam vocem *perdeperunt*. Atqui ita scribendum erat, *qui istum perdeperunt multi sunt*. Wower. *Qui istum deperdunt*, &c. Colvinus *deperunt*, non probat Casaub. mavultque, *qui istum di perduint, multi sunt*, qui, non pro utinam, quod alias Comicis familiare, sed pro, quare. Priore tamen sensu And. Schottus noster illis eruditissimis suis Nodia Ciceronianis tentabat, *qui istum di perduint: multus honos auribus prafandus*: si ab hoc triumviratu dissentire fas sit, nescio an rectius ad Auctoris sensum, et hujusce loci sententiam, quod non nemini in mentem venit, *qui istum depserunt, multi sunt*. Præsertim quando in proferendo turpissimo genere libidinis honorem Lucius noster verecunde præfatur, uti faciendum quoque monet Marc. Tul. lib. ix. Epist. 22. ad famil. ubi hanc ipsam vocem adhibet. Quam et restitutam a J. Scaligero memini Catulliano carmini in Gellium, cum applanu Adr. Turneb. lib. xxi. Adv. cap. 17. Intelligi et hoc verbum puto, quod non expresse Tibullus lib. iv. fin. ad Priapum: 'Improbis ut si quis nostrum violaret agellum, Hunc tu, sed taceo, scis puto quod sequitur.' Brant. *Deperduint*. Sic Flor. alii *deperdunt* et *deperdant*. Colv. *depserunt*. Elmenh. Eorum, qui eruditissimam istam Apologiam notis illustrarunt, vix unum et alterum reperias qui non heic pro modulo suo se exercuerit. Colv. *depererunt* legit, uti et Brissonius. Casaub. *Qui istum di perduint multi sunt*. Schot. *qui istum Dii perduint. Multus honos*, &c. Brant. *depserunt*. Pontanus, Wower. Gen-

tis, *perdeperunt*. Singuli quid senserint apposui strictim, non ut addam quid, aut arguam, sed ut ex hac veluti satira lauce quisque optet quod ad palatum faciat. *Pric.* In hac etiam *atate, qua nunc est, qui istum perdeperunt, multi sunt*. Hæc est vulgaris lectio, minime sana. Unus Wower. textum ita mutavit, ut, pro qui... *multi, dederit quæ... multa*: non melius. Sed rã *multi sunt* ab Editoribus profecta sunt, non ab Appuleio: nam pro iis ip. Mss. et Ed. Junt. post. legitur *multus*, quæ vox jungenda jam sequenti *honos*. Et sic quidem cadat necesse est et vulgaris lectio *qui istum deperduint*, et doctorum commentum *deperunt, depserunt*, vel *perdepererunt*: quod præterea falsitatis arguitur *qui prae in prafandus*, nam in iis quæ sequuntur nihil tam obscenum, quam ipsum illud *depere*. Non video quoque, qui in tali oratione locum habeat vetus illa terminatio *niat*, quæ usurpari solet in votis, imprecationibus, aut formulis solemnibus. Mss. tamen servant *deperduint*: quare levissima mutatione locus ita constituendus: *in hac etiam atate, qua nunc est... qui istum Dii perduint!... multus honos auribus prafandus est... domus ejus tota*, &c. Partim vidit id Schottus Nod. Ciceron. iv. 12. qui tamen paulo aliter distinguit: *rois domus ejus*, &c. continnuat oratio, odii et contemptus plena, quæ abrupta fuerat per indignationem. *Dii perduint* legi volebat etiam Scal. probante V. D. in marg. Formulæ *istum Dii perduint* plura exempla vide apud Schott. l. c. et rois qui ibid. cit. Ennii Teleph. 'Qui illum Dii Demque magno mactassint malo:' pro quo perperam Cod. Almelovent. ut. Inprimis comicis frequentatam quæ in imprecationibus. v. Gronov. ad Planti Mœnachm. iii. 1. 6. In marg. ed. Junt. post. legitur *quæstus ne perduint*. J. B.

*Honos aur. prafandus est*] Vid. an-

notamenta ad Minutium Felicem, c. 9. *Elmenh.* Add. Cic. ad Div. ix. 22. 'Si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non praefamur: sin de Aurelia, aliquid, aut Lollia, honos praefandus est. Et quidem jam etiam non obscena verba pro obscenis sunt. Batuit, inquit, impudenter; deipit, multo impudentius: qui locus explicandus o Plinio, Hist. Nat. xxviii. 7. 'Vulva morbo strangulatas respirare,' et xxii. 13. 'semen urticae vulvas strangulantes aperit:' et tum *aliquid* quod vitiosum aut delendum putabat Ern. fortasse bene se habet, hoc sensu: si dicimus, *aliquid* strangulavit Aureliam aut Lolliam, honos praefandus est, quia, *aliquid* dicentes, rem obscenam intelligimus. J. B.

*Janus calc. prop.*] De more amantium amicarum januam pulsantium, vel frangentium, vide Plantum Persa, scena *Satin Aithena*, &c. Passeratium ad Propertii librum i. Elegia 16. lib. ii. Elegia 5. *Elmenh.* D'Orv. a *jan. calc. pr.* J. B.

*Canticis circumstr.*] Persius Satyra v. 'dum Chrysidis undas Ebruius ante fores exstincta cum face canto.' Aristonetus libr. ii. Epist. 19. ἴση γὰρ, ἢ φαντασίαν εἶδον, ἢ παιδίσκη καὶ ἔπινεν οἷα φιλεῖ, ἢ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων, καὶ μαστῶν, ὑπὲρ ἡμοῦ μένων [κοιμαστῶν περιρρινομένων] ἀπὲρ νύκτωρ, οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ἔπαρ. ἐλευθεροὶ γὰρ οἱ στενωποὶ παύξαι καὶ γελᾶν, καὶ ᾄδειν τῇ θέλοντι ἔξεσται τῇ τὰς Μοῦσας εὐστομίᾳς ᾄδον, ἴσα καὶ σαρπηρὸς γλυκεῖαν ἀφιέντες φαιήν. ἀληθῆ φησὶν ἢ παῖς ἀκήκοας ἢ κεκτημένη. σὲ γὰρ τις νόσος καταβόστρονχος ἔτι ἐν ἀπυλῇ τῇ θυρῇ πάλαι ποτεῖ. *Elmenh.*

*Vectigalis*] Pric. ad Met. l. viii. p. sam Ed. 168. legebat *vectigal*: sine causa. *Vectigale* non tantum id dicitur quod tributum solvere debet, sed et illud, ex quo redditus capiuntur: quo sensu 'equus vectigalis' est apud Cic. Phil. ii. 25. fortasse et 'vectigalis libertas' apud Tertull. Apol. 18. extr. J. B. Ita ei lecti sui

*contumelia vectigalis est*] Seneca lib. ii. Controvers. 7. 'Contumelia penetralium meorum.' Alludit ad vectigal meretricium, quod Athenis vendi solitum. Aeschines in Timarchum: καὶ ἑκαστον ἐκαστον ἢ βουλὴ πάλαι τὸ πορνικὸν τέλος καὶ τοὺς πραιμένους τὸ τέλος τοῦτο οὐκ ἐκδίδειν, ἀλλ' ἀκριβῶς αἰδῆσαι τοὺς ταύτην χρημένους τῇ ἔργασίᾳ. Et ab his puto didicere Romani quidam principes. Suetonius in Caligula: 'ex capturis prostitutarum vectigal instituit, quantum quæque anno concubitu mereret.' Intendit Caligula, et exoletorum etiam, ut de Atheniensibus memoravi, vectigal exegit. Manetque ad hæc usque tempora (o Probum!) fœdissimum hoc, ut audio, vectigal Romæ. *Scip. Gent.*

*Olim solers suo*] Usus, ut opinor, Plantino verbo, *solere*, quod obscœnum, et in re Venerea usitatum, diversi jam monnerunt. Scribo igitur, *olim solens suo*. Stewech. Lipsius, *solens*. Colvius. Flor. *olim solers suo*. *Elmenh.* Mss. et Edd. *solers*, quasi solertiam Herennii Rufini significare voluerit Auctor, in excogitanda quæstus faciendi ratione: (cf. Ind.) non tamen placet hoc, tum propter ipsam *solertiam* mentionem, tum propter seq. *meret* præsentī tempore. Lipsii conjecturam amplexi sunt Cas. et seqq. ut sit *solere*, stupri consuetudinem habere; quod quidem ut video aliquoties hoc sensu usurpari, ita, quomodo h. l. quadret, non video. Dicitur enim *solere cum*: sed *solere* absolute hoc sensu dici posse, vehementer dubito. Sane h. l. durius dictum pro, quum olim sua turpitudinis patientia quæstum fecerit, nunc etiam conjugis corpore meret. Quare sequor quidem Lipsii correctionem: ceterum accipio *solens* vulgari notione, hoc sensu: quum dudum jam soleat suo corpore merere, nunc etiam conjugis corpore meret. J. B. *Olim solens suo*] *Solens*, et hoc obscœnum ver-

hum est. Plantus Cistellaria: 'Cum cum suis viris prædicant nos solere.' Alius vetus Poëta: 'Consule Pompeio primum duo, Cienna, solebant Mæchi.' Scip. Gent.

*De uxoris noctibus paciscuntur*] Miles. x. 'Depacta est noctia unius concubitum.' Pric.

*Collusio*] Glossæ: 'Concludit, συνδύζει. Collusio et compactum, συνασμίς.' Nomicum Glossar. 'συμπαίγνια, ἀνδρῶν.' Idem.

*Qui amplam stipem mulieri detulerunt, &c.*] Tibullus: 'Sed pretium ei grande foras, custodia vineta est, Nec prohibent claves, et canis ipse tacet.' Propert. 'Janitor ad dantes vigilet, ei pulsat inanis, Surdus in obductam somniet usque seram.' Idem.

*Nemo eos observat*] Janitores enim ad dantes vigilabant, admodum duri illis, qui nihil adferebant. Antipater docte Anthol. lib. vii. epig. 161. Πάντα καλῶς, τό γε μὴν, χρυσὴν ἔτι τὴν Ἀφροδίτην, Ἐξοχα καὶ πάντων, αἵων ὁ Μαιωνίης. 'Hν μὲν γὰρ τὸ χρέαγμα φερῆς φίλος, οὐτε θυμωρὸς ἔν τεσσιν, οὐτε κῆρον ἐν προθέοις δίδεται. "Hν δ' ἑτέρως ἔλθης, καὶ ὁ Κέρβερος. ὃ πλεονέκται Οἱ Πλοῦτον, πάντην ὡς ἀδικεῖτε μόνου. Elmenh.

*Suo arbitratu adascendunt*] Rom. suo arbitratu adascendunt. Ascendant in cœnaculum superius: nam in cœnaculis plurimum dormiebant et habitabant Antiqui. Lysias Apologia: οἰκιστὴν δοτὶ μοι διπλοῦν, ἵνα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνίτην καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνίτην. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παλῖον ἐγένετο ἡμῶν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθέλας. ἵνα δὲ μὴ, ὅπως λοῦεσθαι θέοι, κινδυνεύοι κατὰ τοὺς κλίμακας καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διατρέμω, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. Juppiter Plantinus: 'In superiore qui habito cœnaculo.' Martialis: 'Nam tribus habito scalis, sed altis.' Seneca Epist. lxxx. 'Diurnum accipit, in cœnaculo dormit.' Cole.

*Et quasi ad disc. venerint*] Pro et, D'Orv. etiam. Opportune hunc lo-

cum contulit J. Fr. Gronov. Syll. Epist. Burm. t. iii. p. 388. cum illo Ovid. Art. Am. i. vs. 428. de meretrice amatorem invitante ad emendandum: 'Si non esse domi, quos des, causabere nummos; Littera secetur; nec didicisse juvat.' sic enim ibi legendum puto; eamque lectionem ita explicat Gronov. Et inutile vel noxium est, quod didicisti scribere; si enim nescires, non poterat cautio vel obligatio a te posci. Verum ex Nostri imitatione locus ita explicandus: Nec prodest tibi, quod jam didicisti literas, neque adeo opus est eas amplius discere, tamen scribere debes, quasi ad discendum veneris: et explicat sic fere Burm. retinens tamen ne didicisse juvat. J. B.

*Scriptuerint*] Vide legem ultimam Digest. de dolo excepto. Elmenh. Et quasi ad discendum venerint, non prius adeunt quam aliquid scripserint] Id est, chirographis et syngraphis caverint, pecuniam se aliquam debere, incertis nominibus tamen, non expresso vero titulo, ob stuprum. Plantus Pænulo de lenonis domo: 'Ibi tu videas litteratas, fictiles epistolas, pice signatas, nomina insunt cubitum, longis litteris: Ita vinariorum habemus nostre delectum domi.' Et hoc est, quod supra Appuleius dixit: 'domus ejus tota lenonia.' De hujusmodi syngraphis scortorum videnda eadem oratio Æschinis in Timarchum, ubi recte nullius momenti esse dicuntur, si ex iis agatur, sive a conductore, sive a conducto. Ideoque incertis nominibus hæc perscribi et caveri solita, supra dixi. Quo pertinet veteris proverbii ex versu Sophoclis vel Philoclis, δρκοὺς ἐγὼ γυναικὸς εἰς δδωρ γράφω, parodia etiam vetus Philonidæ, δρκοὺς δὲ μοιχῶν εἰς τέτταρον ἐγὼ γράφω, ut refert in Bibliotheca sua Photius. Quod ita vertas, 'In cinere scribo, adulter quod juraverit.' Jure nostro ita cautum est, ut deprehensus in adulterio si dedit, vel promisit pe-

quoniam, metu, ne occideretur, aut vinciretur, aut proderetur, habent. Quod metus causa actionem, Lege vii. ff. illo titulo: conditionem ob turpem causam dari non habet: quia quantis etiam vel maxime hic turpitudinis versatur Lege iv. ff. de cond. ob turp. caus. In illo edicto metus consideratur, in hac, causa. Sed de his alibi adcuratius. *Scip. Gent. Quasi ad discendum venerint.* Similis est jocus Ciceronis de quadam impudica: Eam, dum viveret, ludum habuisse; post mortem capisse habere magistrum. Sensus est, viva capturas fecit et discipulos habuit, quasi aperto ludo meretricio, ea mortua, creditores ejus bona ex Edicto possederunt, magistroque, ut moris fuit, ex ipsorum numero creato, ea publice proscripturum ac vendiderunt. Non ignoreo Quintilianum aliter interpretari, feminas scilicet infames ad eam convenire solitas, lib. vii. cap. 3. *Idem.*

*Defœneratus*] Id est, pecuniis immensi fœnore acceptis obligatus. *Scip. Gent. Defœneratus* (Gentilem audis) est 'obligatus pecuniis immensi fœnore acceptis.' Ego *defœneratis* scribo: hoc est, 'fœnore suo defraudatis.' Supra proxime, 'ampliuscula fortuna devolutus, quam tamen fraude Patris inopinato invenerat.' *Pric.* Sane puto vulgarem lectionem. De in compositis vim verbi augeat. V. Ind. J. B.

*Maluit retinere pecuniam quam pudorem*] Lucius Pomponius: 'Ego rumorem parvi faciam: dum sit rumen qui impleam.' Sophocles: Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥήμα σὺν κέρδει κακόν. Juvenalis: 'Quid enim salvis infamia nummis?' Horatius: 'Quidam memoratur Athenis Sordidus ac dives, populi contemnere voces Sic solitus: populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemtor in arca.' Sarisburiens. Polycrat. vii. 16. 'Avaro nihil vile videtur aut sordidum:

*Delph. et Var. Clas.*

sibilante populo seipsum consolatur.' *Pric.*

*Tabulis flagitaretur*] Quibus pecunia debita ostendebatur. Supra: 'Ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut æquum erat, mera fide acceptam filiis debebat.' Huc pertinet Juliani l. civ. § 1. de Legat. lib. i. *Coto. Flagitaretur.* Aptè, nam hoc proprium obœratis. Gellius lib. xvii. cap. 6. 'Flagitare pecuniam jubebatur.' *Plant. Casin.* 'Ducite ex animo curam atque res alienum, Nec quis formidet flagitatorem suum.' Idem *Pseud.* 'Si non dabis, Clamore magno et multum flagitare: recte clamore. Lactant. de Opif. D. cap. 2. 'Magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitant.' Glossæ: 'Flagitaverit, μετὰ βοῆς ἀπατήσθαι.' Glossa. *Vindoc. Ms.* 'Flagitat, commovet, (an commovet?) cum clamore exposcit.' *Pric.*

*Et quasi insanus ab omnibus obvis teneretur*] *Achil. Tat. Amor. lib. vii.* Οὐ δὲ φυλάσσοντες ἑδῆακον, νομίζοντες ἀποδιδράσκειν καὶ ἑβόων τοῖς ἐντυγχάνουσι λαβέσθαι. *Idem.*

*Lex inquit*] *Rom. et Bas. 1. Flax, inquit.* Unde bene Lipsius *Pax, inquit.* *Pax*, *Plauti* vox, silentii nota, *Milite*: 'PA. Dicam jam. PL. Nempè eandem, quæ dudum constituta est. PA. Pax, abi.' *Græcum* est, quando significat tantummodo, inquit *Priscianus* lib. xv. *Diphilus*: Δειπνῆς τε καταβῆς, πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς. 'Οξους τε δὲ κοτύλην πᾶς. τί πᾶς; Etiam nos, cum aliquem tacere volumus, dicimus *Pays*. *Colv.* Scribebam, *res inquit*, n. p. d. Sed quia vett. omnes *Codd.* habent *Flax*, inquit n. puto scribendum, *flagitantibus, negat posse diss.* *Casaub. Flax, inquit.* Ita v. c. *Fulv. Pax*, ex *Plauto*. *Heysichius*: πᾶς ἐστὶ τῇ τὸ τέλος ἔχει. *Sciopp. in Symb.* Corruptus habetur hic locus a doctissimis viris, varietque corrigitur. Sed puto scripturam hanc

*Apul.*

9 U



receptam defendi posse, ut sit hic sensus : Lex Julia, de cessione bonorum scilicet, negat et vetat in carcerem trudi, qui non potest solvere. Simillima figura est, qua Paulus Juristicus usus est, 'Lex. XII. Tabularum vindicari tignum iudicibus junctum posse scit. L. qui res in fine ff. de solution.' vel ita; *Lex!* ut imploratio legis Juliae; et hæc vox sit ipsius Rufini, dum traheretur per vim. Isque rationem addit, 'Negat (Rufinus scilicet) 'posse dissolvere,' ut hodieque cogitur decoctor dicere, 'Cedo bonis,' vel, 'solvendo non sum,' aut simile quippiam. Sed quoniam in omnibus veteribus codicibus legi aiant, *Flax*, existimavi, *Pax*, restituendum esse, quæ vox mire quadrat: ut quam a creditoribus flagitaretur, et quasi insanus ab omnibus obviis temeretur, ita solitus sit despondere, et deprecari vim, ne obtorto collo in jus raperetur. Ita postea vidi et alios doctos viros coniecisse, in primis Fulvium Ursinum, ex Plauto. Hesychius: Πάξ ἐστὶ τῆ τοῦ τέλους ἔχων. significat Latinis silentium. 'Græcum est autem,' inquit Priscianus, 'quum significat tantummodo,' et ita usus Terentius in Heautontimorum. 'Dum argentum capio; pax nihil amplius.' *Scip. Gent.* Omnes libri antiqui: *Flax*, inquit. Hoc me indaxit, ut alios sequer, qui legunt: *Pax inquit.* Quam vocem interpretatur Hesychius. *Wower.* *Pax inquit.* Ita vere Lipsius epist. Quæst. libr. II. Epist. 22. In Aldo et Rom. est *lex inquit.* In Fl. *Fax. i.* Hesych. Πάξ, ἐστὶ τῆ τοῦ τέλους ἔχων. *Elmenh.* *Lex, inquit.* Variant hæc libri: partim *Lex*, alii *Flax* habent: si τὸ *lex* placuerit, puta ἐκφώρησιν quiritantis esse, implorantisque opem Juliae legis, quæ cedentes bonis liberos permittebat. *Flax* manifestum mendii est. Lips. *Pax* legebat, de qua voce Scalig. vide in Lection. Ansonianis.

*Pric.* In Ed. Junt. post. primum comparet *lex*, vel ex conjectura Philomathis Pisani vel e Mas. quod dein editum in Ald. Bas. sec. Colv. Vulc. *Pric.* ex qua lectione quomodo elici possit sensus, quem voluit Gentilis, non satis mihi liquet. Quod si per interjectionem velis explicare, ejusmodi implorantis exemplum aliquod desidero. Neque etiam eam vocem in Mas. tam constanter corrupturos fuisse libellos credo, nam in Mas. Fulv. Pith. Fux. et Edd. ante Junt. post. vox nihili *fax* legitur, pro qua quia in Mas. Florent. legitur *Fax*, equidem verissimam puto Lipsii correctionem Epist. Quæst. II. 22. quam et Groslet. in marg. proposuit et expressere Gent. Wower. Elm. Scriv. Flor. *Pax* interjectio est silentium imponentis; de qua vide Voss. de Anal. IV. cap. 28. Sic Petron. cap. 66. '*Pax! Palamedes.*' J. B.

PAG. 523 *Annulos aureos, et omnia insignia dignitatis abijcit]* Horat. lib. II. Sat. 7. 'Projectis insignibus, annulo equestri, Romanoque habitu.' Martialis II. 52. 'Oppigneravit ad modo Claudii mensam Vix octo nummis annulum unde cænaret:' ultimæ egestatis signum: nam et aliis exuti omnibus; solebant annulos saltem custodire. Juvenal. Sat. II. 'Post cuncta novissimus exit Annulus.' Sueton. Jnl. 'Affirmavit se ad satisfaciendum omnibus per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque æquo animo detracturum sibi.' *Pric.*

In nomen uxoris] Fraudem istam Rufini norant quoque nostri temporis mercatores, quos videmus uxores domum ducere dote lautiore interdum, quam vel maritus accipere dignus sit, vel socer potens persolvere. Ceterum dos illa, ne quid erres, non in alio, quam in una tabula fere consistit. Venit uxor cum mille: at tabu-

lis decem millia continentur, ut nimirum, si foro cedendum sit, creditores frustrentur, uxor pecuniam dotis nomine conservet, ipsa cum marito pudorem amittat: facit huc, l. quamvis 75. ff. de jure dotium. *Stewech. Pleraque in uxoris nomen, &c. Etymolog. in 'Εγγύς. Pric.*

*Nudus et ignominia sua tectus*] Apud Ciceronem puto me legisse talem sententiam: quod nos in Psalmo quidam ita expressimus: 'Sola ignominia contectos, cætera nudos.' Similimum est illud Æschinis in Timarcham, qua ex oratione illa quoque videtur Apuleius noster hausisse, ut supra monuimus: *ὅρε μὲν ἄλλ' ἢ τὰς ἀλογίας ἀντὶ περιείρα.* *Scip. Gent. Add. Pric.* Verum nudus et tectus sibi opponuntur: quare requiritur disjunctiva particula, non copulativa. Hinc, e conj. Vulcanii, Scal. et seqq. dedere *α. et i. s. t.* Ego prætuli *sed* quia præcedens vocabulum desinit in *s*, et tum *et* et *sed*, seu *set*, in Mss. haud raro confunduntur. Ceterum pro *tectus* in Mss. Florent. Fux. et Ed. Junt. post. est *tutus*, probante Salm. In Ms. Plith. *totus*: vel sic tamen disjunctiva particula melius convenit. Interim præplacet mihi *tectus*, quoniam lasus ille in nudus *sed tectus* prorsus est ex ingenio Auctoris nostri, qui alibi contra haud semel nudus et intectus junxit: vid. *Pric.* ad Met. iv. *J. B. Ignominia sua tectus.* Æschines (Scipioni notatus): *"ὅρε μὲν ἄλλ' ἢ τὰς ἀλογίας ἀντὶ περιείρα.* Sallust. Catil. 'Flagitiis et facinoribus coopertus.' Tacitus Annal. iii. 'Probrus, et infamia coopertus.' *Pric.*

*HS. Trīginta*] Parum hoc. Rescribendum forte *HS. tricies*. Colvius. Romanus codex xxx. alii eandem summam perscriptam. Ex ipsis Apuleii verbis liquet, intelligere eum de aliqua summa insanum magna: itaque vel *tricies* verum fuerit: vel etiam major aliqua fortasse summa. Ca-

*saub.* Manifeste vitiosum est *HS. trīginta*, nam tum dicendam fuerat *devoranda*, non *deverandum*. Restitui itaque *HS. tricies*. Librarii quod in libro suo inveniebant *HS. xxx.* per inperitiam explicuere *trīginta*. Trīginta sestertia ad nostram monetam non excedunt summam 2250. Florenorum, contra *sestertium tricies*, summam constitunt 225,000. Fl. *J. B. Liberum venit*] Estne quod lazarum Martiali iii. 22. ? *Pric.*

*Præter quod et uxor sua quotidianis dotibus quæsitiv*] Herodot. i. de Lydorum filiabus: *Πορρεβορραι τῶραι, συλλέγουσαι σφίσι παρὰς.* Fere eadem de *Punicis* Valerius ii. 6. de *Phanicibus* D. Augustin. de Civit. iv. 10. de *Cypriis* Justinus xviii. 5. de *Tusciis* Plantus Cistell. ii. 3. *Idem.* *Quotidianis dotibus.* Ut apud alios 'Nuptiæ quotidianæ.' Ibid. Plantus: 'Habemus nuptias quotidianas, Hæc quidem ecastor viro quotidie nubit.' Auctor ad Herennium: 'Cujus mater quotidianis nuptiis delectatur: quod expressum ex Demosthenis *κατὰ στέφ.* videtur: 'Ὅς ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθυστικοῖς γάμοις χρομένη.' *Idem.*

*Degulator*] Isidorus Orig. x. 'Degulator, quod gula sit deditus.' Usus et degulandi verbo Afranius Brundisii: 'Degulasse oportuit: apud Sosipat. lib. i. *Colo.*

*In ventrem condidit*] Juvenalis Sat. xi. 'Ære paterno, Ac rebus mersis in ventrem.' *Pric.*

*Collurcinationibus*] Rom. Ven. Ald. Bas. i. *cohircinationib.* scripsi aliquando, *tuburcinationibus*. Num etiam rectum sit *collurcinationibus* vel *collustrationib.* ? Notum quid in Plauto Lustrari, Casina et Paendulo: Lurcandi verbum, et Lurconis etiam, jam satis tritum: Item Tuburcinandi. Qui ignorat, consulat Festum et Nonium: apud hunc legerem in Torpilio Boëthuntibus: 'Melexia intus cessat: credo hercle bello Tuburcinatur.' Sed *cohircitationibus* etiam non contem-

rendum : utpote a libidine hircorum, sive hædorum compositione vocabuli novi facta. Sic certe Hircos sive Hædos impudicos homines scortatoresque vocabant Veteres : in quo emendavi eundem jamdudum Turpiliū apud Marcellum, Lindia.... 'Quibus Te in rebus despoliasti, hædus in lustris latens.' Sic Plautus : 'illic hircus alius.' *Colo.* Claudianus Mamercus studiosus Apuleii imitator lib. II. cap. 9. de statu animæ : 'qui stipem suam variis conlucernationibus delapidavit,' ubi tamen pro *conlucernationibus*, et apud Apul. *collarchinationibus*. Joannes Savaro doctissimo commentario suo in Sidon. Apollinar. lib. IV. Epist. 3. *Collarchinationibus* reponit, et quæ apud eundem Claud. Mamercum sequuntur 'parasito more laudari' emendo, *Parasitico ore*. Brantius. Aldus et Roman. *Cohercinationibus*, male. *Elmenh.* Edd. vett. *cohircinationibus*. Mss. Pith. Fux. Ed. Bas. sec. *colurchinat.* Sed bene Edd. Junt. post. Colv. seqq. cum Mss. Florent. *collarchinationibus*, quod non tantum accipe de comensationibus et computationibus, sed et de omni libidinis genere. cf. et Met. VIII. p. 574. a. De etymo vocis cf. Voss. in Etym. v. 'lurcare.' J. B.

*Dilapidavit*] Onomast. vet. 'Dilapido, διαπόλεω.' Firmic. IV. 8. 'Patrimonium misera laceratione dilapidat.' C. Paulin. 'Incassum reditus dilapidare suos : extulit meliore sensu D. Hieron. 'Censum omnem' (inquit) 'quem habere potuit, dilapidavit et vendidit, et in pecuniam congregatum usibus pauperum præparavit.' Epist. lib. III. *Pric.*

*Homo justus et morum*] Quod locum istum Beroaldus stigmatiam fecerit, factum non injuria : vide si bene reposuerim, *homo justus ex more dedit operam*. Infra hac eadem apologia simili formula dicitur, 'litteras matris Pontianus ex more adservavit.' Frequentatæ bonis auctoribus formulæ

multæ non absimiles, qualis : 'more majorum,' 'sine more,' 'malo more,' 'nullo more : de quibus ego alibi ; more Romano' Cicer. lib. VII. fam. epist. 5. et epist. 18. Itidem supra apud scriptorem hunc, 'more perpetuo' 'Contra bonos mores : apud alios alia. *Stewech.* Deest quid, forte ita supplendum : *et morum integer*, vel simili alio. *Colo.* Nihil deerit si legas *justus et verus* : sic accipi *verus* pro *divinus* notum omnibus. *Cassaub.* Stigmatias locus factus, non magno tamen merito suo : neque enim voces integræ aliquot, sed binæ tantum syllabæ perierunt, quas revoco ad hunc modum scribens *homo justus scilicet morum dedit*, &c. *scilicet* quam apte hic legatur nihil attinet dicere. *Justus* autem *morum* eleganter, ut 'Integer vitæ,' 'animi,' vulgatissima Græcismi specie. *Acidal.* Lacunulam illam ita expleo : *morum haud spernendus*. Quæ phrasis Taciti est, vel *morum integer*, quæ Horatii ; sic supra Noster 'morum integritatem' dixit. *Scip. Gent.* Non pœnit me divinationis meæ, qui in Latina asterisco notata adposui, *haud spernendus*, ex Tacito. *Acidalium* video aliter sensiisse, et nullam vocem deesse, sed duas tantum syllabas, atque ita legendum, *homo justus scilicet morum*. Id. in App. Florent. *homo justus et morum*. Colvius, *homo j. et mox integer*. *Stewech.* *homo j. ex more*. *Acidalius* *homo justus scilicet morum integer*, recte. *Elmenh.* Visitur in libris fere omnibus Asteriscus ille : utinam abesset sane, prompta emendatio foret ; legerem nempe ; non (ut *Cassaub.*) *Homo justus et verus*, sed (minore mutatione) *homo justus ex more dedit operam*. Infra, 'epistolas ex more adservavit,' Miles. IV. 'Ex more calida lavacro præparata : turbat autem lacuna ea, quæ indubie quid deesse arguit, supplet hic *morum integer* : ille *morum haud spernendus*. Ego eos, si nil dixissent, putassem

ingeniosiores : cui bono commenta talia ubi sexcenta adferas ex æquo probabilia? *Pric.* Pro *morum* Edd. Scal. et Elm. *verus*. Scriv. dedit *morum veterum*. V. D. in marg. Junt. post. divinavit *morum antiquorum*, vel, *m. majorum*, quod posterius in mentem quoque venit Grutero Suspici. Ined. xxiii. c. 6. Alii aliud excogitarunt : quo magis apparet, quam lubricæ sint ejusmodi conjecturæ. Nihil omnino deesse arguunt Mss. et affirmare non dubito, cum Gronovio Obs. i. 24. Quare videamus de sensu. Et Gronov. quidem ita hunc locum vindicat, ut *mores* κατ' ἐξοχὴν dici velit pro bonis moribus, quam sententiam pluribus exemplis adstruit. cf. Id. ibid. c. 16. et add. Burm. ad Ovid. Trist. v. 5. 45. Arntzen. ad Pacat. Paneg. c. 33. Atqui *mores* per se non magis sunt boni quam mali : sed alterutram significationem habet ea vox, prout e contextu apparet. Nam si de Cicerone ex. gr. dicas, 'exitum habuit indignum vita et moribus suis,' ponuntur quidem *mores* pro bonis moribus, sed ita, ut satis e contextu appareat : nam contra si de Catilina, aut Lentulo dicas, 'exitum habuit dignum vita et moribus suis,' *mores* intelliguntur pessimi mores. Quando apud Valer. Max. ix. 1. extr. legimus : 'urbs opulenta erat moribus et legibus ornata,' nemo est qui non mores de bonis moribus intelligat, propter adjectum *ornata*. Equidem sane nondum incidi in locum, ubi *mores* absolute de bonis moribus usurpantur; nisi forte hic Trebellii Pollionis in Valerian. c. 1. 'emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis:' neque tamen hic locus tam apertus est, ut *hominem morum* de homine bene morato dicere potuisset Auctorem, affirmare ausim. Verum *mores*, alicujus ἦθος, ingenium, et, Græco nomine, usn nunc vulgato, *characterem* vocamus, (cf. Cel. Wyttenb. Bibl. Crit. vol. iii. p. 16.): mihi

itaque *homo morum* est, qui plane suo more vivit, opinatur, sine ullo rerum externarum aut alieni iudicii respectu (quo sensu nostrates dicunt *een man ven karakter*); quod quia haud raro ad nimiam sui opinionem, et pertinaciam circa aliorum iudicium ducit, hinc *mores* dici coeperunt de superbia, fastu, morositate (cf. Burm. ad Prop. i. 17. 15.): quoties vero in bonam partem vox accipitur, *mores* tribuuntur homini non levi, sed summæ constantiæ. Non inepte itaque Apuleius Rufinum κατ' ἀντίφασιν vocaverit *hominem justum et morum*, ut qui bona sua dilapidaverit et perdere maluerit, quam moribus suis, justitiæ idea penitus informati, vim inferre, possidendo, quod ex fraude acquisiverit. Tandem *homo morum* dicitur ut 'homo temporum' Curt. v. 3. ubi cf. Pitisc. 'homo legis' Tertull. adv. Marcion. iv. 'homo gloriæ,' de philosopho gloriæ captatore id. in Fragm. Apologet. et sim. alia cit. a Gronov. l. cit. cf. supra p. 452. a. J. B.

PAG. 524 *Male partum*] Fors quod in Milesiis lib. v. vocat, 'Æs de malo habitum.' *Pric.*

*Profundam gulam*] Vulgus hodiernum Venetum, *Gola sfondradona*. Miles. iv. 'Ventre profundo serviens.' viii. 'Insatiabilem, profundumque ventrem.' Pluscula ad hunc locum notaveram quæ missa facio, video enim a Casaub. congesta ad Sueton. Vitell. *Idem*.

*Totam domum contumeliis abnuit*] Fortasse an potius sit, *contumeliis obvolvitur*. Arnobius lib. v. 'Sed quid terrenis obvolvisse vos sordibus Deum loquimur matrem.' Colo. Si putarem eam esse sententiam quam li probant qui legi volunt *obvolvitur*, dicerem scribendum minore mutatione *obnubitur*: et esset autem dictum ut apud Ciceronem et Sallustium 'coopere facinoribus:' id enim est 'obnubere:' unde apud Solinum 'oculos nictatione obnubere.' Nunc puto senten-

tiam esse longe aliam. Scribo autem, *vetula et effata, nunc demum contumeliis abnuit*. Vult hominis non paupertatem sed egestatem indicare: qui et patrimonium suum totum abligurrierit: et cui uxor jam effata dealerit esse vectigalis. Sic enim ante dictum lecti sui contumeliam fuisse isti vectigalem. 'Abnere contumeliis' elegantissime dictum pro eo quod Plautus dicit 'exaruisse ex amoenis rebus.' *Contumelia*, ut apud Græcos ἔβρις, accipitur Latine non rarerent isto modo: et est ἀρχαῖος dictum, ut ante, 'curare rebus alienis.' Talem sententiam desiderari arguit vox *cæterum*: imo arguunt supra et infra scripta, si quis attente legat. Fuit cum placeret *alut* aut *abluat*: quod esset πλύνει Græcorum pro λουδοῦν aut ποιεῖν λουδοῦσθαι, significatione Hiphil Hebræorum: non placet id nunc mihi. Vocis totam prior pars originem habuit a sine vocis præcedentis, male geminata syllaba, ut sæpe. *Casaub.* Leg. *obruit*, id est, *obtegit*. Petron. 'Cæpi somnum obruto tunicula capite mentiri.' Ubi Douza *obnupto*: sic dicitur 'obruat malis,' fluctibus.' Eandem vocem in Arnobio sic alicubi correxi. Sic et 'Irruere se' active ponitur. Infra pro *asserens* legend. *afferens*. Acidalius. Colvinus legit divinando, *obvoluit*, f. *absolvit*. Brantius. Flor. *totam domum*, male. *Elmenh.* *Totam domum contumeliis abnuit* constans est Matorum lectio et Editionum ante Scallig. quam revocavit Scriv. quum reliqui dederint *nunc demum*. Sane quod alii, etiam Jac. de Rhoer Fer. Daventr. lib. 11. cap. 23. *totam domum contumeliis obruit*, vel simile quid legi voluere, id nequiquam placet, licet 'contumelia aliquem obruere' dixerit etiam Petron. c. 11. *Contumeliis* enim, i. e. stupris (vid. Gronov. Obs. 1. 24.) dudum domum impleverat illa, neque id magis faciebat, quum jam propemodum ve-

tula esset. *Contumeliis abnuit*, i. e. recusat contumelias sive stupra pati, et hoc sensus unice requirit. Totus enim locus versatur in summa Rufini miseria declaranda, cui jam, neque in uxoris adulteriis, neque in filiarum stupris, ullum rei familiaris adjumentum esset. Sed quid jam fiet de istis *totam domum*. Pro *domum* legendum esse *demum* facile credam; sed vix est ut e *nunc* librarius fecerit *totam*, nisi dicas ei *domum* legenti in mentem venisse superiora 'Domus ejus tota lenonia.' Prope ad scripturam *totam* accedit Floridi conjectura *jam demum*: propius fortasse hæc: *effata tota, jam demum c. abn.* J. B. Casauboni conjectura *abluat* Tonpico Cur. Noviss. p. 70. *Idem in Addend.* *Uxor propemodum vetula et effata, totam domum contumeliis abnuit; filia autem per adolescentulos ditiores invitamento Matris suæ nequiquam circumlata, &c.* Synesius Epist. III. Καὶ αὐτὴ πάλα μὲν ἐπαλλακτέονο ναυκλήρῳ δεσπότρῃ ἔπειτα μὲν τῇ Ῥήτορι, καὶ τοῦ τῷ δεσπότρῃ τρίτῳ μετ' ἑκείνουσιν ὁμοδοῦλῳ, καὶ ἄδελφῳ τῇ πόλει, καὶ πρόσθεν τῆς τέχνης, ἥς ἐπειδὴ τὴν ἐργασίαν ἀπὸ χαλαρᾶς ῥυτίδος κατέλυσε, τὰς ἐν ἡλικίᾳ παιδοποιεῖ, καὶ τοῖς ξένοις ἀντικαθίστησιν. Similem disciplinam Petronius in Philumene expressit: 'Multas hæreditates officio ætatis extorserat, tum anus et floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus, et per hanc successionem artem suam perseverabat extendere.' *Pric.* *Circumlata*. 'Circumferri' eodem venditandi sensu apud Senecam de benef. 1. 9. habes, libro 'de remed. fortuitorum': alibi 'in sella prostare' vocat: 'admissis inspectoribus undique perspicuam vehi.' *Idem.*

*Facilitatem Pontiani*] Infra: 'Quo facilis Pontiani facilitatem, &c. circumveniret.' *Idem.*

*Domi sedisset*] Terent. 'An sedere oportuit Domi virginem tam grandem?' Sic καθῆσθαι apud Græcos

δὲν τάδε ἀπαρτίζῃ. *Casus.* Sedere aliquoties de muliere conditionem expectante, aut meretrice, adhibetur. Petron. c. 136. 'etiamsi ancilla eum, nunquam tamen nisi in Equestribus sedeo.' Ἰσίδου quoque usurpat Herod. i. 199. de mulieribus Assyriis, in Veneris fano sedentibus, nec prius abeuntibus, quam peregrinorum quispian cum iis concubuerit. Festus: 'Prosedas meretrices Plantus' (Poen. i. 2. 54.) 'appellat, quod ante stabula sedeant, eadem et prostibula.' Hinc *sella* meretricia memoratur Juven. iii. 136. et *Sellariorum* nomen apud Tacit. Ann. vi. 1. J. B. *Vidua antequam nupta, domi sedisset.* Scaliger ad Arist. de Animal. v. 6. inepte dici ait: 'Virginem marito viduam.' Vidua enim (inquit) est quæ separata est a marito quicum juncta erat. Imo vidua est, etiam quæ necdum nupsit, ἡ μήπω γεγαμημένη. mitto qui præmanibus est Authoris locum, cape alium iv. Milesia: 'Psyche virgo vidua domi residents:' aut si Noster novator nimis, audi Senecam in Agamemnone: 'Ante te morantur Virgines viduæ domi.' Ibid. 'Vidua ante thalamos.' D. Hieronym. ad Eustoch. 'Videas plerasque viduas antequam nuptas.' Cyprian. 'Fartivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ.' Sic apud Græcos *Χηρία* et *viduitatem* et *celibatum* notat. Constant. Harmenop. lib. vi. Tit. De V. S. *Χήρα* ἐστὶ οὐ μόνον ἡ διαζευχθεῖσα, ἀλλὰ καὶ ἡ μὴ οὕτως ἄνδρα ἐσχηκίνα. Glossæ: 'Χήρασις, Viduitas, cælibatus. *Χηρία* ἄνδρος, cælibatus.' *Pric.* *Domi sedisset.* Idque cum dedecore. Phalaris Epist. xiv. 'Ἢ μὲν ἐπ' ἄνδρ' *χηρία* χρόνους προσλαμβάνουσα πλείους ἔρετην, ἡ δὲ ἐπὶ παυλὶ παρ' ἄνδρα μικρομύση παρθεσία διαβολὴν κτάνει· τῷσι γὰρ ἀνθρώποις αἰσχιστον δέδοκται, καὶ νῆ Δία ἐστὶ, παρὰ τοὺς τῆς φέσεως χρόνους θυγάτηρ οἰκουρούσα. *Idem.* *Domi sedisset.* Proprie dictum, *sedere* de virginibus, quæ conditionem non repe-

riunt. Terentius: 'An sedere oportuit Domi virginem tam grandem?' Germani elegantius sine ullo adjuncto hoc exprimunt sedendi verbo: quo diuturnitas præterea, et cupiditas, et mora significatur. Chrysostomus Homilia i. in Symbolo Apostolico: 'Sedere dicitur, Permanere. Nam dicimus Ille sedit tres annos in civitate, id est, mansit.' *Scip. Gent.*

*Nuptiarum titulum*] Nuptiarum nomen Petronius, ubi Bourdelotium vide. *Pric.*

*Honestissimo*] Ditissimo, ut lib. Lii. § 15. D. de fart. et apud Ascon. ni fallor, in Verrinas. *Idem.*

*Secura et intrepida*] Haud infidum prædicationis signum, cum sit virginum trepidare. D. Ambros. in Evang. Luc. cap. 2. Miles. v. Noster: 'Virginitati suæ metuens, pavet et horrescit.' Theocrit. ubi supra: *Θάρσει, κἄρα φίλα, τί μοι ἔτρεμες; ὅς μάλ' ἀειλά!* Claudian. 'Jam nuptæ trepidat sollicitus pudor.' Lucan. 'Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem.' Titinnius apud Festum: 'Accede ad sponsum audaciter, virgo nulla es.' *Idem.*

*Flore exoleto*] Heliodor. lib. iii. *Τὴν παρὶν ἤδη καὶ ἄθος ἔφηνε.* Philo Judæus: 'Ἀπομαρτυρίᾳς ὡς περ τινῶν ἔσθον τῆς ἀμύτης. *Idem.*

PAG. 525 *Vestabatur*] More *νεονυμφῶν*, et (ut videtur) peculiari Provincie Africanæ, illius enim potissimum apud Scriptores memoratum reperio. Optat. Milevit. lib. vi. 'Hoc nec mulieres patiuntur quæ carnaliter nubunt, ex quibus si alicui mutare maritum contigerit, non repetitur illa temporalis festivitas, non in altum tollitur,' &c. Marcian. Capella de Nupt. lib. ii. 'Cum sonitu introfertur lectica interatincta sideribus, cui ritu mystico crepitus præcinebant, qua mos fuerat nubentes Deas in cælestis thalami pervenire consortia.' Tertullian. ad Uxor. cap. 4. 'Non monilium pondera, non ves-

tium tædia, nec Gallicos vultus, nec Germanicos bajulos, quæ nuptiarum gloriam accendant.' Porro hodieque in Africa viget mos iste, deferiturque ante novam nuptam sanguinolentum indusium, utpote interfectæ signum virginittis: monuit me ex Leone et aliis Cl. Bourdelotius. *Idem*.

*Octophoro*] Epigramma ex Mss. ejusdem Bourdelotii: 'Porcius octophoro fertur resupinus ad ædem Junonis Triviæ, priscaque templa Deæ, Et circum Phæbi: merito stupet inscia turba, Atque ait, an horum victima Porcus erit?' plura de *Octophoro* Pythæus Advers. Subsic. Corras. Miscell. Jur. lib. III. cap. 20. Lipa. Elect. lib. I. cap. 19. Nugatur autem suaviter compiler Juris Lexici *Octophorum* pro vehiculo capiens octo rotas habente. *Idem*.

*Improba juvenum circumspectatrix*] Lucian. Ἐπιβάλλειν τοῖς νέοις τοὺς ὀφθαλμούς. Senec. Declam. VI. 'Puellari lenocinio oculos circumdare.' D. Hieron. 'Vultus meretricis circumferre.' D. Ambros. de Virg. lib. III. 'Ludere oculis, rotare cervicem.' Prudent. 'Vagari oculis.' Phædr. 'Oculis venaturam facere.' *Idem*.

*Quis non disciplinam matris agnovit?* &c.] Juvenalis Sat. XIV. 'Expectas ut non sit adultera Largæ Filia?' *Idem* VI. 'Scilicet expectas ut tradat mater honestos, Aut alios mores quam quos habet?' Ambros. ubi supra de Herodiade: 'Quid potuit filia de adultera matre discere nisi damnum pudoris?' *Idem*. *Disciplinam*. Cicero Verr. V. 'Meretriciam disciplinam.' Catullus: 'Uno in lectulo erudituli ambo.' *Idem*.

*Immedicatum os*] Est qui legat *medicatum os*. Medicari os, facies, dicitur, cum unguine, pane macerato, et id genus officiis in medicamenti cujusdam modum compositis oblinitur, interpolatur: cum, ut cum Propertio dicam, formæ artificem admittit. Ea mens Senecæ Epistola CXXIII. 'Tur-

pe est neminem esse in comitatu priorum, cujus sana facies medicamentum desideret.' Juvenalis: 'Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur Tot medicaminibus, coctæque siliginis of-fas Accipit, et madidæ, facies dicitur, an ulcus?' Tertullianus de virginibus velandis: 'Et faciem morosiorum lavacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolant.' Ælianus lib. XII. Var. Histor. Διαπεπλεγμένοι τε ἦσαν τὰς κόμῃς καὶ διαπεποικίμένοι τὰ πρόσωπα ἐν τρίφεσι καὶ φαρμάκοις. *Colv*. Male præeunt qui hæc mutant: non sequor: *immedicatum* est καταφαρμαχθέν, non, ut putant ἀφαρμακέντων. *Casaub*. Flor. *medicatum*, alii *immedicatum*. Vide Casauboni notas. *Elmenh*. Conjectura Lipsii firmatur Mss. Florent. Malim tamen credere, quod Lipsium et alios offendit, idem descriptori istarum membranarum scrupulum injecisse: nam Edd. Vett. cum ceteris Mss. constanter servant *immed*. et solet omnino Noster per epenthesein verbis addere in. Adi Ind. Non muto igitur vulgarem lectionem, quod factum in Edd. Altenb. et Bip. item in Elmenh. sed invito ipso Editore, qui correxit in Erratis. Ceterum Ed. Junt. post. et Mss. Pith. D'Orv. *immedicatum*. 'Infectam medicamine faciem' dixit Petron. c. 102. *J. B.* *Immedicatum os*. Tacit. de Tiberio: 'Ulcerosa facies, et plerumque medicaminibus interstincta.' Petron. 'Facies medicamine attrita.' Commodianus: 'Inductis malis medicamina ficta.' *Pric*. Quam in puella videret *immedicatum os*, &c. *Idem* doctissimus Patrum epistola ad Deme-triadem virginem VIII. c. 10. 'Fuge lasciviam puellarum, quæ ornant capita, crines a fronte demittunt, cunctem polliunt, utuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes, ut sub nomine virginali vendibilibus per-eant.' Juvenalis optime, quid sit im-

*medicatum* os, describit: 'Sed quæ metatis inducitur, atque foveitur Tot medicaminibus, coetwæque silliginis offas Accipit, et madidæ, facies dicitur, an 'ulcus?' *Immedicatum os*; id est, valde medicatum, ut 'incanamenta,' apud Virgilium; alia similia. *Scip. Gent.*

*Purpurissatus*] Meretricium, purpurisso genas inficere. Plantus Truculento: 'Quiaque adeo istas buccas tam belle purpurissatas habes.' Mostellaria: 'PRI. Tum tu igitur cedo purpurissum. SCA. Non do. Scita es tu quidem. Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.' Tertullianus de cultu feminarum: 'quæ cutem medicaminibus unguunt, genas rubore maculant.' Item: 'an cum cerussa, purpurisso et croco, et in illo ambitu capitis resurgatis?' *Cote. Ms. D'Orv. purpurisatus.* J. B.

*Illicet*] Gellius lib. III. cap. 5: 'oculos ludibundos, et illecebræ plenos:' lego in Nostro autem *illitos* h. e. unctos, *τροπαγεύους*. Miles. VIII. 'Prodeunt oculis graphice obunctis.' Arnob. 'oculos fuligine inumbrare' vocat. Hieronym. 'orbes stibio fuliginare.' Ovid. 'Tenui signare favilla:' opponit Varro 'palpebras calliblepharo naturali tinctas.' Favet lectioni nostræ quod præcessit, 'genas purpurissatas:' passim enim conjuncta videas hæc formæ adulteria. Tertullian. de hab. mulieb. 'medicamenta ex fuce quibus malæ colorantur, et ipsam nigrum pulverem quo oculorum exordia producantur.' Idem in de cult. fæmin. 'Genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.' D. Cyprian. de discipl. virg. 'Oculos circumducto nigrore fucare: genas mendacio ruboris inficere.' Paulinus Carm. 14. 'Non fucis male ficta cutem, neque lumina nigra Pulvere.' Lucian. *Δὲς κατηγορ. Φυκὼν ἐντραβομένην, καὶ τὰ ὀφθαλμὰ ὑπογγραφομένην*. Inventores lenocinii hujusce a Xenophonte Medos colligo;

obtinet etiam nunc apud mulieres Turcicas, Græcasque. *Pric.* Non male *illiti* oculi jungantur immedicato ori et purpurissatis genis: sed et *illicet* oculi recte tribuuntur puellæ, juvenes circumspectanti et oculorum nutu illicienti. J. B.

*Ad teruncium pridie sumpta*] Romani denariis, Græci drachmis computabant. Unde ad denarium solvere, vel ratio ad denarium. Hic *ad teruncium* puto significari usque ad unum numulum, id est, totam omnino dotem a Creditore sumptam esse. *Scip. Gent.*

*Præsumptione cassa devorarat*] Cicero Verr. III. 'Spe atque opinione prædam illam devorasset.' Salvian. IV. de Gubern. 'Prædam spe atque cupiditate devoraverat.' Boëth. I. de consol. 'Cujus opes Palatini canes jam spe atque opinione devorassent.' Prudent. *repl. oreph.* 'Spe devorat aurum.' *Pric.*

*Inficit scrupulum*] Miles. I. 'Mihi non parvam incussati sollicitudinem, &c. injecto non scrupulo, sed lancea.' Nil moveo, moneo tantum posse *spiculo* legi: 'tragulam inficere' certe passim apud Plantum legas: fulcrum validius autem ab hoc loco Tertulliani accedit: 'Non lucernæ spiculo lumine, sed totius Solis lancea.' Extat in Libro ejus de Pudicitia. *Idem.*

*Minatur se filiam abducturum*] Jure paterno nempe, cujus specimen hoc ex Ennio cape: 'Injuria abs te afficior indigna, Pater; Nam si improbam Cresphontem existimaveras, Cur me huic locabas nuptui? sin est probus, Cur talem invitum invitam cogis linquere?' Junge Afranium: 'Indignum facinus, adolescentes optumos, Bene convenientes, concordēs cum viro, Repente viduas facit spurcitiis Patris.' *Idem.*

*Illecebris offrenatum*] Miles. VI. 'Unius offulæ præda offrenatum,' Plautus Captiv. 'Usque offrenatum suis me ductarent dolis.' *Idem.*



*De via deflectit*] Glossæ Ms. Cl. Puteani: 'Deflectit, deviat:' heic autem *deflectere*, est *seducere*, eis τὸ κατ' ἑλὼν ἀποστῆναι, καὶ ἐξάγειν. ut in Philox. Gloss. *Idem*.

*Ultra*] Lege *ultra*, h. e. amplius. V. Livinell' Not. ad vet. Panegyricos. *Idem*. Ad Plin. Paneg. vi. extr. sed. v. ibi Aruntzen. *J. B.*

PAG. 526 *Iram quoque accessisse, non mediocriter pertinaciter adjumentum*] Cicero ad Attic. i. r. Epist. 9. 'Incredibile est quanto mihi videatur illius voluntas obstinator, et in hac iracundia obfirmatior.' *Pric.*

*Exacerbatus*] Gloss. 'Ἐκκεχόμεμαι, Exacerbatus sum.' 'Ἐκκαλούμαι, Exacerbor.' Emdem, 'Παρατινάζω, Exacerbo, ad iram provocho.' Gloss. Vindocin. Ms. 'Exasperare, exacerbare.' *Idem*.

*Aquariolus*] Leno ipse, et conciliator, famulus. Festus: 'Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi adseclæ.' Tertullianus Apologet. cap. 43. 'Primi erunt lenones, perductores, aquarioli.' Hujus nominis quæ origo, intelligi optime potest ex eruditissimi Lipsii Antiqu. Lect. lib. i. cap. 12. Cole. Vid. inttp. ad Tertull. l. c. Elmenh. in Ind. et Casaub. ad Lampridii Commod. c. 2. 'aquam gessit ut lenonum minister.' *J. B. Aquariolus*. Gloss. Ms. Joan. Bourdelotii, 'Ovariolus,' (leg. *aquariolus*) 'puer lenonis.' Gloss. Philox. 'Bacario, παραβόδικος.' Lamprid. Commod. 'Gessit aquam ut lenonum minister.' Ubi v. Casaub. et Salmas. ad Vopisc. *Pric.*

*Digna cubiculo suo diceret*] Vitata delitescit hæc loquendi forma Libro de Philosophia: 'Dum vitam colit, digna Diis discere:' scribe *dicere*, quod indubie verum esse, patet ex discrimine τοῦ ἀγεῖν quod sequitur statim, tum quod dicta hæc *Diis digna* non alia videntur quam καλὰ λόγῳ, de quibus supra heic Plato e Zamolxi. *Idem*.

*Mortem allaturum*] 'Mortem afferre' male Latinum esse crediderunt cum Casaubono seqq. præter Gent. et propterea edidit *illaturum*: contra Mas. et sine causa. 'Afferre mortem' vel Cic. dixit Verr. v. 45. et similia alibi, 'afferre vim,' 'manus,' &c. pro, *inferre*. cf. Bosli Ind. Nepot. et Ond. ad Met. iv. p. 225. b. *J. B. Se mihi sua manu mortem illaturum*. Livius Andron. apud Macrob. Sat. vi. 'Nunquam hodie effugias quin mea manu moriari.' Cicero Catil. i. 'Q. Servilius Halm Span. Mellum novis rebus studentem, sua manu occidit.' *Idem* pro Cælio: 'Qui Consulē incipientem furare atque conantem, sua se manu interfectorum, &c. dixerit.' Miles. x. 'Mortem mihi mea volens manu conciscere.' *Pric.*

*Consultas*] Scribo cum *saltas*: et sic etiam Lipsius. Indicat Ruffinum, pro mollitia sua, fabulas etiam histrionis in morem saltare solitum. Cole. Ingeniose Lipsius ita emendavit priorem lectionem *consultas*. Tu, inquit Appaleius, tam ignavus es, ut cum Philomelam, aut Medeam, aut Clytemnestram saltas, gladium non habeas, quem histriones cum argumentum postulat solent gestare. Hunc gladium non recte *Idem* ille vir eruditissimus cum baculo tragædorum confundit. Baculum illi semper habuerunt præ manibus, quæcumque fabulam saltarent: gladium non nisi cum cædes erat in argumento. Ac videntur fuisse hi gladii histrionici parvi ad latus vel clunæ dependentes, ne gestus agentibus essent impedimento. Propterea legi mox fortasse debet, *tanta formido ferri est, sine clunacle saltas, non cludine*. *Climachus* A. Gellius inter species gladiatorum refert: et Festus docet gladium ad clunæ appendi esse solitum: quales fere laniorum sunt et coquoarum. Propius accedere ad vulgatam lectionem in ea emendanda non quivi.

Qui sine *Iudione* corrigunt, et Halicarnassensis Dionysii locum afferunt, ii mihi videntur, ut ingenue loquar, levissime in cognitione antiquitatis fuisse versati. Casaub. Vulgati in epte, *consultas*. Eimenh. Ms. Pith. cum Edd. ante Casaub. *consultas*. J. B.

*Sine cludine*] Hanc vocem, incorrupta modo sit, Lipsius significare vult baculum e ferro, qui histriombus, et praesertim saltatoribus, olim in manu gestatus: de quo ex aliis etiam scriptoribus notati illi loci Elect. lib. 1. Divinavi legendum, *sine Iudione*. Tu, inquit, adeo ferrum formidas, ut quamvis Philomelam, Medeam, Clytemnestram saltes; tamen Iudionem nullum adhibeas, quia ei gladiolus e ferro in manu. Nam tales Iudiones. Quos Dionysius Halicarnassensis ita describit: *Μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς πομπῶν, τὰς τε ἐν ἡποδρόμῳ, καὶ τὰς ἐν τοῖς θεάτροις γινόμενων, ἐν ἀπόσει γὰρ αὐταῖς προσήβει κοῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυμένους ἀκραιεῖς, κρήνη τε καὶ βέφα καὶ πέρμας ἔχοντες, στοιχίδων πορεύοντες, καὶ εἰσιν οἱ τοὶ τῆς πομπῆς ἡγούμενοι. καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδίας τῆς ἐνὲ Λυδίων ἔξουρησθαι δοκῶσιν, λυθίζοντες εἰσόντες, ὅς ἐσσι θεοὶ, σάλλον.* Hanc sententiam nostram de hoc loco suspensa admodum manu proferimus. Colv. Ita vulgati. Nec desunt viri docti qui hanc lectionem speciose defendunt. Alii vero scribendum consent *clunaculo*. In antiquis exemplaribus, *sine cladio*, hoc est, gladio. Non discedo a vulgatis. Gladio autem accinctos saltasse fabulas, in quibus emdes, praeter allos docet Tatianus adversus Graecos. Wower. Ita Flor. Rom. Aldus et Baptista Pins in Annot. poster. c. 197. alii, *sine clunaculo saltas* legunt. Vide Lipsii Electa, et Notas Casauboni. Eimenh. Multa, sed vana et aliena. Bapt. Pins Annot. poster. cap. 197. Casaub. *clunaculo* legebat, Colvius Iudi-

one: fere nemo ex interpretibus non hebe aliquid commentus est: τὸ *cludine* (quod ut vulgaria, sic vera lectio) retinendum Lipsius monuit, Libro Elect. 1. cap. 28. explanavit autem Marcell. ad Pers. Sat. v. p. 122. *Pric. Clunaculo* editum in Edd. Vulc. sec. tert. Sed Mss. *cludine*, in quo acquiescendum. J. B.

PAG. 527 *Famosiss. litt.*] Mss. Florent. *formas*. 'Famosa littera' h. l. sunt, de quibus quas multa locuti sunt acensatores, quas tantopere urgent. Alio sensu 'famosissimas litteras' dixit Spart. in Hadr. c. 15. L. e. contumelias et odii plenas; et 'famosum libellum' eodem sensu Amm. Marc. xx. 4. cum aliis. *Idem*.

*Dementire*] Ven. Rom. *dementare*: supra ad Apol. 1. Colv. V. Colv. supra ad p. 480. *Dementare* cum Edd. Rom. Vic. dederunt Casaub. et Scriv. et est in Ms. Pith. In reliquis *dementire*. cf. Havercamp. ad Tertull. Apol. c. 23. J. B.

*E tabulario publico*] Absurde vulgo: *tabulario Pontiani praesente, et contra scribente* Em. lectio, quam edimus, apertissima est. *Contrascribere* dixit ut Graeci *ἀντιγράφειν*. notum quid sit *ἀντιγραφὴς* apud oratores Atticos. Casaub. Flor. et Aldus T. Pontiani, male, *Eimenh.* Antiquam lectionem, quam Matorum auctoritate firmatur, solus Scipio Gentilis retinuit. Non nemo in marg. conjecit *tabulario Pontiani*, minori sane mutatione, nec omnino male. Domestici servi erant 'tabellarii.' Cic. ad Div. ii. 7. 'paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios.' et Trimalcionis tabellarius memoratur Petron. c. 19. Talis igitur 'tabellarius Pontiani' testis fortasse adfuerat, qui manum Pudentillae, cujus complures epistolas viderat et vel ipse pertulerat, testimonio suo agnosceret, et simul cum Æmiliano et aliis testibus ('testato descripsimus' ait App.) invigilaret, ne quid falsi in describendis litteris

admitteretur. Sed multo melius congruit emendatio Casauboni, in qua adquiescendum videtur. J. B.

*Centra scribente*] Non habeat locum *conscribente*, quod Ursino placuit: *Contrascrubere* est quod Græcis ἀντιγράφω, h. e. γράφω τὸ ἑσόν. Sic *contralegere* dicebantur qui Manuscriptos Codices corrigentibus adstabant, eademque ex aliis Exemplaribus prælegebant. Nota vetus in Cod. Parmensi Marciani Capellæ: 'Fælix Rhetor emendabam, contralegente Deuterio scolastico meo,' &c. integram in Februis adfert Grotius præstantissimus. *Pric.* Infra: 'At tu, Æmiliane, recognosce, an et hæc mecum testata descripseris.' J. B.

*Excusabunda se*] Pith. *excusabundus se*. Ceterum *se*, fortasse et τὸ ἑλπίο, jungendum τῷ *excusabunda*, non seqq. *causari maluisse*. Vid. Oud. ad Met. II. p. 95. b. et ad I. IV. p. 275. b. *Idem*.

*Quod ei animo*] Leg. *omnino*. *Animo* locum non habet. Neque semel in hac voce peccatum simili modo: quod et monstrarunt jam ante nos alii pluribus exemplis. *Acidal.* *Acidalius* legit, *quod si omnino etiam*. Non probō: est enim *animo*, id est, non simulate, aut fiste verbis, sed animi iudicio. *Scip. Gent. in Append.* Locutio iis inconspicua, qui *omnino* legebant. Ennius: 'Quid ego hæc animo lamentor?' *Pric.* Diserte *Acidalii* conjecturam ostendit Ms. D'Orv. sed inverso ordine *etiam omnino*. *Exquisitor* ceterorum Mss. et Edd. O. lectio: quam adhuc servo. *Animo* et *omnino* confusa quoque sunt L. de Deo Socr. p. 679. Ed. Flor. et alibi sæpe, propter scribentium compendia, cf. Jaeger. ad Mamert. grat. act. cap. 26. *Animo*, i. e. sincere, pro quo unitatius, *ex animo*. J. Bos.

PAG. 528 *Quod in iudicio subscrib.*] Sensus est: Si revera magnus sum, cur alienis verbis, non meis factis me hic in iudicio revincis? Accusatio

enim, publice in iudicio facta, per *subscriptionem*, majoris est ponderis, quam quæ sit per litteras, privatim datas. *Idem*.

*Sed inquieti animi fuit*] 'Αὐτοῦτος, quam subequitur ἀνέπιστος, 'concedo interim.' *Pric.*

*Id foris scripsit*] Scribendum forte, *id foris scripsit*. Fors, id est, forsitan. *Colv.* Nisi aliud latet, censeam scribendum *foras* Casaub. *Foras* scr. V. C. *Sciopp. in Symb.* Non habet cui opponatur seqq. *palam*: ne tum quidem, si pro *foris*, *foris* legatur; quomodo alii loco se egregie consulere arbitrati sunt. Legendum arbitror s. *id forte suis scr. quod palam mihi erat obf.* Si *forte* id scripsit, inquit. Nam id volebant adversarii, quod tamen ex ipsis litteris non efficiebatur. Partem enim earum quamdam excerptam, qua causam suam serviebant, recitaverant. Partem supra et infra scriptam occultaverant; ut multis verbis ea de re paulo post agitur. *Acidal.* *Foris*, i. e. aliis, ut in Antithesi Terentiana: 'Flagitium est te aliis consilium dare, *Foris* sapere, tibi non posse auxiliari.' At ego *foris* fero, quod in quibusd. est. *Pric.* Præfero *foras* cum Edd. Junt. post. Wow. Flor. et Mss. *Scribere foras* dictum ut 'afferri foras' apud Terent. Phorm. v. 7. 65. 'Vides peccatum tuum esse elatum foras: ibique cit. Cic. Phil. x. 3. Non prorsus damnum tamen *foris*, exhibitum in Edd. vett. Colv. Cas. Gent. *Pric.* nam *foris* et *foras* aliquoties promiscue usurpantur. Sic, quod Met. lib. i. p. 67. dicitur 'foris prospicere,' id de Dogm. Plat. II. p. 602. Ed. Flor. est 'foras spectare.' Sed sequendi Mss. Ceterum in *foras* et *palam*, i. e. quum in publicum elatum fuerit, nulla querenda antithesis. Edd. Vulc. secert. cum Elm. Scriv. *foras* e conject. Lipsii in marg. exhibent: non male quod ad sensum, ut paulo ante 'si hoc forte qui amat scripserit.' *Acid-*

dalii. emendatio nimis abijt a Mss. J. B.

PAG. 529 Quod ibidem] Explicat Florid. 'quia eodem tempore.' Recte: licet exemplum frustra quæsi-  
rim. Sed ibi interdum notat tum, et  
adverbia loci aliquoties pro adverbis  
temporis usurpantur. Itaque non  
bene, opinor, ex conj. Vulcanii, Scal.  
dedit quod. idem, et inde Wow. Elm.  
Scriv. Idem.

*Diverticulum rei*] Vel est ille locus  
epistolæ, ubi se in duas partes divi-  
dit, metaphora sumpta a via. Prima  
pars epistolæ lecta fuerat: supererat  
altera, 'quæ similiter,' &c. Obscu-  
rum est, an hoc voluerit Florid. in-  
terpretans 'discrimen rei.' Vel est  
locus, ubi latet frans, metaphora  
ducta a semita, quæ devertit nos  
seorsum a via, nude et *diverticulum*  
pro latebris ponitur. v. Drakenb. ad  
Liv. 1. 51. Si verior prior explicatio,  
legendum cum Edd. *diverticulum*;  
sin, ut ego credo, altera verior, cum  
Mss. Pith. et D'Orv. rescribendum  
*diverticulum*: siquidem vera est dif-  
ferentia verborum *divertire* et *dever-  
tere*, quam constituit Drakenb. ad  
Liv. XLIV. 42. vid. et Burman. Anthol.  
Lat. lib. v. Ep. 14. Barthius  
ad Rutil. 11. 61. et cf. ad h. l. Scip.  
Gent. Idem. Nam ad *diverticulum rei*  
ventum est. Terentius in Eunuch:  
'ubi ad ipsum veni diverticulum,  
constitui.' Id est, ad ipsam quasi se-  
mitam frandum Rufini, ut mox expo-  
nit. Cicero pro Roscio Com. 'Aliud  
frandis, et insidiarum in eodem vesti-  
gio diverticulum est.' Scip. Gent.

*In memet ipsum vertit cornu.*] Plan-  
tus Pseudolo: 'Nimisquæ ego illum  
hominem metuo et formido male, Ne  
malus item erga me sit, ut erga illum  
fuit. Ne in re secunda nunc mihi  
obvertat cornua; Si occasionem capi-  
sit, qui siet malus.' Colo. Hæc male  
induxit Vulcanius. Plautus Pseudolo  
actu IV. scena 3. 'metuo Ne in re  
secunda nunc mihi obvertat cornua.'

Elmenh. Non Valc: sed Scal. in ejus  
Ed. sec. seu potius Typotheta omisit  
hæc. Ms. Pith. *me ipsum*. Wow. Elm.  
Scriv. cum Edd. Altenb. Bip. hæc  
verba collocant post *ta crimen magis*:  
minus bene. Opponuntur sibi *pro*  
*me scripta*, et, *in memet ipsum vertit*  
*cornua*, tum dein ad *expellendum cri-*  
*men mag. dimissa*, et, *vicem mutavit et*  
*ult. contrar.* &c. J. B. Superest ea  
*pars epistola, quæ similiter pro me scrip-*  
*ta, in memetipsum vertit cornua*. Id  
est, me oppugnat. Plautus Pseudo-  
lo: 'Ne in re secunda nunc mihi ob-  
vertat cornua, si occasionem capsit,  
qui fiet malus.' Horatius: 'namque  
in malos asperissimas Parata collo cor-  
nua.' Translatio, ut adparet, a tauris  
iratis et petulantibus: unde et pro-  
verbium, 'Pænum in cornu gerit:'  
de quo elegantissima est narratiuncula  
Plutarchi in Quæstionibus Ro-  
manis: Δὲ καὶ Μάρκου Κράσσου οἱ  
'Ρωμαῖοι χόρτον ἔχειν ἔφασαν. ἐφυλάτ-  
τοντο γὰρ αὐτὸν οἱ τοὺς ἄλλους ἐν τῇ  
πολιτείᾳ σπαράττοντες, ὡς ἀμυντικὸν καὶ  
δυσπεριχειρήτων. οὐ μὲν ἄλλ' ὅσπερ  
ἐλέγχθη πάλιν ὅτι Κράσσον Καῖσαρ ἀφη-  
ρήκει τὸν χόρτον. ἀντίσθη γὰρ αὐτὸς ἐν  
τῇ πολιτείᾳ καὶ καταφρόνησε. Quæ eo  
libentius recitavi, quod lucem ali-  
quam maximo historico adferant, qui  
statim initio Annualium ita scribit:  
'Et Pompeli Crassique potentia cito  
in Cæsarem:' ut in notis ad eum di-  
cebamus. Scip. Gent. Quæ similiter  
*pro me scripta in memet ipsum vertit*  
*cornua*. Infra: 'Quæ defensio fuerat,  
eadem manentibus liadem literis in  
accusationem transverteretur.' Ite-  
rum: 'Quæ purgandi mei gratia  
scripta erant, eadem mihi immanem  
invidiam apud imperitos concivere.'  
Pric. Vertit cornua. Ita Plaut. Pseud.  
Græci ἐν αὐτῇ ποιῶσθαι. Idem.

*Vicem mutavit*] Sic primus edidit  
Scal. in Vulc. Ed. sec. ex emendat.  
Lipsii in marg. quem sequor auctori-  
tate. Mss. Florent. si. qua fides. ex-  
cerptus. Ms. Pith. cum Edd. ante

Valc. sec. vice mut. D'Orv. *vile* et pro *mutavit* simpliciter *mut.* In τῇ *vicem* litera finalis absorpta fuit initiali seq. verbi. *Vicem mutavit* bene explicat Florid. 'sortita est diversum munus;' nempe diversum ab eo quod voluerat Pudentilla, quæ *sine dolo* (hoc enim, credo, valet *sedulo* ut Plaut. Capt. iv. 2. 106. 'mibi nil credis quod ego dico *sedulo*') eam dimiserat. Casaub. et Pric. dedere *vocem mutavit*: quasi epistolam loquentem faciat Auctor. J. B.

PAG. 580 *Multa fando, &c.*] Ex illis Cicer. iv. Philipp. 'Multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omnium sæculorum memoria tale cognovi.' Pric.

*Plura legendo didicisti, et non pauca experiundo comperiisti*] Florid. iv. 'Quam equidem non didici modo, verum etiam experiundo comprobavi.' *Idem.*

*Palamedes*] Quem ego nullo jure inter impositores recensitum puto, cum ex Philostrate Heroic. aliisque constet injuste eum morti datum. Noster Miles. x. ipse, 'inter inclytos Achivorum Duceis falsis simulationibus, eruditione doctrinaque præpollens Palamedes damnatur.' Inde inter *καυοίργους* positus ab Imperita multitudine, ex cujus sensu certissime heic Appuleius loquitur. *Idem.*

*Strophus*] V. Schol. Aristoph. Acharn. *Idem.*

*Eurybates aut Phrynonidas*] Ita scribendum fuit, non ut vulgo, *Phirionidas*. Sed etiam lege *Eurybatus*. Plato Protagora: ἡ σφῆρα ἐν τοῖς τοῖσιν ἀνθρώποις γινόμενος, ὅσπερ οἱ ἐν ἀκόνῳ τῷ χάρῳ μισθώσονται ἀγανήσαντες ἢ ἐν ἐντόχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνόδῳ, καὶ ἀναλεφῆσαι ἢ ποθεῖν τὴν τὸν ἀνθρώπου ποσὴν. Hi duo, humani generis pestes, proverbio veteribus fuerunt, cum improbissimum mortaliū quemque, scelestissimum, dolosissimumque designare vellent. Et sic accipiendus Platonis locus. Ra-

demus: ἅλλ' ὁμαι ὅτι Φρυνόδους ὅτι ἄλλος πάποτε τῶν πάλαι ποσῶν τοῖσιν μέγας καὶ γῆρας. Aristophanes Amphiarco: Ὁ μισρὲ καὶ φρήνοδα καὶ ποσὴν σφ. Ad Suidæ Collectaneæ. Colo. *Eurybates* non mutandum in *Eurybatus*: nam utroque modo hoc nomen offerri, monet Enstath. ad Hom. Il. A. vs. 330. ubi est *Εὐρυβάτης*. *Eurybates* scribitur apud Ovid. Her. Ep. 3. vs. 9. et Hygin. fab. 97. Contra idem hic, famosissimus frandilius suis, *Εὐρυβάτες* dicitur Luciano, Æschini et Aristænet. lib. 1. Ep. 20. vid. Pius in Theos. Crit. t. 1. p. 573. J. B. *Eurybates*. Harpocration. Aristænet. 1. 20. Enstath. ad Odys. T. Pric. *Phrynonidas*. Ἀθηναῖος περιβόητος ἐστὶ ποσὴν σφῆρα ἦν ἦσαν Εὐρυβάτων. ita Harpocrat. Hesychius: *Φρυνόδας, ποσὴν σφῆρα*. Diogenianus Cent. viii. Num. 29. Τὸ Φρυγίχον πάλαισμα scribend. puto *Φρυνόδου*. *Idem.*

*Macci prorsus et buccones*] Scribo, *macci et buccones*. Convicia sat nota, vel ex solis fabulis, quas plures utroque illo nomine inscripsit vetus poëta Pomponius, Afranius, Nonius; etiam Plautum memini nti: sed quia is ad manum non est, versus nequeo adscribere. Iteratum ab Appulelo conviciū repono infra hac eadem oratione: 'quid illi existiment nacti non putabo,' possit legi, *nanci non putabo*: mibi tamen plus arrisit, *quid illi existiment macci, non putabo*. Stewech. Sic ante nos bene Lipsius Epistolic. Quæst. lib. ii. cap. 22. Diomedes Grammat. lib. iii. 'Latina Atellana a Græca Satyrica differt; quod in Satyrica fere Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ similes Satyris, Antolycus, Burris. In Atellana obscenæ personæ: ut Maccus.' Quæ studiosorum causæ adscripsi, conferenda cum illa quæ ad hunc etiam locum notat maximus ille litteratorum. Μακκῶν Græci dicant, τὰ ἀνέγχα ποιεῖν. de quo Suidas: eo- que usus Lucianus Lexiphane. Colo.

Sic Lips. Epist. Quæst. lib. II. ep. 22. Rom. Flor. et Ald. *Macchi*, male. *Elmenh.* Legebat Cælius Rhodiginus *Macchia*. Lection. antiqu. l. XI. c. 7. Doctissimus Cressolus *Mattici* scribendam censuit. 'Matticos' (qui et orici dicti) vocat 'ricu grandi et patienti ore homines.' Esto, quid intorim hoc ad mentem Appuleii? memorat is dolo nobiles, veteratores famosos: poscit sententia itaque ut his *fatuus* opponat; quod etiam fecit sane, voce non inconsona usus, et quam qui probe intellexerit intactam mittet. Helladius apud Photium Cod. 279. τὸ μακκοῦν ἀρχαῖος ἐστὶ τὸ μὴ κωῦν, ὃ ἐστὶ τοῦ κωῦ. V. Hesych. verbo *Μακκοῦν*. Schol. Aristoph. Equit. Jul. Pollucem XXII. *Prie. Macci* leg. et *Buccones*. Maccus et Bucco personæ sordidæ, fatuæ, stultæ, poetis Athelaneis. Sic Pomponius Bucconem adoptatum et auctoratam, Novius Maccum exsulem, Pomponius Maccum et Maceos geminos inscripsit. *Vir Doct. in Marg. Ed. Basil. Mss.* et Edd. ante Colv. *macchi* vel *macchi*: nisi quod D'Orv. *marcki*, addito *miki*; unde possit in mentem venire *margi* a Gr. *μαργος*. Sed unice verum *macci*: de qua voce vid. etiam Voss. Etym. in v. et cf. Scip. Gent. in comm. Eandem vocem in nammo contorniato invenisse sibi visus est V. D. in Oba. Misc. vol. VII. p. 136. *Maccus* in ludis videtur convenire ei personæ, quam alias *Sannionem*, Itali *Pullicinellam* vocant. Vid. Oba. Misc. l. c. et Gorii Inscr. Etrusc. t. II. p. 177. J. B.

*Buccones*] Glossarium: 'Buccones, Παππορροί, Βουκκίλοι.' Isidorus Orig. X. 'Bucco, garrulus: quod ceteros oris loquacitate, non sensu exasperet.' Plantas: 'stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.' Cole. *Buccones*. Gloss. Isid. 'Bucco, rusticus, stultus.' Idem Hesych. *Βέκος, ἀνέηρος. Prie. Macci prorsus, et buccones*. Id est, fatui, stulti. Fuit autem titulus

veteris ejusdam comœdiæ *Macci*. Buccones autem, a buccis fluentibus puto dictos, quod signum stultitiæ. Itali, *Buffoni*, scurras appellant. Mar. Anton. Sabellicus, Maceones dici putat ab anu Macco delira: unde *μακκοῦν*, pro 'desipit,' 'delirat,' Aristophanes et Lucianus dixere. Diomedes etiam Grammaticus Maccum pro fatuo poni docet lib. III. ubi ait, in Atellanis fabulis Maccos inveni: et Photius in Bibliotheca ex Helladii Bisantini Chrestomathia, refert, *ἐστὶ τὸ μακκοῦν, ἀρχαῖος ἐστὶ τὸ μὴ κωῦν, ὃ τὸ μὴ κωῦν, ὅτι τὸ τοῦ κωῦ ἐστὶν ὄψλον*. Ubi vides et significationem verbi, et originationem vetustissimam. *Scip. Gent.*

*Roberts*] Emendandus Festus: 'Robar quoque in carcere dicitur is locus, quo precipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robustis includebatur.' Val. Max. lib. VI. 'Quia etiam familiares eorum, ne quis Rom. populi inimicis amicus esse vellet, de robore precipitati sunt.' Is 'Robustus Codex' Plauto, Pænulo: 'Lachanum vos, quos ego jam detrudam ad molas, Inde porro ad puteum, atque ad robustum Codicem.' Et 'Robustus carcer.' Curculione: 'Delicatum te, hodie faciam, cum catello ut accubas. Ferreo ego dico. CA. At ego vos ambo in robusto carcere Ut pereatis.' Cole.

PAG. 531 Καὶ ἐρῶ; καὶ ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ ἔως ἐνι σφραγίδι] Vulgati codices, καὶ ἔρως ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ, ἐνι σφραγίδι. scripsimus, καὶ ἐρῶ. Ubi enim amoris erit aperta confessio in his verbis, ni ita legas? ἔως ante ἐνι exsequentibus locis restituiamus. Sensus est, Vos Magum dicitis Apuleium, et me ab eo Magicis cantaminibus in amorem illectam: ita est: amo illum; et conjungi cum eo volo, dum adhuc sum meus sponsus. Elegantius scripseris Nal ἐρῶ. fortasse etiam ἐλθέτω, non ἐλθέτω, legendum. Suadere videntur ista aliquanto post: 'Pudentillam quæ scripserat dissimulamenti et

deridiculi causa, *ἐλθέτω ἕως ἐτι σωφρονῶ*, post hæc literas evocasse ad se filios et nurum.' Nam si ego illum locum recte capio, legendum ibi *ἐλθετω*. quod si eo loco, etiam in aliis omnibus ubicunque ista periodus extat. Scribemus ergo: *Ναὶ ἐρῶ. καὶ ἔλθετε πρὸς ἐμὲ, ἕως ἐτι σωφρονῶ*. multo commodiorem sensu. *Casaub.* Schickerdus *καὶ ἔπος ἦλθε τοῖς νῦν πρὸς ἐμὲ*. Vide *Casaubonum. Elmenh. val. ἐρῶ. "Ελθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἐτι σωφρονῶ*. Sic Græca hæc edenda putavi ex correctione *Casauboni*, cum *Florido*. In *Ms.* quorum varias lectiones consulere potui, exstare non videntur, uti nec in *Edd.* multis vett. In ceteris ante *Casaub.* legebatur: *καὶ ἔπος ἐλθέτω νῦν*, &c. Alteram *Casauboni* correctionem *καὶ ἐρῶ, καὶ ἐλθέτω*, &c. et ipse admisit, et *Gent.* *Wow.* *Elm.* *Pric.* *Seriv.* *καὶ* certe locum hic habere non videtur. Nam *Ἀτυλῆτος μάγος, καὶ ἐγὼ δὲ αὐτοῦ μαμαγνεύμαι*, dicuntur ex persona *Pontiani* et *Rufini*: sed *ἐρῶ* ex persona ipsius *Pudentillæ*, nam ea respexit in fine *Epist.* p. 533. *ἔτι δὲ ἐρῶ, αἰτία ἡ ἐκκαρμένη ἔφω*. Minus bene itaque copulativa particula *καὶ*, quam affirmativa *ναὶ*. Non legendum quoque esse *ἐλθέτω*, scil. *Appul.* bene ostendit *Florid.* ad p. 538. '*Pudentillam*, quæ scripserat dissimulamenti causa et deridiculi *ἔλθετε ἕως ἐτι σωφρονῶ*, post hæc literas evocasse ad se filios et nurum.' Recte itaque *ἔλθετε*, filii ambo, et nurus: alioqui mallet *ἐλθε τοῖς νῦν*. Ceterum *ἕως* hic, non infra, male delet *Bas. sec.* et inde *Colv.* et *Elm.* Typothetæ error *ἤν* pro *νῦν* et *Vulc. Ed. sec.* in tert. et *Wowerii* propagatus est. *J. B.*

*Quæ Græce interposuit*] *Rufini* ergo aliquæ partes fuerant, in causa dicenda? Non puto: itaque lego, *quæ Græce interposui*. *Casaub.* Hæc verba temere e *Glossa* interposita iudico. Superioribus seculis cum Græce parum aut nihil vel intelligere vel

etiam legere possent, fuit forte, qui ad oram sui libri notavit, de illis verbis *Apuleium* loqui, quæ Græce interposuisset. Fuit deinde mox alius, qui notatiunculam illam in ipsum Auctoris textum transtulit, unde nunc demum me indice vicissim ejiciatur. Alias eam solam *Epistolæ* partem Græcam fuisse efficeretur; quod sæcus. Nam et alia multa indidem legimus postea, imo Græce totam scriptam certum est, et parèt infra aliquot paginis. *Acidal.* Hæc verba omnia e *glossa* irreperisse *Acidalius* putat, me adprobaste: quid enim de illis verbis admonere fuit, quum tota epistola *Pudentillæ* Græce perscripta esset? *Sc. Gent. in Append.* Lectio corrupta. Tu hoc modo invertes *H. i. v. quæ Græce interposui, Rufinus sola excerpta*: sed nec sic locum penitus restitutum puto. Credo *Apuleium* scripserisse *Hæc ipsa verba Rufinus sola excerpta*, &c. et quæ in medio vides *Glossematum* esse. *Pric. Edd.* post *Casaub.* q. *Gr. interposui*: quam lectionem suspectam mihi facit et veterum librorum auctoritas, et ipsa istorum verborum collocatio post *τὸ Rufinus*: quare accedo ad *Acidalii* sententiam. *J. B.*

*Turbabat*] *Οὐδενίως*, sic sæpe. *Tacitus*: et ita Græci ponunt *ταρδίστην* suum. *Pric.*

*In medio foro bacchabundus*] *Lucian.*

*Ἐκράμαξε διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης.* *Julianus*: *Παραφρονήσας, ὥσπερ οἱ θεόληπτοι, δημοσίᾳ βοῇ ἤρξατο κατὰ τὴν ἀγορὰν.* *Nicet. in Andron. Comoseno*: *Διὰ τῆς Λεωφόρου μέσης, καὶ τῆς ἀγορᾶς διάν, καὶ πᾶσι διαπρσίσις φθεργόμενος.* *Minuc. Octav.* 'Hi sunt et furentes quos in publicam videtis excurrere, &c. sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur,' &c. *Miles. viii.* *Noster*: 'Amens et vecordia percita, cursuque bacchata furibundo, per plateas populosas, &c. fertur.' Infra heic: 'Totum forum tumultu complessent.' *Idem.*

*Proquiribat*] Facile crediderim scripsisse Apuleium *porro quiris*. 'Quirare' juxta Varronem l. v. de L. L. dicitur ia, qui Quiritium fidem clamans implorat. Exclamabant autem plerumque hac voce. Laber. mim. 'Porro Quirites, libertatem pardi-mus:' ut citatum a Macrobio. Priapei auctor incertus: 'Porro (nam quis erit modus?) Quirites, Ant praecidite,' &c. Etiam Noster supra aliquoties: ejus loca parcemus adducere, quoniam ea aliis notata quædam, quæ non lubet vel leviter delibare. Omnibus autem ferme locis in pro depravatum fuit. Nec apud hunc modo, sed Plautum quoque et alios. Quod pene autem oblitus eram, paulo aliter quoque eundem locum distinguo: Turbat impurus hic; in medio foro bacchabundus Ep. sepe aperiens, Porro quiribat: Apuleius magna. Statim qui pro me ferret leg. q. p. m. foret, aut si quid melius potest inveniri. Alii legunt *faceret*, alii *staret*. Acidal. Ipsam illam formulam *porro quirites* (de qua in primis vid. Brisson. de Form. viii. 21.) suspectam esse viris doctis, videre est e Gentilis nota ad h. l. et Voss. Lex. Etym. in v. 'Quirare:' sed vide Burman. ad Anthol. Lat. l. v. Ep. 26. Utut est, *proquiritare* loco non movendum. Factum est verbum ad similitudinem τοῦ προ-vecare, et legitur non solum h. l. sed et apud Sidon. Apollin. viii. 6. ubi vide et Savaronis notas ad p. 502. Ms. D'Orv. *perquiritare*. J. B. *Proquiribat*. Elegantissime dictum: præcessit enim, eum 'in foro bacchabundum' hæc jactavisse. Verbum factum a Pro et Quirites. Sic enim inelamare solebant, qui opprimebantur, 'Pro, Pro, Quirites.' Perperam in Laberii mimo legitur, 'Porro, Quirites, libertatem amisimus.' Rescribe, Pro, Pro, Quirites. Similis illa Græcorum inelamatio, τοῦ, τοῦ. Sed hæc natura ipsa homines docuit, et expressit: illam Juris Romani usus. Inde,

*Dolph. et Var. Clas.*

'ejulare' et 'jubilare,' quod Antho-quis significabat, lamentatione voceque rustica inelamare, ut 'quiritare' urbana, Varrone et Festo testibus. Scip. Gent. *Proquiribat*. Sic in Milesiis lib. x. expressit: 'Magna-que fidem ejus protestata clamore, et populi concitato tumultu.' Iterum lib. ii. 'Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote.' *Proquiritare* ergo est βοῶν, διαμαρτυρεῖσθαι. Demosthenes: Διαμαρτυρεῖν βοῶν, καὶ νειπαῖν. Glossæ Isidori: 'Quiritare, Populare.' Pric.

*Qui pro me ferret*] Scripserat uxor Apulei ad Pontianum filium, imo acriter objurgarat, quod eundem, quem paulo ante omni modo commendasset, nunc Rufini impulsu, ut magnum diffamaret, has literas nactus Rufinus, eam partem, quæ de maleficio agebat, cuilibet ostendit: quæ supra infra adscripta erant, occultavit: quare magnam sibi apud imperitos invidiam concitavit Apul. quæritur: neque vicissim fuisse, qui ejus partes tuerentur: hinc ego ex mente illius putabam scribi posse, nemo erat qui pro me staret. Verbo altercationibus pereommodo. Stewech. Scripserim pro me faceret: vel, pro me esset. Colvinus. Ferret eleganter pro referret. Simplex pro composito: quod apud optimos scriptores creberrimum. Non ergo audiendi qui faceret aut esset volunt scribi, aut staret. Sic in libro De Deo Socratis, cerni pro discerni. 'Natura neque uno neque gemino modo, sed pluribus cernitur.' Casaub. Nemo erat, qui pro me foret. Sic forsân legendum. Mox Fulv. Hæc et id genus alia. Sciopp. in Symb. Magna de voce ultima controversia est. Legit hic foret, ille faceret, alii esset et staret. Doctior his omnibus et in Apuleio tritior, Casaubonus, ferret pro referret. In de Dogm. Plat. 'Nec omnia ad Fati sortem arbitratur esse ferenda.' Pric. Contra Edd. et Mss. sollicitandam

*Apul.*

9 X



non puto locutionem *ferre pro aliquo*, i. e. dicere pro aliquo, alienius causam suscipere. Ceterum loco Auctoris de Dogm. Plat. cit. a Pric. qui est p. 584. Ed. Flor. edidi *referenda* ex Mss. iubente Oudend. J. B.

*Multi sunt quas sola prolata, calumnias possint videri obnoxias*] Geta Terentianus Phorm. iv. 4. 'Nihil est, Antipho, quin male narrando possit depravari: Tu id quod boni est excerpia, dicis quod mali est.' Supra haec: 'Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua obesse: nec tam letum quin possit ad tristitudinem intelligi.' Video in Glossis Isidori, 'Subsivus, malus interpret: si major menda non subeat, scripserim *subsecivus*: nempe 'qui excerpando et quasi subsecando bene dicta depravat: puto vix commodius exponi eam vocem posse. Pric.

PAG. 532 *Cujavis oratio*] Id est, quævis. Alibi hoc verbum legere me non memini. Non dubitandum tamen quin proba et antiqua vox sit, ut *cujas* inde facta. Cicero pro L. Cornelio Balbo post illum versum Ennii de Hannibale: 'Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.' ita subjicit: 'Quisquis erit, *cujati* fiet, id habent omnes leve, et semper habuerunt.' Puto subintelligi, patria, vel gente: ut sit, ex quacumque gente, vel civitate fiet. Scip. Gent.

*Si ea quas ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur*] Demosthenes: *Νόμους τοὺς μὴν μεταποιεῖν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη, οὗς θεῶν δίκαιον ἦν ἀναγνώσκεισθαι.* V. haec Gentilis Notas. Pric.

*Recognosce an*] Legebam, *recognosce mecum an, &c.* Supra: 'Quæ tu mecum Maxime recognoscis: et in Floridis III. 'Vos ea mecum recognoscite: aliud jam velle Apuleium video. 'Mecum descripseris' dixit, quia etiam Æmilianus adfuit. Supra: 'quas literas e tabulario publico, præsentem et contra scribentem Æmili-

ano, testato descripsimus.' *Idem.*

*Ὅς μοχθηροὶ ὄντας*] Vulgo *ἡμῶν*. Casaub. *ὄντας* dedi cum Casaub. et seqq. quia *ἡμῶν* sensum habere non videtur. An leg. *ὅς μοχθηροὶ ἡμῶν*? quod an notare possit homines qui nobis, i. e. nostræ familiæ, molestiam creare cupiunt, non affirmo tamen. Sane, quod tum abest casus post *ἀναρεθόντων*, id non adeo ægre ferendum puto. in epistola: aut possis pro *τε* legere *σε*, ut *μοχθηροὶ* substantivè ponatur. Melius sane ad unum Pontianum tum oratio vertetur, quam in lectione *ὄντας*, ad plures. Erat enim objurgatio matris ad filium, quod de Rufini sententia Appuleium magum dicitaret. Præcedit quoque *αὐτὸς κτενέας*. J. B.

*Ita ut partim vocales*] Jocus apertior quam qui interpretationis eget. Pric.

*Pinnis apta*] Exquisite pro *cui pinnæ aptæ sunt*. Eadem locutio apud Cic. III. de Off. 29. V. Ern. in Cl. Cic. v. 'aptus.' cf. Noster de Deo Socr. p. 678. Ed. Flor. Ennius cit. a Gent. 'O fides alma, apta pinnis, iurjurandum Jovis.' J. B.

*Sibi potius aud.*] *Sibi audirent ἀρχαίους*, imitatione, ut videtur, Pacuvii: Illius sunt hi versus. 'Nam istis qui linguas avium intelligunt, Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo, Magis audiendum, quam auscultandum censeo.' Casaub.

PAG. 533 *Veritas interverras*] Xixtus PP. in epist. ad Cyrilli Alexan. tom. I. Concil. Rom. fol. 694. 'Novimus frequenter calumniis patere veritatem, nec tamen unquam posse falsitate superari.' Docte Polybius lib. XIII. fol. 678. *Ελεμνὴ. Detectum mendacium est, veritas olim interverras, nunc se effert.* Cicero pro Cluent. 'Improbitate depressa veritas emergit, et innocentis defensio interclusa respirat.' Phæbadius contr. Arrian. 'Ut malum, quod sub opinione verborum simplicium latet, deprehendatur: et mendacio detecto, veritas interclusa respiret.' Optat. Milevit. contr. Do-

nat. lib. 1. 'Jamdudum, &c. inter caligines quas Livor et invidia exhaleverat, latere veritas videbatur, sed jam, &c. revelata est.' Suaviter autem an apposite magis Polybins Eclog. lib. xiv. Scriptor gravissimus? *Καὶ μοι δοκεῖ μεγίστην θέναι τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδείξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθέσαι δύναμιν. πάντων γὰρ αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίστει καὶ πασῶν τῶν πειναντότων μετὰ τοῦ ψεύδους ταπτομένων, οὐκ οἷδ' ὅπως αὐτῇ δι' αὐτῆς εἰς τὰς φυλάς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων, καὶ ποτὲ δὲ πολλὸν χρόνον ἐπισκοπιθεῖσα, τέλος αὐτῇ δι' αὐτῆς ἐκκατατεῖ, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. *Præ.**

*Vetus alio Barathro, &c. emergit]* Virgil. 'Imo se emergere hiatu.' *Idem.* Non est Virg. sed Severi *Æt-næ* vs. 118. *J. B.*

*Nubendi seu rationem, seu necessitatem, Fato ascribit]* Cui omnes plerisque etiam male mentis impetus Majorum cæca scripsit ignorantia. *Panegyrist.* ad Constantin. 'Usurpabo illa communia omnium factorum patrociniis, quæ tamen plerumque etiam a sapientibus adseruntur, neminem hominem peccare nisi Fato, et ipsa scelera mortalium actus esse Fortune.' Specimen e veteri lapide non importatum cape.

D. M.

L. ÆMILII VICTORIS. QVI FRIDIE.

NATALEM SVVM. VICESIMVM. ET.

SECYNDVM. PRVNA. IN PENSILI.

POSITA. VRGENTE. FATO.

SANVM. IPSE. NECAVIT. SE. &c.

cam autem in aliis plurimis quæsitum hoc patrociniū videamus, tum præcipue in Americis, et inconcessis cupidinibus. Libanius *Progymnas. contr. homicid.* *Κάλλους τις ἡγηθὲς ἀδικεῖ μὲν, ἀλλ' ἔχει παραίτησιν, ἐβιάσθη γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸν Ἐρῶτα δύνασται ἀνταρτεῖν οὐκ εὐπορον.* *Plautus Aulul.* 'Deus mihi impulsor fuit, is me ad eam illexit.' Pater filium præ amore decubentem excusabundus apud *Lucianum* de Dea Syria: οὐκ

ἰθέλων ταύτῃ τῇ συμφορῇ ἔσχετο, ἀλλὰ οἱ ἡ νοῦσος ἀκούσθη. *Miles. x.* *Noster:* 'Mulier seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum flagitium impulsæ.' Plura non congero, occupavit omnem heic diligentiam *Cl. Desid. Heraldus* ad *Tertulliani Apologiam. Præ.*

*Ex otio]* Id est, ne falsi aliquid in illis machinari possetis, majori spatio temporis concessio. *Scip. Gent.*

*PAG. 534 Præcipitasti]* Vim hujus verbi *Gentilis* non assequutus videtur. 'Præcipitare,' est 'prævenire,' 'præcipere,' 'præoccupare.' *Miles. ix.* 'Præcipitanti consilium periculi præsentia.' *Præ.*

*Subnervasti]* Putabam scribendum *supernasti.* Sed nihil mutandum. *Subnervare* vetus et proba vox est, idem significans ac *supernare*, similique analogia facta. Ea dictione meminisse veterem *Biblorum* interpretem exprimere aliquot locis *Hebræum* *יָפַד* quod est succidere suffragines: ut *ii. Samuelis* cap. viii. ubi *LXX.* verbo *παράλθω* utuntur: et *Josue* capite xi. bis: ubi *LXX.* *νευροκοπεῖν* pro eo dixerunt. *Glossarium,* 'νευροκοπεῖν, subnervo.' *Casaub.* *Philox. νευροκοπεῖν.* *Vet. Bibl. Interp. ii. Sam. viii. Jos. xi. V. D. in marg.* Addit *Scip. Gent.* *Chrysostomi* interpretem, quem opinatur esse *Theodorum Gazam* 'Subnervavit Diaboli potestatem,' et, 'ne succidamus nervos nostros istis cohabitationibus.' Citat id. *Gent. Ennium:* 'Succidere pernas.' cf. *Fest.* in 'supernatus,' unde 'Supernasti' adscitum a *Scal.* in *Ed. Vulc. sec.* Sed *Mss. Florent. Pith. subnervasti;* quod non pro nihilo habendum. *Nonius:* 'Nervi masculini sunt, sicuti plerumque: Nervia femininum apud doctos lectum et sæpe.' Docta autem et exquisita sectatur *App. J. B. Subnervasti.* *Vet. Onomast.* 'Subnervo, τρονευρίζω.' *Gloss.* 'Νευροκοπεῖν, Subnervo.' *Demosth. ἐποπόμενα τὰ νεῖρα.* *Festus* 'supernare.' *Noster* in *Mi-*

les. 'Poplites enervare.' *Pric.*

*Verum*] I. e. æquum. V. *Pric.* ad h. l. VV. DD. ad Cæsar. de B. G. IV. c. 8. cf. Heyne ad Virg. *Æn.* XII. vs. 694. 'Me verius unum Pro vobis fœdus luere.' J. B. *Hocine verum?* &c. H. e. æquum. Cicero pro Quinct. 'Continuone verum fuit postulare, ut ex Edicto bona possidere liceret?' Idem pro Rosc. 'Verissimum et sapientissimum Judicem.' Priscianus lib. XVII. 'Juatun pro vero, et verum pro justo frequenter, tam nos quam Attici ponimus:' est ergo proprie Atticum loquendi genus. *Pric.*

*Sed sum ego inscius*] Græcissat: ita enim usurpat vocem *inscius*, ut Græci *ἀγνοῖς*, de homine inepto et parum prudente. *Casaub.* Leg. *summe e. ins.* Forte et *inscius*. Plaut. Pers. Sc. *Veterem*: 'Sed summe ego stultus.' *Acidal.* *Inscius* idem est h. l. quod ineptus vel stultus, aut impudens. Quomodo et *indoctus* dicitur Plauto in Pseud. 'Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus, ne illi audeant id facere.' *Scip. Gent.* Leg. *summe*. Plautus Persa Act. I. Sc. 2. 'Sed summe,' &c. Correctio comica. *Brant.* Differunt *inscius* et *inscius*, quemadmodum 'inscientia' et 'inscitia.' cf. Ind. Requiritur autem h. l. *inscius*, i. e. stolidus, quod, a Scalig. e Vulcanii conj. et dein a seqq. exhibitum, videtur confirmari Mss. Florent. quare et ego edidi. Ceterum cum Ed. Junt. post. sustuli interrogationis notam, quæ in reliquis Edd. conspicitur post *perdideris*. Sunt hæc simpliciter affirmantis et corrigentis cum irrisu ea, quæ prius dicta erant. Declarat id conjunctio *sed*, quam ignorat Ms. D'Orv. J. B.

*Matris suæ*] Vulgo, *matris suæ*. Illud ante has Imperatoris Pii statuas quam vim habeat intelligunt, qui meminere, sub Imperatoribus capital fuisse ante principis imaginem vel nudasse se, vel obscæni aut dixisse aut fecisse quidquam. Id crimen impietatis historici nominant. *Casaub.*

*Matris suæ* cum Mss. et Edd. vett. servarunt Elm. et Scriv. et *exprobrare aliquid*, sine dativo personæ, recte dictum. cf. Plant. Most. I. 3. 142. seq. Most. II. 2. 37. Sed tum dicere debuerat Auctor in *matre suâ*, nam *exprobrare stupra matris*, est, stupra, quæ revera commisit mater, ei obijcere: quare, et ob seq. *objectet*, amplector Casauboni correctionem. J. B.

*Ante has Imperatoris Pii statuas*] Fuit nempe quum animadverteretur severe in quævis facta dictive turpia, si vel mære Imperatorum statuas in conspectu essent. Primam tam insani cultus *εἰδωλόν* video Augusti simulachris exhibitam. Suetonius Tiber. 'Statuas quidam Augusti caput dempserat ut alterius imposteret; acta res in Senatu, et quia ambigebatur, per tormenta quæsitâ est. Damno reo, paulatim hoc genus calumniæ eo processit, ut hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cæcidisse: vestimenta mutasse: nummo vel annulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse,' &c. Ridiculas ineptias! nam quæ ad Epictetum Arrianus Dissert. II. 8. Ἀγδλματος τοῦ θεοῦ παρόντος οὐκ ἂν τολμήσαις τι τοῦτων ποιεῖν ἂν ποιεῖς, utcumque pro temporum cæcitate tolerabilia erant. *Pric.*

*Suspiratus*] Milesia VI. 'suspiratus' dixit: et ita forte hoc loco legendum. Ovidius XIV. Metamorph. 'Respicit hic vates: et suspiratibus altis Nec Dea sum, dixit.' Appuleius: 'Votisque crebros intermiscet suspiratus.' *Scip. Gent.* Fallit Gentilis heic et alibi *suspiratus* legens. V. quæ Colvius notat ad Miles. I. *Pric.* Ed. Junt. post. *suspiria*: ut semper variatur in hac voce apud Nostrum. v. Comm. ad Met. lib. I. p. 32. b. cf. Ind. Mss. et Edd. *suspiratus*. J. B.

*Amorem revincis*] Tu (inquit) filius matris amorem arguis? alibi e converso, Miles. v. 'Mater autem Tu, et præterea cordata mulier, filii tui lu-

sus explorabis curiose? et in eo luxuriam culpabis? amores revinces? Pric.

PAG. 535 *Tune quod in cubiculo agat p.]* Magnam tenebrosæ sententiæ lucem attulerit qui eam ita concipiet: *Tune quod in cubiculo agat perquisis, ne mater tua amatrix, sed omnino femina? estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem?* Ne mater tua, ἀρχαῖκός, pro nedum, vel, non dicam mater tua. Sic ante bis locutus hoc lib. quare merito illa nobis suspecta vulgi scriptura, *ne mater tua non dicam amatrix.* Scalpellum (nisi habes ipse aliquid melius) adhibe, et illa mihi reseca, non dico: quæ verba isto quidem loco non emam vitiosa nuce ὅδ' ἰσχυρὸς μῖαs. Casaub. Obscura et involuta recte emendabis hoc modo: *Tune q. i. c. agat perquisis, non dico mater tua amatrix, sed omnino femina? Estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem?* Wower. *Tune quid in cubiculo agat perquisis, ne mater tua non dico amatrix, sed omnino femina.* Ita hunc locum constitui ex Mss. Florentino, quem male pervertit Vulcanius in postrema sua editione. Elmenh. Ita hæc cudi volumus, præeunte Casaubono. Libri anteriorum editionum: *Ne mater tua non dico amatrix, &c.* Pric. *Tune quod in cubiculo agat, perquisis? ne mater tua non dico amatrix, sed ne omnino femina est? ne tu in ea cogitas, nisi unam parentis religionem?* Hæc est lectio Edd. ante Vulc. sec. neque Mss. in his quidquam mutant, nisi quod in Florent. pro *quod sit quid*, receptum ab Elm. Scriv. Flor. et in Ms. Pith. *perquisas*, cum Salm. in marg. In Ed. Vulc. sec. operarum, credo, culpa, omissa sunt *perquisis, ne mater tua non dico amatrix*, item *ne* post *sed*, quod non exsulat a Florent. ut credas forte ex Elmenh. nota. Ejicienda esse non dico, interpretamentum τοῦ *ne*, pro *nedum*, i. e. *non dico*, manifestum est: quare ejeci illa cum Pric. et Flor. Sequentia præter Gentil. Editiones post Casaub. ad hujus

mentem ita exhibent *estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem?* Insuper Scriv. prius *ne* mutavit in *næ*, hoc modo: *næ mater tua non dico am. sed o. femina; estne ut in ea cog. n. u. p. rel.* quod comparet etiam in Edd. Altenb. et Bip. Tum *mater tua, &c.* nominativus absolutus fuerit, quales in Auctore nostro hæd raro inveniuntur. Hoc tamen loco id mihi non placet: et adducum sequor Casaub. Pric. Flor. *Tune quid in cubiculo agat perquisis, ne* (i. e. non dico) *mater tua amatrix, sed omnino femina:* nam si in univsum putidæ hoc curiositatis, quærere quid in cubiculo agat femina amatrix, quanto magis hoc inverecundum in matre. Quoniam tamen in Mss. O. et Edd. vet. post *sed* conspicitur *ne*, inde legendum putem *sed enim*, quæ particulæ sæpe apud Nostrum conjunguntur. v. Ind. Enim in Mss. scribitur *en*: unde prius omissa lineola factum *ne*. J. B.

*Uterum tuum*] Plant. Aul. A. iv. Sc. 7. 'Uterum dolet.' Brant. Add. Nonius cap. 3. n. 258. J. B. *O infelix uterum tuum!* Tacit. Annal. 11. 'Infelix fæcunditas.' Sidonius 11. 8. 'Fæcunditas infornata.' Cicero Philipp. 11. 'Fæcunditatem calamitosam' Pric.

*O Infausti decem menses*] Quibus te in utero gestavit. In Veterum scriptis, ipsisque adeo legibus semper decem menses nominantur ad legitimum parienti tempus. Sed nimirum lunares intelligendi sunt, vel annus Romuli, ut Ovidius in Fastis, et alii testantur. Idem observasse Æolus ex Homero constat: Καίρε, γόνοι, φιλότῃ, περιελόμενον δ' ἐνιαυτοῦ Τέλεις ἀγλαὰ τέκνα. Scip. Gent.

*Vipera, ut audio, exeso matris utero in lucem proserpit*] Considerate adjecit, *ut audio*: nam dubia ea res, et multis non credita. Eodem temperamento usus elegantissimus Poëta Aurelius Prudentius in Hamartigenia: 'Sic vipera (ut aiunt) Dentibus emoritur fusæ per viscera prolis.'

Et Plutarchus libro de Garrulitate : τὰς μὲν γὰρ βέλους φασὶ βήγνουσαι τικτούσας, καὶ τὰς ἐχίδνας. Photius ex Philostrato lib. de Apollonio : ὅτι δ' Ἀπολλώνιος ἀπαράδεκτον ἡγεῖται τὸν λόγον, ὅς λέγει τὰς ἐχίδνας τικτεῖσθαι φθειρούσας τὴν μητρίαν νηδύν. μὰρ γὰρ δυνατὸν ὅλος τοῦτο ἐπὶ τινος βῆσθαι, καὶ ἡ φύσις ἀπατεῖ, καὶ ἡ ψεῖρα συμφέδει. Photius in Bibliotheca pag. 541. *Idem*.

*Viventi et videnti*] 'Vivus vidensque pereō' apud Terent. Eun. Lucret. lib. III. 'Mortua cui vita est prope jam vivo atque videnti.' Marc. Tul. pro Quintio : 'Vivo videntique funus ducitur.' ζῶντι καὶ ὁρῶντι. *Brant*. Vid. *Casaub.* ad Theophr. Charact. 14. Lambin. ad Lucret. III. vs. 1059. *J. B. Viventi et videnti*] Homer. Ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ θερμομένοιο. vertit Priscianus : 'Vivo, et in terra vidento.' *Pric*.

*Viscera intima protrahuntur*] Miles. vi. 'Canes et vultures intima protrahunt viscera.' Eustath. Ἐρωτικῶν Scriptior, lib. vi. Τὴν ἐμὴν δλην γαστέρα πατελῶς καταράρχε, καὶ τὰ σπλάγχνα κατεδίδκει μου. Ovidius : 'Viscera nostra, tuæ dilacerantur opes.' *Idem*.

*Ob quatuordecim annorum longas alimonias*] Nam et liberi parentibus educationis velut præmia quædam pendebant, lege (si memini) Solonis apud Laërtium. Hesiod. Ἔργ. α. Ἡρώτασσι τοκεῖσιν ἀποθερετήρια δοῖεν. ubi Tzetzes : Οἱ παλαιοὶ τοῖς γονεῖσιν ἐδίδουν τὰ δρέκτρα. Etiam apud Hebræos video moris fuisse. V. Theophilact. ad Evang. Matth. cap. 15. cōm. 5. *Idem*.

PAG. 536 *Viridi pueritia*] Savar. ad Sidon. lib. VII. Epist. 6. *Idem*.

*Nondum pænæ*] Quia nondum in viros relatus : hinc de Triumviris Dio proscriptione grassante : Παιδίσκον τινὰ εἰς ἐφήβους εἰσάγαγον, ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελέως ἀποδιδῶν. Similis relligio circa virginis capitis damnas, quas priusquam morti traderen-

tur, corruptas legimus. Tacit. Annal. v. Sueton. Tiber. *Idem*.

*Impetibili*] Correxī aliquando, *impriabili* : sed recepta lectio retinenda. Glossæ veteres : 'Impetibile, ἀνεπιχειρήτον, ἀνεπιτῆδευτον.' *Colo*. Mira vox hac notione, et, ut puto, quam legunt plures quam intelligunt. Proprie *impetibile* idem est ac petitioni obnoxium, quod facile possit impeti. Solinus de Chamæleonte : 'Impetibilis est coraci : a quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemptus.' Nisi me fallit memoria, non est alius Solino antiquior qui eam vocem usurpavit. Postea cepit hoc vocabulum accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut in hoc loco Appuleii. Symmachus epistola CIII. libri noni : 'Nam mihi turpe atque impetibile est, attonito animo et fronte mæsta lætos adire conventus.' In alia omnia it vetus magister qui Glossarium scripsit : 'Impetibile, ἀνεπιχειρήτον, ἀνεπιτῆδευτον.' Sic interpretatur quasi præpositio negandi vim haberet ; non absurde : tamen ita usurpatum nondum legi, si bene memini. Ab eadem origine est ibidem, 'Impeteius, βίαιος,' pro impetius. *Casaub.* A *petendo* deducit etiam Voss. in Etym. v. *peto* : rectius deducas a *patiēdo*, ut sit id quod ferri nequit ; quo sensu 'impetibiles cruciatus' Plin. dixit xxv. 5. et intelligendi Solin. et Symm. *J. B. Impetibili*. Turpi, ut ex Symmacho notat *Casaubonna*. *Idem* lib. II. Epist. 91. 'Grave hoc et impetibile.' Glossæ vet. Jureto ad eum locum laudatæ : 'Impetibile, improbum, scævum.' Ego tamen aliquando putabam pro *Impetioso* positum, translatione nimis obvia, quæ sceleribus violentiam tribuit. Nemo terminationem passivam ut turbantem oggerat : mille talia apud alios Scriptores, ne Authorem nostrum. *Pric*.

*Athenienses quidam, &c.*] Plutarch. πολιτ. παραγγ. Οἱ Ἀθηναῖοι, &c. [Vid. Not. Delph.] Eadem Helladius nar-

rat apud Photium: nec aliena de Cæsare Plinius vii. 25. *Idem*.

PAG. 537 *Profecto non abnueres pudore tamen al.*] Fulvius. et mox, *Cur ego blandirar*. Sciopp. in Symb. Quæ sententia ex his elici possit non disputo. Veram lectionem antiqui Cod. asserere non verebor. Ea est: *profecto non abnueres, pudore tamen al. imp.* Si omnino non auderet, nullo jam opus pudore, quo impediretur. Ut autem notet impudentiam Pudentis: Tu, inquit, si iubereris in hoc cœtu poëtam lasciviores legere, non abnueres quidem: ita te nullus ejus respectus, quæ tua est impudentia, inhiberet, aliquis tamen pudor impediret. *Wower.* Ex vet. Cod. *Wower.* non abnueres: quod etsi γρηγοριον non duxerim, melius vulgato putem. Sed et periphras hæc corruptior quam quæ facile emendari queat. *Pric.* Fulvii lectionem, quam in ejus Cod. Ms. inveniri ait *Wow.* in Var. Lect. de quo tamen dubito, expressit *Scriv.* Ut voluerit Auctor summam Pudentis impudentiam notare, et simul insignem concionis, coram qua loquebatur, prædicare gravitatem; ut quæ impudentissimum etiam non posset non movere. Non displicet mihi hæc lectio, neque tamen omnino placet. Desidero sane scripti codicis expressam auctoritatem. Interim pro seq. *tamen*, ut hucusque editum legitur, e Ms. D'Orv. dedi *cum*, quod sensum reddit perspicuum. *J. B.*

*Si ullas attigisses*] Non me fugit sententia, quæ ex verbis istis elici possit: perplacet nihilominus conjectura, etsi diobolaris, *attigisses: at quem ausus es.* Quasi audaciam et impudentiam istius facti reprehendat: D pro T immigrasse suspicor et loco sequenti, verbo extremo: 'hic qui epistolam Pudentillæ Græcатиorem legere non poterat, hanc ut suam facilius legit et aptius commendavit:' nam ut ego scriptoris mentem per-

spicio, harum literarum (quod ipsemet illas concinnasset) non lectorem modo, verum et interpretem, et quasi commentatorem probum fuisse. *Stewech.*

*Scilicet ne semel peccasses*] Supra: 'Peccatum semel ut bonus quisque postea sollicitus cavet, ita qui ingenio malo est, confidentius integrat.' *Pric.*

*Obtuto capesseret*] Recte fortassis *actutum capesseret*. Colv. In vulgata, *obtuto*: scripsimus *oblivio*, ex conjectura, quæ nullæ γρηγοριον δελφει certiores. *Casaub.* *Leg. obtuto capesseret.* *Obtuto* pro *oblituto ἀποχαινῆς* sec. declinationis, quam vocant, flexu, loco quartæ. Gell. l. xiv. cap. 2. 'Indicato illo solutus sum,' pro, *indicatu*. Verba hæc *capess.* et *facess.* infinitis locis vices mutarunt. *Oblituto* autem *facessere* est ex oculis, e conspectu abire, non conspici, sive etiam latere. Sic apud *Plant. Epid.* 'oculis concedere.' At *capess.* etiam l. i. p. 18. 'Et cum dicto rursus foribus oppessulatis intro capessit.' Et *Plant. Asia. scen. unumquodque*: 'Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.' *Acidal.* Florent. *obtuto capesseret*, male. *Elmenh.* Scribebatur *oblituto*: inde *Colvius actutum*. Lectio, quam posuimus sagacia *Casauboni* est. *Pric.* In *Ma.* est *oblituto capesseret*, quod tenent etiam *Edd.* ante *Casaub.* qui, cum *Lips.* in marg. pro eo reposuit cum seqq. *oblivio*, bono sensu. Probabilis mihi visum, terminationem *ur*, quod sæpe factum, excidisse post *capesseret*, legendumque esse *oblituto capesseretur*. E præcedenti *ne*, facile intelligitur hic ut: quemadmodum in *Nepot. Att. c. 10.* 'ne timeret, statimque ad se veniret.' De *oblituto* vid. ad *Met. p. 87. a.* 'Capessere obtutu' dicitur, ut 'spectaculum capessere oculis' *Livio xxxvii. 24.* *Vulc.* adscripsit *oblituto careret*, eodem sensu. *J. B.* *Ac tam bonum factum*

tuum oblitio capesseret. Sallust. in Catil. 'Parum est quod impare fecisti, verum etiam commemorando exprobras, neque licet obliuisci.' Pric.

Vulpionem] De vulpe et vulpionem inter convitia, v. Læg. Salicæ Lib. Tit. 32. et ibid. Glossatorem: at 'vulpio' *μοῦρῆς λέξις* est, neque alibi lectitata. Idem. Jam tum vulpionem et impium fuisse. Erasmus hunc locum intelligit in Adagio, 'Vulpina lingua,' quum scribit: 'Appuleius quoque vulpinarum amasione nuncupat amatorem subdolum, et fraudulentem agentem.' Idem lib. de Magia, vulpionem vocavit veteratorem. Pindarus: *ὄργαις ἀνὲς ἀλυσίμων ἱκελοι.* Scip. Gent.

In animum inducere] Gellius de Aesopio lib. II. cap. 29. 'Res salubriter ac prospicienter animadversas, in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit:' legebam, induxit. Pric.

PAG. 538 Per aliquem fidelem missa] Apte, et ex solenni ritu loquendi. Cicero Famil. lib. IV. 'Si quem tuorum fideliū voles, ad me mitte.' Sallust. Jugurth. 'Litteras ad eum per homines fideles mittit.' Lucanus: 'Atque hæc dicta monet famulos perferre fideles.' Lampridius in Severo: 'De omnibus hominibus per homines fideles suos semper quæsiuit.' Miles. x. Nostrer: 'Mittit quendam servulum sibi quidem fidelem.' Glossæ: 'Fidelis, *πιστός δοῦλος.*' Id.

Tubernatis blanditiis subagitare] Prorsus ut apud Comicum Græc. in Equit. *Ἵππολυταίνειν ῥηματίους μαγειρικῶς.* Idem. Subagitare. Plant. Captiv. 'Ad mores pudicos facta hæc fabella est, Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio.' Idem Cistell. 'Subagito blandis et benedictis dictis:' sic Græci *ὀνείων.* Etymologus: *Ἵνῶγει, ἔκπαυτῶ καὶ ὀναγωγῶ, αἱ ἀπάται.* sermonum illicia nempe, vel delinimenta. Idem.

'Ἐλθέτω ὅς ἐστι συμφρονῶ] De his

verbis ante diximus. Omnino placet *ἔλθετε*. Illa, inquit, prius deridiculi causa scripserat *ἔλθετε ὅς ἐστι συμφρονῶ* eum tamen non vocaret illos ad se tum serio: postea vero eadem Pudentilla iterum scripsit *ἔλθετε*, et serio ad se liberos suos evocavit. Non video, qui commodus elici sensus possit ex *ἔλθετω*. Iitera ε in ω degeneravit, ut apud Agathiam litera τ. Ita enim scribi debuit hic ejus locus libro primo, καὶ ὅποια ἔτα παράλογα ἐν αὐτῷ ἐνηργήθη, non ὅποια ἔτα. Quod ferri non potest. Eo ipso loco: in locum v successisse doctissimum virum, qui elegantissimi ejus scriptoris editione immortalis beneficio nos sibi devinxit, nescio quomodo fegerit: scribendum enim *ἔλθετω τὰ πόδε περιελπτόμενοι, εἰργοντο τῆς πυρελ.* non τὰ φίλα. Ibidem scribe, *εἰσέρηπον, non εἰσέρηπον.* vox est Aristophanis: cujus item hæc est libro tertio, in qua *ω* in *κ* perperam coalnerunt, ibi, *οἱ μὲν γὰρ ταῖς σκέραις τὰ πόδε περιελπτόμενοι, εἰργοντο τῆς πυρελ.* Legendum *ταῖς σκέραις τὰ πόδε περιελ.* ut apud eundem comicum ἐν πύρρῃ *σισέραις ἐγκαποδολημένοις.* Loquitur Agathias de Sotericho et ejus sociis, quos hostis in lecto jacentes oppressit: iis fugere tentantibus, pedes veste stragula involuti, fuerunt inutilis: *σκέραις* esse dictionem Græcam non facile aliquis mihi persuaserit: dubito etiam de voce *κλυοστροφίον.* Quæ initio libri IV. inter *κολαστήρια ὄργανα* recensetur: τοῦτο δὲ ποῦ κεῖται; ut ille ait apud Athenæum. Fortasse legendum, *χειλοστροφή.* Synesius epistola LVIII. καὶ *πισσέρηπον, καὶ ῥυτολαβία, καὶ ὀνείων, καὶ χειλοστροφίον.* Hæc et hujus generis non pauca nuper in eo scriptore observabamus, cum eum, simul in manus venit, avidissime percurreremus. Cassaub.

Sequitur agentem] Vulgati *accus* et *accus ag.* Elmenh. *Socus agentem.* Hæc est recepta librorum lectio, quæ nullatenus constabit tamen, ni suben-

dias, quam par erat sive quid simile: at cur ambages sectandæ compendio prompto? dico scripsisse Apuleium *sequius*: Miles. viii. 'Nec aliquid sequius inspicatus:' x. 'Nihil tunc etiam sequius suspicatus.' Et xi. 'de fide eorum opinari captabam sequina.' Varro Fanaq. 'Non modo, &c. quidquam de te sequius cogitabit, sed etiam raminabitur humanitatem.' Livi. ii. 'Invitus quod sequius sit, de meis civibus loquor.' Sneton. Tiber. 'Multa etiam sequius admissa in Rempublicam extant.' Gloss. Philox. 'sequius, χείρον.' *Pric.* Mss. Florent. et Pith. *sequius*: quod prætuli. vid. Ind. *Tà vel loquentem* ignorat Ma. D'Orv. J. B.

*Villicorum et opilionum*] Nam ita moris olim, ut dominus, cui reddebantur rationes a servo, hisdem expensis et putatis subscriberet: unde redditus eas esse constabat. Hujusce rei in jure nostro exempla aliquot. L. xii. § libertatem D. de fidelcommis. lib. L. xl. § Servus D. de statutib. et aliis locis, qui jam non succurrunt. Cels. *Rationibus villicorum*. Symmach. l. vi. Epist. 81. 'Exasperat animum male gesta ratio villicorum.' *Pric.*

PAG. 539 *Ad sportulas*] Ritum hunc ex uno Symmacho intelligere est: qui eum tangit lib. iv. Epist. xxiv. lib. iv. Epistol. iv. et lv. Hb. ix. Epistol. xcvi. Locum unum hic legas: 'non eadem tamen facilitate purgabis, quod filii nostri Minervii nuptias aliorum potius relatu, quam litteris tuis comperi? an veritus es, ne a te nomisma cum desiderarem? potui jacturam sportulæ facere.' *Colutus*. Ita fuit tum moris in omni solemnitate: sive aliquis tyrocinii diem celebraret, sive nuptias faceret, sive honore insigni aliquo auctus eum aspiciatur. *Casanb. Sportulas*. Δῶρα γαμήλια, Theophilacto Simocattæ Histor. Mauric. lib. i. cap. 10. Ammian. Marcellin. lib. xiv. 'Quidam vigore

artuum imminuto, rogati ad nuptias, ubi aurum dextris manibus cavatis offertur, impigre vel usque Spolietium pergunt.' V. quæ e Symmacho affert P. Colvius. *Pric.*

*Expansioes*] Petita vox a Libria rationum. V. Casanb. ad Pers. Sat. ii. *Idem*.

*Et hic puerulus toga involveretur*] Plinius (Scipioni notatus) l. x. Epist. 117. 'Qui virilem togam sumunt, &c. solent totam βουλῇ, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare.' Paria Cornelius Annalium lib. iii. Suetonius in vit. Calig. et Neronia. Similes Athenis impense factæ, sumpto pallio Sophistico. Olympiodorus apud Photium Trism. lxxx. ἐνδυσάμενος ἐδέχτο τὴν τοῦ τριβunos ἐξουσίαν, καὶ ἀνέθεν μετὰ τοῦ τριβunos ἐκ τοῦ βαλαρίου δέτιμην καὶ περιδέρην δορυφορούμενος πομπῇ ἐπὶ τὰς δαπάνας ἐπενεγὼς φανερὰς εἰς τοὺς τῶν διατριβῶν προτάτας, τοὺς λεγόμενους Ἀκρωμίτας. Loc. integer legendus, quia lepidum ob oculos morem ponit, vix alibi occurrentem. *Idem*.

*Constitis multis*] Avarus apud Libanum Sophist. Declam. xxxvii. Ἐμοὶ οὐκ ἔν, ὃ δικασταὶ, γράμην τὸ ἐξ ἀρχῆς γαμῶν, λογιζομένην τὸ δαπανηρὸν τοῦ πρῶτου, καὶ ὅτι πρὶν τινα λαβεῖν, ἀναλῶσαι δεῖ, πᾶσας ἀνοόμενον, ζῆθος μισθοόμενον, ἐστιώοντα τοὺς οἰκίους τοῖς φρένοισι τὴν γαμήλιαν εἰσάγοντα. *Id.*

*Nec tecum aut apud te cenandum*] Id enim moris fuit ut post consummatas nuptias propinqui ex utraque domo vicissim convivarentur. Plato passim i. de Legg. Pintarch. Sympos. iv. 3. Pindarus *convivia ista ἀμοιβαῖα δεῖνα* vocat. Virgil. 'mutua,' i. Georg. (forsan et Noster heic, et mendosa vulgaris lectio.) hinc apud Gellium 'mutitare,' (vel ut Turnebus, *mututare*), l. ii. 24. (quo quæ sequuntur loco glossæ manifesta sunt.) Dion. Chrysost. Orat. xli. Συνεστιθεῖν, καὶ ἀλλήλους ὑποδέχεσθαι. *Idem*.



*Lex Julia de maritandis ordinibus*] Mentio ejus lib. I. D. unde vir et uxor. Et l. vi. Cod. de oper. libert. Eadem et 'marita lex.' Schollast. Horat. ad Carm. sæcul. V. Lips. ad Tacit. Annal. lib. III. Charond. in Catal. Legg. antiquarum. *Idem.*

PAG. 540 *In solo uberi*] Quidam *ubere, ὑπερπικρὸς*, ut apud Virgil. 'Uber glebæ.' Auson. 'uber agri.' Homer. *ὄδρα ἀποβύς*. Ego nil muto, manifesta heic antithesis est. *Pric.* Libri omnes *uberi*: ut debet. *J. B.*

*Mater futura in ipso mat. sinu*] Non erat alius in isto libro locus magis corruptus: quem tamen nullo negotio (quod impune dixisse liceat) in integrum restitimus. Ita autem scribebatur, *mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adulta super facundam glebam: vel enim sub ulmo marita cubet in ipso gremio terræ, matres inter s.* Casaub. Turpiter corruptus locus, quem in parte sic sano: *M. f. in i. mat. sinu nubat, in segete adulta, super facundam glebam, vel enim sub ulmo marita cubet, in ipso gr. t. matris, inter soboles herb. &c.* 'Vel enim' elegans. Abundat enim, ut 'quod enim,' 'sed enim,' 'immo enim.' *Acidal.* Error: natus a veteri more scribendi litteras, quæ geminarentur, ut passim in Pandectis Florentinis videre licet: ita enim scriptum fuit, *in ipso materno sinubat*. Scip. Gent. in Append. Forte legendum: *mater futura in ipso materno sinu, si aut in segete adulta super fac. gl. vel enim, &c.* Brant. *M. f. in ipso mat. sinu, si nubat in seg. ad.* Sic ex Florent. et Rom. hunc locum lego. *Elmenh.* *In ipso materno si nubat in seg. &c.* Hæc est Edd. vett. lectio, a qua Mss. non recedunt; nam ne in Florent. quidem est *sinu*, ut putasse videtur *Elmenh.* Primus Casaub. cum Vule. Edd. sec. tert. et *Pric.* hæc mutavit ita, *in materno sinu ac in seg.* quæ emendatio graviter offendat necesse est eos, qui constanter negant, ac seq. vocali a Latinis scriptoribus

adhibitum fuisse: me tamen non adsentiente. V. Ind. Interim illud nubat non de nihilo est: nam, si ejiciatur, his idem dicit Auctor, *mater futura in ipso materno sinu... cubet, in ipso gremio terræ.* Melius itaque Schicklerad. et Salm. in marg. emendarunt *m. f. in ipso mat. sinu, si nubat, &c.* quemadmodum edidere Scriv. et Flor. Sed verissima est emendatio *Acidalii*, quam adoptavi. Sensus planus est: Quæ vult mater fieri, nubat in materno sinu, vel cubet in ipso gremio terræ. Pro *matris* ante Casaub. male editum *matres*. *J. B.*

*Facundam glebam*] Glossæ Puteani Ms. 'Fœcundi cespites, fertiles glebæ.' Miles. I. Noster, 'Glebæ felices.' *Pric.*

*Ulmo marita*] Catullus: 'Ulmo conjuncta marita: vitibus nempe.' Pentadius, vet. Poëta: 'Vites musta tument vicinos juncta per nimos.' Allus Epigrammaticus: 'Fœcunda vitis conjuges ulmos gravat.' Virgil. 'Ulmisque adjungere vites.' Horat. 'Amicta vitibus ulmo.' Plin. lib. XIV. cap. I. 'In agro Campano populis nubunt vites, maritosque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato cursu scandentes, cacumina sequant:' opponuntur 'vidum arbores,' ut jam aliis notatum. *Idem.*

*In ipso gremio terræ Matris*] Lucretius lib. I. 'In gremio matris terræ præcipitavit.' Plin. lib. II. cap. 68. 'Sequitur Terra, cui omnium Naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis: sic hominum illa, ut cælum Dei, quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper: novissime complexa gremio jam a reliqua Natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens,' &c. Inscript. vetus:

V. F.

T. VERTIVS. T. L.  
HERNÆS.

SEPLASIIARIVS.

MATER GENVIT.

MATER RECEPIT. *Idem.*

*Soboles herbarum*] Ennod. vit. Epiphan. 'Agricolarum laboriosam stirpem, et duris exercitatum lignonibus soboles.' *Idem* in Epigr. 'Sylvæ sobolem.' *Idem.*

In *comædiis versus*] Græcum versum deesse ex eo licet conicere, quia deeat. Non est autem dubium, pertinuisse eum versum ad laudationem ruria, aut vitæ rusticæ. Tale illud ex Menandro, 'Ἔστιν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος Ἐλευθέριον, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.' nec non istud Plauti 'Urbanus sunt rustici. Do. pudicius Faciunt illi, quam qui non sunt rustici.' *Casaub.* In Florent. ita hæc leguntur: Πᾶσι ΝΟΝΑ ΠΟ ΓΟΗΙ ΗΙCΙΟΝΕ ΗΙCΝΟΡΕΙ. Inulsæ. *Elmenh.* Quem ex loci sententia liquet ad laudationem ruris pertinuisse: talem hunc suggerit et Menandro *Casaubonus*: 'Ἔστιν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος Ἐλευθέριον, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.' Scipio versiculum ipsum ab Apuleio positum repperisse putat, hunc nempe ex (Menandri æmulo,) Philemone. *Δακτύλιον κτῆν' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός.* Fidenter; nam et me quid prohibet similes adferre? duntaxat cum in hanc mentem tot ubique γράμαι occurrant. Est tamen quod ignoscatur iis, quibus heic omnia interciderant prius; nobis non eadem excogitandi venia, nam et vestigia veteris scripturæ superesse scimus, eaque etsi lacera et deformata, qualiacumque tandem ob oculos habemus. Ea *Elmenhorstius* exhibuit e Ms. Codice Florentino; Ego, quia nihil emendatum succurrit, in medium relinquo. *Præc.* In Excerptis *Lindenbrogii* tali modo leguntur: Πᾶσι ΝΕΝΩΡΟΓΟΝΙΝΙΣΙΟΝ ΕΝΙΣΝΟΡΕΙ. Quum autem in vett. Edd. locus vacuus relictus esset, *Scal.* in Ed. Vulc. sec. tert. et *Elm.* adoptarant Menandri versus a *Casaubono* allatos, qui tamen non

omni ex parte huic loco quadrant; uti nec ille *Philemonis*, quem reponi malebat *Gent.* Non enim probare studet Auctor, adducto hoc comici testimonio, agrum iustissimam et innocentissimam esse possessionem; verum, ad placidum amorem invitare, et ad παιδοποιαν efficacissima esse amœna rura. Sensit hoc *Trillerus*, qui *Observ.* lib. iv. cap. 5. ita versum restituendum putabat, παιδὸν ἐν' ἀγρῷ ἢ ἡδονῇ σκηνοποιεῖ, vel σκῆνος ποιεῖ: i. e. 'In agro herbarum, seu herboso, voluptas tabernaculum facit.' Adfert autem *Trillerus* *Cic.* iii. de Orat. c. 20. 'qui in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt.' et *Gregor. Nazianz.* Orat. xxxviii. pag. 614. Tom. ii. σκηνοποιούντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς θρύψεως. Sed non multo melius iste versus huic loco convenit. Non enim de voluptate, sed de liberorum procreandorum opportunitate, sermo est. Neque etiam, si *Trilleri* emendationem compares cum *Lindenbrogii* Excerptis, ductus litterarum admodum convenit. Accedit, quod in mutilato versu est, quod offendet. Melius autem ad sensum, et propius ad vestigia membranarum Florent. Vir ille Doctus (*Mercerus* fuisse suspicor) in marg. Ed. *Elmenh.* a *Florido* inspectæ, versum restituit, quem amplius ita emendo: παιδῶν (Ms. πᾶσιν) ἐν' ἀγρῶν (Ms. ἐνὸρΟΓΟΝ. Videntur litteræ esse transpositæ pro ἐνὸρΟΟΝ) γνησίαν (Ms. ΙΝΙΣΙΟΝ. Apud recentiores Græcos H pronunciat ut i) εἰσι σπέρσι. (Ms. ΕΝΙΣΝΟΡΕΙ. An leg. ἐπίσποροι?) Allusio in voce σπέρσι ad agri et liberorum φειδῶν elegantiam habet, qualem in celeberrimi comici versu expectes. Hunc itaque versum excudendum curavi, donec alius Ms. certius quid afferat. *J. B. Celeberrimus* in *Comædiis versus*. Ego videor mihi versum repperisse, illum scilicet *Philemonis* Comici vetustissimi, quem habuisse æmulum *Menander* dicitur:

δικαιώτατον κτῆμα' ἰστέν ἀνθρώποις ἀ-  
γρία. Justissimam esse, ait, possessione-  
nem mortalibus agrum. Quod plane  
huic loco Appuleii congruit. Sequi-  
tur enim illico de Quintiis et Serranis,  
agricultoribus, liademque homi-  
bus justissimis. *Scip. Gent.*

PAG. 641 *Natam sibi filiam cetero-  
rum more professus est*] Inde l. statum  
Cod. De fide instrum. 'Natalis profes-  
suslo.' Hunc morem facile credat  
qui ab Antonino Philosopho induc-  
tum. Capitolinus in vita ejus: 'Inter  
hæc liberales cassas ita munivit,  
ut primus iuberet apud Præfectos  
ærarum Saturni unumquemque civium  
natos liberos profiteri,' &c. Ego mul-  
to antiquiorem puto, institutumque a  
Servio Tullio; ita didiciase videor ex  
Halicarnassensi libro iv. Eadem ho-  
dieque consuetudo fore ubique viget:  
nec absimilem fuisse putem apud He-  
bræos τῆς τῶν βρεφῶν εἰς τὸ λεπὸν ἐλα-  
γυρίῃς, cujas meminit D. Lucas, cap.  
2. comm. 27. *Pric.*

*Tabulario publico*] Male eruditissi-  
mus Pytheas 'Ærario p.' 'Publica  
tabularia' vocat et vetus Inscriptio.  
Cicero pro Balb. et Cornel. Annal.  
xiii. 'Tabulas publicas.' Virgil.  
Georg. 'Populi tabellaria.' Sueton.  
Calig. 'Publicum instrumentum.' Et  
Vespas. 'instrumentum Imperii.' Nos-  
ter in Floridis, 'Provinciæ instrumen-  
tum.' l. constitutionibus. D. de injur.  
'Publica monumenta.' *Pric.*

*Partim domi adservantur*] Patresfa-  
milias has *Tabulas* e publicis descri-  
bere solebant, eo, ut videtur, consilio;  
ut si publica vi aut igne interciderent,  
haberent domi unde Natales asserere  
possent. *Pric.*

*Porrigit Æmilianus*] Vide Ulpian. l.  
iii. Dig. de bonorum possessione con-  
tra tab. *Elmenh.*

*Lignum consideret*] In tabulis li-  
gneis olim cera oblitis Veteres scribe-  
bant. Gellius lib. xvii. 'Pugillaria  
nova nondum etiam cera illita acce-  
plisse, litteras in lignum incidisse.'

Hinc possessio contra lignum in L.  
xix. in pr. D. de Bonor. poss. con-  
tab. Cerati Codicilli. L. xii. D. de  
Legat. iii. Lignea salus, apud Plau-  
tum Psendolo, de quo latius dicet  
Raevardus noster Conjectaneis suis,  
propediem edendia. Hæc quamvis  
ita sint; tamen malim hoc loco cum  
Lipsio scribere, *linum consideret*: nam  
sequitur, 'signa quæ impressa sunt  
recognoscat.' Imprimebantur autem  
signa ceræ lino impositæ, quo tabu-  
læ perforatæ constringebantur. Pau-  
lus l. v. tit. xxv. sententiar. Suetoni-  
nus Nerone. Plantus Bacchidibus:  
'cedo tu ceram ac linum actutum, age  
oblige, obsigna cito.' Ad tabulas li-  
gneas pertinere, oblitis etiam monere  
alium ejusdem comici locum, Persa:  
'So. Toxilo has fero tabellas tuo hero.  
P. Abi, eccillum domi. At ego hanc  
ad Lemniselenem tuam heram obsig-  
natam abietem. So. Quid istuc scrip-  
tum? P. Juxta tecum, si tu nescis,  
nescio:' nam per Abietem obsigna-  
tam, tabulas ex abiete confectas in-  
telligere debemus. *Colv.* Ut 'ligna  
Chirographi' apud Juvenalem; bono-  
rum 'possessio contra lignum,' apud  
Papinianum, quæ vulgo contra tabu-  
las: ex veteri more in tabulis scri-  
bendi, non quia in ligno hæc, vel  
tales professiones scriptæ, et veræ  
tabulæ essent, codicesque. *Colv.* ex  
Lipsio mavult hoc loco *Linum*, prop-  
ter verba proxime sequentia, et jam  
dixerat, 'Tabulas istas.' Signa lino,  
quo tabulæ vinctæ erant, imprimi  
solebant: et quidem in testamentis  
senatus consulto id cautum fuit. Plau-  
tus Bacchidibus: 'Cedo tu ceram, ac  
linum actutum, age oblige, obsigna  
cito.' *Scip. Gent.* Scribo cum Lipsio  
*linum*. Cicero Catil. iii. 'Tabellas  
'proferri jussimus, ostendimus Cethe-  
go: signum cognovimus, linum inci-  
dimus.' Paulus l. 23. D. Qui testam.  
fac. poss. 'signatas Tabulas accipi  
oportet, et si linteis quo involutæ  
sunt, signa impressa fuerint,' &c.

Nec invollebant tantum, sed et perforabant. Idem Recept. Sentent. l. v. Tit. 25. ad leg. Cornel. Testam. 'Amplissimus ordo decrevit eas tabulas quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino constringantur, atque impositum supra imprimantur, ut exteriores scripturam fidem interiori servent; aliter tabulæ prolatæ nil momenti habent.' Originem moris hujus in Neronis tempora retulerim. Sueton. 'Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ nisi per-tusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur.' *Pric.* Lipsii correctionem amplexi sunt Wow. Elm. et seqq. At lignum cum Edd. vet. tnetur Gruter. Susp. Ined. l. xxiii. cap. 12. non intelligens, cur obsignarentur tabulæ, cum nihil in his secreti. At obsignatas tamen fuisse declarant *signa impressa*, quæ mox memorantur, Linum inspiciendum erat, ut apparet integrum esse, neque incisum aut quovis alio modo violatum. *Signa quæ impressa sunt* suadent etiam, ut de lino cogitemus potius quam de ligno. cf. Colv. J. B.

*Signa quæ impressa sunt*] Tertullianus l. v. adversus Marcionem: 'Plane profiteri potest semetipsum quivis; verum professio ejus alterius auctoritate conficitur: alius scribit, alius subscribit, alius obsignat, alius actis refert.' Colv. *Signa quæ impressa sunt, recognoscat.* Scilicet ut ne ruptis tabulis ficta quiritaret: ita autem præfari soliti qui Epistolas, et id genus obsignata tradebant. Miles. x. 'Videat, et suum sigillum recognoscat.' Cicero Catilin. ii. 'Ostendi Tabellæ Lentulo, et quesivi cognoscere ne signum.' Idem ad Attic. 'Statilius agnovit manum, et signum suum.' Plantus Pseud. 'Cedo mihi epistolam: accipe, cognosce signum.' Idem Bacchid. 'Orabat ut quod isthic scrip-

tum est, fieret. Cedo: Sed nosce signum. Novi:' frequens olim et multiformis hac parte impostura fuit, ideo Solon neutiquam permittendum censuit, *δακτυλιογράφους σφραγίδα φυλάττων τοῦ πρᾶξιτος δακτύλου.* Author in ejus vita Laërtius. *Pric.*

PAG. 542 *Mezentius*] *Æmilianus* qui ita dictus. *Brant.* Vid. supra p. 497. et Gentil. comm. J. B. *Decem annos Mezentius cum Ulyssæ erravit.* Varro *Sesqui Ulyssæ*; 'Navibus duodecim domo profectum, decem annos solidos errasse' apud Plantum *Viginti* lego: ita enim in fragmentis ejus: 'Ulyssæ audivi fuisse ærumnossimum, Qui annis viginti errans a patria absuit.' *Pric.* [At vid. Capes. in Hom. p. 53. *Oud.*] *Decem annos Mezentius cum Ulyssæ erravit.* Id est, *Æmilianus*, qui vulgo Mezentius appellatus, tot annos in computanda ætate Pudentillæ erravit, quot Ulyssæ in illa sua in Patriam reversione: quum decem antea consumpsisset in obsidione Troje. Vicesimo igitur anno domum rediit; ut vates Hali-therses ei prædixerat, Homeri *Odyss.* β. *Scip. Gent.*

*Dimidio tanta*] Salm. et Lips. malebant *dim. tanto*, quod præstuli. Sic 'bis tanto valeo, quam valui prius' Plant. Merc. ii. 2. 26. cf. Amph. iii. 2. 62. 'Ter tanto' id. Pers. i. 3. 73. 'quater tanto' Hirt. de B. Afr. 19. ubi cf. *Oud. Belg. twee-drie-vier-maal zoo veel.* *Dimidio tanto, de helft zoo veel*, i. e. dimidium quadraginta annorum, quos habebat Pudentilla, sunt viginti, quos ipsos mentitus erat *Æmilianus*. Possit tamen etiam defendi 'dimidio tanta,' ut 'sexcenta tanta' Plant. Pseud. ii. 2. 37. J. B. *Sesquialtera*] Glossæ: 'Sesquialtera, ἡμιόλια.' Fit proportio ea, *ὅταν ὁ μείζων ἐριθμος ἔχη ὅλον τὸν ἐλάττωον, καὶ τὸ τοῦ ἐλάττωος ἡμισυ.* Verba sunt Nicephoræ ad Synes. *περὶ ἐνυκν.* V. Scalig. ad Aristot. de animal. lib. ix. cap. 408. *Pric.*

*Pro computationis gestu*] Olim Arithmetici digitis computasse, e multis locis Veterum observare est, non, quemadmodum nos, cifris, ut vocamus. Seneca Epist. LXXXVII. 'Numerare docet me Arithmetica et avaritiæ commodare digitos.' Tertul. Apolog. 'Sed interim longum multis instrumentis cum digitorum supputatoris gesticulis assidendum.' Quintilianus lib. I. Institut. 'Si actor, non dico si circa summas trepidat, sed si digitorum incerto solum aut indecoro gestu a computatione dissentit, judicatur indoctus.' Numerorum alii constrictis, complicatis, alii apertis et porrectis digitis aliis atque aliis denotabantur. Apuleius hic id ostendit. Sidonius Apol. Epist. IX. lib. IX. 'Chrysippus digitis, propter numerorum indicia, constrictis.' Martianus Capella lib. VII. de Arithmetica: 'digiti vero virginis recursantes, et quadam incomprehensæ mobilitatis scaturigine vermiculati: quæ mox ingressa septingentos decem et septem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem salubunda subrexit.' B. Augustinus de civitate Dei lib. XVIII. cap. LIII. 'Omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit, et quiescere jubet.' De hac omni supputandi olim ratione accurate Beda et ex professo scripsit. Ait Noster, 'ai triginta annos pro decem,' &c. nam scribit idem Beda, decem indice digito Pollicis articulum leviter attingente effigi: triginta summo indicis Pollicis summum tamquam exoscalante. Quo pertinet locus D. Hieron. ad Jovinianum: 'Triginta referuntur ad nuptias: nam et ipsa digitorum conjunctio, quasi molli osculo se complexans et fœderans, maritum pignit et conjugem: Sexaginta vero ad viduas; eo quod in angustia et tribulatione sunt positæ: unde et superiori digito depriuntur. Quantoque major est difficultas expertæ quondam voluptatis

illicebri abstinere, tanto majus est præmium. Porro centesimus numerus de sinistra transfertur ad dextram, et iisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læva nuptæ et viduæ, circumflectens virginis exprimit coronam.' Quem uberius adscripsi, ut simul illustrarem Epigramma Græcum e lib. II. cujus auctor Nicarchus: 'Ἡ πολλὴ κροτάφοισι κροννταρίς, ἡ πολλήμυθος Γραῖα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι προσβέτατος, ἢ φάος ἀδρήσας' ἐλάφον πλάν, ἡ χερὶ λαγὴ Γῆρας ἀριμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη. Jocatur in annum jam centesimum annum excedentem. Nam læva manu ab uno usque centam computabant, centenariam deinde numerum in dextram transferebant et eodem modo quo unum denotatur, conformabant: postea, ad alterum centum numerandum, ad sinistram redibant. Ea mens etiam Juvenalis Sat. X. 'Felix nimirum qui per tot sæcula mortem Distulit, atque suos jam dextera computat annos.' Ad quem respexit Sidonius Epistol. IX. lib. IX. sub finem. Hæc de numerandi hac ratione dicta volebam, ad melius intelligendos non solum eos, quos jam laudavi, verum etiam alios, e quibus quosdam jam volens omisi, veterum auctorum locos. Colv. Florent. rō pro inducit. De ritu autem computationis docte Colvius in notis, et Josephus Castalio in Criticis decade V. cap. 7. *Elmenh.* Vide plura de computandi per digitos ratione apud Gronov. Lect. Plant. ad Mil. Glor. II. 2. 49. Bergler. ad Alciph. I. Ep. 26. Toll. ad Auson. Epist. VII. vs. 5. Ceterum non hic videtur deesse pro in Ms. Florent. sed paullo ante, ubi unci inclusere Elm. et Scriv. J. B.

PAG. 543 *Quos circulare debueris digitos aperuisse*] Circulare est, quum digitus index digitum Pollicem leviter attingit, unde effingitur et efficitur Decem, ut ait Beda: at Triginta summo Indicis summum pollicis

velut Osculante. D. Hieronymus ad Jovenianum: 'Triginta referuntur,' &c. Ausonius epistola vii. 'Quot ter luctatus cum pollice computat index.' Ubi observa, *Luctari* in eadem re, eodemque numero exprimendo dici, quod Hieronymus 'quasi molli osculo se complexare et fœderare,' apte ad id, quod agebat, id est, nuptias. Quamvis et in oculis lucta quædam est, et certe in nuptiis. Adtexam reliquum illius loci Hieronymiani: 'Porro centesimus numerus de sinistra transfertur ad dexteram, et lisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læva nuptæ et viduæ, circulum faciens, virginittatis exprimit coronam.' Ubi vides, *circulum facere esse*, quod Auctor noster hic ait, *circulare*. Scip. Gent.

Cum vero *quadraginta*] Credo huc pertinere Juvenalis illud [x. 245.]: 'Atque suos dextra jam computat annos.' *Goes. in marg.*

*Ippum stirpem*] Ex Ed. Bas. sec. fluxit, quod inde editum vulgo *ipsam st.* Virgilium nulla necessitate coactum maluisse masc. genere usurpare τὸ *stirps* (cf. ex. gr. *Æn.* xii. vs. 208.) observat Quinctil. i. 6. 1. Noster autem poëtas, Virgilium in primis, imitatur. Ceterum quæ Servius, Charisius, alii, de discrimine vocis, masc. an fem. genere usurpatæ, docent, ea ad Grammaticorum argutias referenda. V. Non. Marc. c. 3. n. 337. Voss. de Anal. ii. c. 33. extr. Heyne in Var. Lect. ad Virg. l. c. Oudend. ad Nostri Met. viii. p. 566. a. J. B. *Non omnia quæ fieri potuerint pro factis habenda*] Miles. 11. 'Facti verisimilitudine ad criminis credulitatem impelli.' Ennodius: 'Et fecisse sceleris creditur, qui potuisse facere perhibetur.' *Prie.*

PAG. 544 *Ego ille sim Carinondas*] Nota tot celebria nomina Magorum, aut qui falso pro Magis habiti, ut Moses. Tertullianus de Anima cap. lvii. 'Hostanes et Typhon, et Dar-

danus, et Damigeron, et Nectabis, et Berenice.' Species et sectas Magorum Plinius exponit lib. xxx. cap. 1. Miror autem externos tantum nominari Appuleio, nullum Italum. Nam Pictus et Faunus in Italia (inquit Plutarchus in Numa) Dactyli Idæi veneficiorum, et magicæ artis peritiæ tractarant. Sed ignobiliores ii fuerunt. Theodorus apud Photium in Bibliotheca scripserat lib. i. de Magia Persarum: ἐκτίθεται τὸ μαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζασράδης εἰσαγγέσαστο, ἥτοι περὶ Ζαρούδμ; ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ Τέχην καλεῖ, καὶ δι' σπένδων, ἵνα τέκῃ τὸν Ὀρμίσδαν, ἔτεκεν ἐκείνον καὶ Σατανᾶν. καὶ περὶ τῆς (αὐτῆς) αὐτῶν αἰμομιξίας. De aliis qui hic nominantur Appuleio Magi, a multis scriptum est. Legendum autem, *Moses, aut Janus*, non *Johannes*, primus docuit Parrhasius in epistolis ex Eusebio. Eam Plinius Judæum fuisse tradit, libro xxx. cap. 1. Est et alia Magices factio a Moysæ, et Joanne, et Jotape Judæis pendens. Sed Casaubonus, magia se credere ait Numenio Pythagorico, qui Ægyptios *λεπογραμματοῖς* fuisse scribit, qui se Moysi opposuerunt, ut et Jambres. D. Paulus: *Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβροῦς ἀντίστροφον Μωσοῦ.* Scip. Gent.

*Vel Damigeron*] Idem nescio quem, *Demogorgonem* nobis substituit. Tertullianus de anima cap. lvii. 'Hostanes et Typhon et Dardanus et Damigeron, et Nectabis et Berenice.' meminuit etiam hujus Magi Arnobius lib. i. et auctor Collectaneorum rei rusticæ, quæ nomine Constantini Cæsaris circumferuntur. *Colb.* Baptista Pius in annot. posterior. cap. 191. *Damigorgon* ineptissima. Vide notata ad Arnobium lib. i. f. 31. *Elmenh.* Et Parrhas. Ep. xi. Thes. Crit. tom. i. p. 740. J. B.

*Himoses*] Hic adsentior eidem Pio legenti, *Moses*: nam is prophetarum princeps Magiæ insinulatus olim. Auctores Tacitus, Plinius, Diodorus.

*Colvius.* *Moses*, quia et si barbare pronuntiavit Apuleius, prorsus exaudiendum de Mose, quem Magorum maximum propter scriptorum suorum excellentiam et obscuritatem putabant Ethnici. *Reald.* Florentin. *Hismoses*, Aldus: *his mores*: male. Mosen etiam pro Mago tradunt Plinius libro trigesimo, capite primo, Phrao Ægyptiorum rex apud Josephum antiquit. Judaic. lib. II. cap. 13. et 14. *Elmenh.* *Vel is Moses*, vel *Jannes*. Primus hanc lectionem assernit Janus Parrhasius. Legebatur inepte, *Hismoses vel Joannes*. Mosen Ethnici pro Mago habitum docent Strabo, Plinius, Tacitus. *Jannes* hic non alius est quam quem D. Saulus memorat ad Timoth. 'Ιαννης καὶ 'Ιαμβρῆς ὠνόμαζον Μαδουεῖ. Ægyptios 'Ιερογραμματεῖς vocat Numenius Pythagoricus. Palladius, 'Αδελφοὺς δὲ ὑπερβολῆς τῆς Μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἔχοντες: neque dubitem inter alios consimiles hos in veteri instrumento subindicatos, Exod. VII. vs. 11. *Pric.* Veterum Editionum lectionem vel *Hismoses* tenet etiam Ms. Pith. quum Exc. Lindenbr. dent vel *His mores*. Inde autem rescribendum esse vel *is Moses*, censuerunt etiam Goes. in marg. et d'Orleans ad Tacit. Ann. II. p. 320. quemadmodum edidere Cas. Gent. *Pric.* Scriv. Flor. *Vel hic Moses* conjectura est Olearii in præf. ad Philostr. p. 33. Τὸ *his* prorsus eiecerunt Scal. Wow. Elm. cum Lips. in marg. Equidem nondum inveni, quod mihi satisfaciat. De nihilo certe illud *his* non est, et fortasse corruptum ex alio nomine quod excidit. Hinc Meurs. Crit. Arnob. III. 16. pro vel *is* conjecit *Velus*, sive, *Belus*, cujus meminit etiam Arnob. lib. I. p. 31. sed tum saltem repetendum vel, sic: vel *Belus*, vel *Moses*. Ego aliquando suspicatus sum Christi nomen excidisse, legendumque esse vel *Hisus*, vel *Moses*. Nam ita extulisse Servatoris nomen nonnunquam Veteres, pro

*Hiclus*, ex Prudentii locis aliquot observat Heins. ad Cathem. vs. 82. Christum autem, ejusque sectatores, ab impiis magos fuisse habitos, res est nota. cf. Tertull. Apol. cap. 21. et 23. Prudent. *περὶ στερ.* vs. 806. Infra tamen etiam p. 550. Ed. Flor. *Is* corruptum in *his*: quare acquiesco in emendatione *Is Moses*; ut ille Cariondas. J. B.

*Joannes*] Joannem Apostolum magum habitum, id quod vult etiam Pius, nusquam legas. Vere hic reponas, *Jannes*. Cujus meminit Numenius Pythagoricus, apud Eusebium de præpar. Evangel. 'Ιαννης καὶ 'Ιαμβρῆς Αἰγυπτίους ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἡττοῦς μαγεύσαι κρείστους εἶναι ἐπὶ 'Ιουδαίων ἐξελαινομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσάιν γοῦν τῷ 'Ιουδαίῳ ἐγγησμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ εἰσεσθαι δυνατὸν τὸν οἱ παραστῆναι ἀξιοῦντι ἐπὶ τοῦ πλάθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν. *Cod.* *Vel is Moses* aut *Jannes*. Ita scribi debet, non, ut vulgo, *Joannes*. Plin. lib. xxx. capite primo: 'Est et alia Magices factio a Moyse, et Janne, et Jotape Judæis pendens.' De Moyse quam falsum sit, et unde ea opinio manarit, scimus nos Christiani. *Jannes* hic est de quo Paulus, 'Ιαννης καὶ 'Ιαμβρῆς ὠνόμαζον Μαδουεῖ. Judæum fuisse Jannem, nescio an Plinio debeam credere: mihi enim velior Numenii Pythagorici sententia videtur, qui Ægyptios *ιερογραμματεῖς* fuisse scribit: eosque tanta Magis fama apud suos, ut omnium judicio soli digni habiti sint, qui Moyse veris miraculis Ægyptum eo tempore percellementi, se opponerent. *Casaub.* Flor. *Joannes*. Baptista Pius *Johannes*, putatque Johannem Evangelistam notari, in quo insanum errat, notante Parrhasio I. epistola ad Petrum Aculeum pag. 23. Qui recte hunc Joannem cum Numenio Pythagorico inter Magos primi nominis refert. *Elmenh.* *Joannes* Mss. sed monachis librariis debetur. Bene cor-

rexere Colv. et seqq. J. B.

[*Ipsos Dardanum*] Unde '*Dardaniis artes*' pro magicis. Turneb. advers. l. ix. c. 17. *Elmenh.* Hinc *ipsos Dardanus*. J. B. *Dardanus*] Turneb. Advers. ii. 4. et ix. 17. *Pric.*

[*PAG. 546 Bibliothecis publicis*] Polux Onomast. x. 5. *Ἐν δὲ τῶν κοινῶν βιβλιοθηκαῖς*. Videntur ex Authoris hiæc in integrum restitutæ, capta enim Carthagine, eas a Romanis Africanis Regulis donatas, constat e Plinii Histor. xviii. 3. *Idem.*

[*Erditionis memoriam*] Ut apud Symmach. lib. x. Ep. 25. '*Memoria literarum*'; Gellium lib. ii. cap. 21: '*Literas et memorias*'; Arnob. vi. '*Scripta memoralia*:' adeo externa omnia quæ refovendæ memoria erant, hac voce designabant: hinc et sepulchra, '*memoria*,' uti et Græcis *μνημεῖα*. Varr. de L. L. v. et ex eo D. Augustin. de cura mortuorum c. 4. *Idem.*

[*Nil verbis opus est, cum multo disertius ipsas Tabula loquantur*] Cicero in Sallust. '*Ubi rerum testimonia adpant, nil verbis opus*.' *Idem* Verr. iv. '*Nil dicimus, Tabula sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant*.' *Idem.*

[*Ex sua rapacitate de me quoque conjectaverunt*] Terent. Heautont. '*Illos tuo ex ingenio judicas*.' Plaut. Pera. '*Tuo ex ingenio mores alienos probas*.' Basil. Selenciens. de Vita S. Tectæ l. i. *Καθ' ἑαυτὸν διὰ κακίαν, καὶ τὰ ἡμέτερα πλοῦντες*. *Idem.*

[*Factam conjunctionem*] Ineptam lectionem suas res sibi habere iussimus *conjunctionem*: supra, '*me grandem dotem in principio conjunctionis nostræ mulieri amanti extoraisæ*,' et aliquoties *conjungi* hoc sensu positum prius. Casaub. *Factam conventionem*] Fulvius. Infra: v. c. *mediocri forma, ac non ætate mediocri*. Sclopp. in Symb. Quid vocis h. l. *conjunctionem*? Poteram *conjunctionem* emendare, et bene: *conjunctionis* enim propriæ in conjugio.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

Et sic supra, '*in principio conjunctionis nostræ*,' &c. sed quia *conditionis* vocabulum hic itidem appositum est, malim *conventionem*; quæ vox aptissima, non tam quia in pactis quasi domi est, quam quod etiam in matrimonii celebratum, cum in manum viri uxor convenit. Arnob. l. ii. p. 197. '*Cum in matrimonia conventita*.' Festus Pompeius: '*Conventio conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis et earum conditione habebatur*.' *Acid.* *Conjunctionem* ut supra et probat definitio nuptiarum apud Justinianum. Roald. Rævard. *Conjectan*: l. 15. legit *conjectionem*: exponitque '*instrumenti dotalis in villa descriptionem*,' factam sine testibus, aut alio solempni ritu. Cælius meo sensu Casaub. *conjunctionem*. Supra: '*Me grandem dotem mox in principio conjunctionis nostræ*,' &c. Porro pro *factam* fors scribendum *pactam*. Plant. '*Sine dote posco tuam sororem filio, Quæ res bene vortat: habeo*' pactam? Juvenal. '*Legitimis pactam junctamque Tabellis*.' Virgil. '*Gremioque abducere pactas*.' *Pric.* Alii *conjectionem*: vide Turn. advers. lib. xxviii. c. 15. *Elmenh. Ms.* Pith. cum Edd. ante Casaub. *conjectionem*; credo, quod compendiose scriptum fuerat *conjunctionem*, ut lego cum Casaub. Gent. *Pric.* Noster de Dogm. Plat. p. 625. Ed. Flor. '*connubiõrum quæritur tempestiva conjunctio*.' Add. Brisson. de V. S. *Conventionem* exhibent Wow. Elm. Flor. quod videtur habere auctoritatem Codd. Florent. Coniecit Lips. *conexionem*. Est etiam, qui legat *conpectionem*. J. B.

[*PAG. 546 Dividia pars*] Quidam, *dimidia pars*. Sed Dividua, id est, dimidia. Plautus Rudente: '*D.M. Dividuam talentum faciam*. LA. Bene facis. D.M. Pro illa altera, Libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huic cedo.' Terentius Adelphis: '*Potius quam venias in periculum*

9 Y



Sannio, Serveus, an perdas totum, dividuum face.' Ubi etiam videatur Dowatus. Cole.

*Sola trecenta millia nummum scripta, eorumque repetitionem filius Pudentilla pacto dalem*] Intellige dotem Appuleio promissam. Sed cur dicit repetitionem, quum data non fuerit? unde paulo ante, 'ut dos,' inquit, 'omnis apud filios ejus maneret.' Sed utrumque in pactis comprehensum fuisse existimandum est; neque promissa aliter fuit, quam ut Appuleio mox daretur. Nec infrequens est, ut composita verba pro simplicibus accipiantur, Reddere pro Dare, et similia. Et Seneca irridet alieni differantiam inter hæc verba. Postremo possidero et administrare mariti uxorum res omnes solent dotales, paraphernales, quas uxores sibi receperunt, et *Receptitias* dicuntur. *Scip. Gent.*

*Tumidi animi*] 'Tumidus animus' et 'ambitiosa mendicitas' bene junctur. Contraria prorsus sunt *tumidus* et *timidus*, ut apparet e Nostri loco de Deo Socr. lib. 1. p. 122; huj. Ed. 'Pars in superstitione, pars in contemptu, timida vel tumida:' ubi cf. Merc. J. B.

*Ambitiosa mend.*] Juven. Sat. III. vs. 182. 'Hic vivimus ambitiosa paupertate omnes.' *Elmenh. Ambitiosa mendicitatis*] Juvenal. 'Hic vivimus ambitiosa Paupertate omnes.' Salvian. VII. de Gubern. 'Quis rogo ferre possit in homine egestuoso lasciviam? criminosior est luxuriosa paupertas, et majoris invidiam miser nungator.' *Pric.*

*Ipse egens, nudus, &c.*] Supra: 'Ipse egens, nudus, at ignominia sua tectus.' Quintilian. Declam. 336. 'Ego nudus, ego egenus.' Porphyrius Epigrammaticus: 'Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago.' *Idem.*

*CCCC. millibus nummum a Creditore acceptis, filiam dotavit*] Supra: 'Dos erat a Creditore omnis ad teruncium sumpta.' *Idem.* *CCC. millibus dotis*

*fuit contenta*] Locuples summa, vel potius; ut ante dixit, locupletissima. Sed cur ait, contentam eam fuisse tam modica dote? immo potius id de se dicere Appuleius debuit: quod et statim dicit. Sed profecto etiam ea in re moderatio Pudentilla apparuit, quod noluerit videri, et dici Dotata, ut plerarum mulierum ingenium est, etiam sapientiam. Juvenalis de Cornelia matre Gracchorum: 'et numeras in dote triumphos.' *Scip. Gent.*

*Multis saepe, et ingentibus dotibus spreto*] Calpurn. Eclog. III. 'Callirhoen spreui quamvis cum dote rogaret.' Florid. II. 'Spreta junioribus ac ditioribus procis.' *Pric.*

*Et multo amore*] Agnoscit hanc lectionem diserte Ms. Pith. De reliquis mihi non liquet. Neque aliter Edd. vett. Sed primus Colv. e marg. Ed. Bas. sec. et conject. Lipsii marginali dedit *mutuo*, quod fideoster servaverunt seqq. Hic quoque revocavi antiquam lectionem. Ait Auctor, se computare solere, non quam multas divitias, sed quam multum amorem conjux marito afferat; et sermo est de eo tantum, quo uxor commendabilem se reddit, non vicissim. J. B.

*At non etate mediocri*] Nimirum plusquam *media etate*: ita frequenter loqui Scriptores solent. Plant. *Amul.* 'Post mediam etatem qui mediam ducit uxorem domum.' Gellius I. III. cap. 4. 'Non admodum senem, sed in medio etatis.' Miles. v. Noster, 'Virum *media etatis*.' Ibid: 'Medium etatis cursum.' Glossæ '*Μερίμν, Media etatis.*' *Pric.*

*Longa dote*] Dubito verissime sit, *longa vel laeta dote*. Illud mihi pro certo est, recte me emaculasse quod subsequitur, 'sive illa morte amisit maritum ut sævi hominis mulier et infauisti conjugii minime appetenda:' recte inquam emaculasse, *scavi omnis mulier*: de quo ego supra, et Festus in *scava*: vel hoc modo, *lævi omnis mulier*: omen læ-

vum, numina laeva dixisse Veteres, inter alios, testis locuples Arnobius. *Stewech.* Scripserim, *nucta dote*. Vetus modus scribendi, *nucta*: hinc illud quod passim male legitur. Infra etiam paulo post aliter corruptus eadem in dictione locus: 'ob hæc et alia viduæ dote aucta procos sollicitant.' Ubi etiam reposuerim, *dote nucta*. Nucta dos, i. e. magna, larga, ampla. Sic nucta patrimonium, apud Catullum: 'Et nucta devorare patrimonium.' *Colv.* Nucta Colv. non muto ego. *Brunt.* Interpretes turbant heic immane quantum. Colv. legit *nucta dote*, ut et infra, ubi vulgo *aucta*. *Stewech.* *lanta* scribit, alius *larga*, alius *magna*: dico sexcentas istiusmodi interpolationes me non unius pendere terencioli. Refingunt, nulli corrigunt, qui tam remota aggerunt. Quid quod et sana heic omnia, nulla moles inter tot magnos nias, tot melimina. Author *longam* dixit, sequentes Græcos, qui *μακρὴν, ὡς τὴν μέγα*, vel *ὡς τὴν πολλήν*, &c. Hermodrates ipso quod præ manibus argumento est, *ὅτι ἂν ποτε δουλεύσω πρὸς μακρῇ*. apud Philostrate. de vit. Sophist. 11. Ita *breve* pro *parvo* frequenter haud obscuri authores, etiam *parvum* pro *brevi* Phædrus lib. 1. fab. 15. sæculo et scriptione censendus. *Pric.* *Larga dote* malebat quoque de Rhoer Fer. Daventr. p. 228. Vulgatam lectionem cum *Pricæo* defendendam puto: cf. et Scip. Gent. Ceterum conferri possit similia locutio nostri Auctoris Flor. N. xv. ubi 'latus pecunias' explicat Oudend. amplas: sed ibi ego 'latus pecunias' dictas puto a *ferendo*, ut 'ferre argentum ad aliquem,' Plant. Asin. 111. 3. 142. Possimo sane exemplo Wow. edidit *magna dote*. J. B. *Longa dote et molli conditione*] *Largam dotem* sæpe legi, nunquam *longam*. Sed hæc vocabula mutuafitas operas sibi præstare solent. Sic Ulpianus, 'longam

differentiam' dixit pro *latam* vel *largam*. L. xxxi. ff. de solut. Quum Genus in longum dividat, Differentia in latam, ut Scholastici dicunt. *Scip. Gent.*

PAG. 547 *Virgo formosa*] Videtur respexisse ad illud Afranii: 'Formosa virgo est: dotis dimidium vocant Isti, qui dotes negligunt uxorias.' Cuius loci nobis index vir eruditissimus J. Douss a Noordwyck. *Colv.* *Virgo formosa, etsi sit oppido pauper, abunde dotata est*] Ovidius: 'Dos est sana forma puellis.' Mercator Tyrinus socero inopi apud Heliodorum lib. v. Πέναινο τούτων ὁ πατέρ. τὴν μὲν γὰρ προῦκα ἀπέχων ἡγήσασιν, καὶ πολλὰ τέλαιντα, καὶ πλοῦτον ἔδωκε τὴν κόρην. Terent. Adelph. 'Pejore loco esse non potest quam in hoc quo nunc sita est. Primum indotata est, tum præterea quæ ei secunda dos erat perit; Pro virgine nuptum dari non potest.' *Pric.*

*Ad maritum novam animi indolem*] Ita ex Schickera di emendatione dederunt Wow. *Pric.* Flor. probante Salm. in marg. Revocavi reliquarum Edd. et Matorum lectionem *ad maritum novum, animi indolem, &c.* Paribus membris rursus incedit oratio: 'animi indolem; pulchritudinis gratiam, floris rudimentum.' 'Indolem animi' intellige, nativam illam animi simplicitatem, nullisdam artibus corrupti, sed qualem finxit natura, et ad quæ velit maritus docilem. Opponitur in seqq. vidua 'certe tibi, ad quæ velis, minime docilis.' cf. Ind. J. B.

*Renumerare*] Ro. edit.. In aliis, *renumerare*. Aptè ad hunc locum Terentius Hecyra: 'Si est, ut velit reducere uxorem, licet. Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.' Donatus: 'renumeret. Proprie, quia dos pecunia est.' Renumerandi verbum bis etiam in Plauti Bacchidibus. *Colv.* Edd. Bas. Ald. Junt. utr. *renumerare*. Male. *Exsolvere* dotem, de dote renumerata dixit Aur. Vict. de

Vir. Ill. cap. 65. J. B.

*Virginitas quum semel accepta est, reddi nequitur*] 'Virginitas corrupta restitui non potest.' l. unic. C. de rapt. virg. D. Hieron. ad Eustach. 'Audacter dico, cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam.' Pric.

*Irrepossibile*] Ex Margine Bas. 2. hoc in ipsum contextum meum trans tuli. Male passim, *impossibile*. Meus Appuleii illud alterum postulat. Sidonius lib. viii. Epist. 15. 'Ut quod mihi insolabile videtur tibi quoque videatur irrepossibile.' Colv. Quodnam flagitii in hac voce ut deturberetur, equidem non video. Sane video Sidonium non agnovisse tantum sed et usurpasse eam. Videsis Epistolam ejus 15. lib. viii. Menstrius *impossibile* legisse videtur, quod et perinde est: certum interim alterutrum scriptum ab Authore nostro; nam quod Barthius Advers. vii. 9. *irrepossibile* oggerit, nempe, 'quod non potest reponi,' aut ego cæcutio prorsus, aut heic ille sagaciter parum. Pric. *Irrepossibile* editum jam in Junt. post. unde recte Bas. sec. *irrepossibile*, quod tuerunt Mss. Florent. et adsciverunt reliqui post Colv. Quod si quis cum Scriverio et Gæcio in marg. maluerit *impossibile*, eum Mati Pith. lectio *impossibile* juvabit. Gullielm. divinavit *inpassibile*, quod sit, credo, nihil affert intactum, nihil quod non passa est. Ego malim *irrepossibile*. Virgo nupta potest reposcere pecuniam, mancipia, domum, prædia; virginitatem reposcere non potest. At vidua nihil affert quod non reposcere possit. 'Irrevocabilem donationem ex Digestis citat Brisson. de V. S. J. B.

*Præflorata*] Onomast. vet. 'Præfloro, ἀναθίσκω,' fors *προσπαραθίσκω*. Gellius lib. xiv. cap. 2. 'Futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit: nec sequendas editiones putem legentes desfloraverit; melius reffloraverit

scribas. Puteani Gloss. Ms. 'Deliatio, reffloratio, illibatio.' (puto *libatio*). Eadem: 'Reffloratio, desfloratio.' Pric.

*Tibi ad quæ velis, minime docilis*] Ideo (quod subdit) non sine aucta dote capienda. Eadem apud Macrobius mens Musici Timothei, qui a discipulis alios apud Magistros exercitatis mercedem duplicem solebat imperare. *Idem*.

*Vidua dote aucta*] *Uncta* Colv. Ego nec hic muto. Brant. V. Colv. supra. Heins. autem ad Ovid. Fast. 1. vs. 677. legi oportere putat, *vidua dote aucta*, ut passim 'angeri opibus' apud optimos auctores: imo paulo infra Noster: 'grandi pecunia auxi.' Emendationem Viri Celeb. probare non possum. Viduæ ipsæ augment dotem, ut procos sollicitent. Hinc supra, abinentiam in Pudentilla laudavit Auctor, quod locuples femina dotem non auxerat, sed 'trecentis millibus dotis fuit contenta.' Manifesto id apparet e seqq. 'Quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset,' i. e. dotem anxisset, 'si philosophum spernentem dotis non reperisset.' J. B.

PAG. 548 *Favissor*] Lipsius, *favitor*, ut apud Plautum. Tamen Charisius l. 1. 'Fautor Antiqui dixerunt; at Favitor nec auctoritate neque ratione dicitur.' Sed Grammaticorum leges migrare nec Nostro nec Veterum alii ulli umquam religio fuit. Colv. Quid si, *conciliator fautor suavor*: nam videntur duæ voces in unam male confusæ. *Casaub.* *Favitor* emendat, teste Colvio, Lipsius. Quæ vox Plautina: Charisius autem lib. 1. 'Fautor,' inquit, 'Antiqui dixerunt; at Favitor nec auctoritate, neque ratione dicitur.' Beroaldus in epistola quadam ad Angelum Politianum, *Favissores* dixit, imitatione, ut opinor, Appuleii nostri. Non probo amici nostri conjecturam, qui hoc in loco legendum putat, *conciliator, fautor, suavor*. Scip.

Gentilis. *Favitor* Lips. Quid ni, *fau-*  
*tor*? Valer. Max. lib. 11. c. 1. 'Ut  
 si quæ inter necessarios querela es-  
 set orta, apud sacra mensæ et inter  
 hilaritatem animorum fautoribus con-  
 cordiæ adhibitis, tolleretur.' Apud  
 Petron. Arb. 'præsentis concordie  
 auctor.' Brant. *Favitor*. Ita Florent.  
 et Lips. Aldus *Favissor*. Vulgati  
*fautor*. Plautus in prologo Amphitruon.  
 'Sat habet fautorum recte  
 qui facit.' Charisius lib. 1. institut.  
 Grammatic. pag. 66. Grammaticum  
 agit, id est, nugatorem, dum *favitor*,  
 nec auctoritate, nec ratione dici af-  
 firmat. Elmenh. Non parum sudant  
 in hac voce Expositores nostri. Ego,  
 etsi non constet mihi de Analogia, *rd*  
*favisor* retineo. Gl. Puteani Ms.  
*Fautor*, *fa* . . . (supple *favitor*) *favi-*  
*ssor*. Gloss. Vindoc. Ms. *favisor*, *fau-*  
*tor*, *aut faciens*. Pricæus. Casauboni  
 emendationem merito inprobat quo-  
 que Jungerm. Ep. Gud. p. 363. Ter-  
 tia enim opponantur ternis: 'quietis  
 auctor, concordie conciliator, pietatis  
 fautor.' Perperam itaque Wow.  
 Elm. Flor. addidere *rd suavor*. *Favis-*  
*or* tueri videtur Voss. in Etym. v.  
*Favissa*: quemadmodum a *caveo*, *ca-*  
*vissus*, unde *caussa*. Sed *issa* termina-  
 tio feminina est, neque *issor* ullum  
 habet exemplum. *Favitor* autem fir-  
 matur loco Plauti cit. Lucillii apud  
 Non. Marc. c. 2. n. 326. et Gloss.  
 Isidori, nec non Exc. Pithæan. *Fa-*  
*vitior* a *faveo*, ut *cavitis* a *caveo*, apud  
 Plantum. Accedit auctoritas Mss.  
 Florent. in quibus diserte *favitor*,  
 quum in Pith. sit *favisor*. Illud ita-  
 que prætali cum Wow. Elmenh. J. B.  
*Serui* Elm. et Flor. tacite dede-  
 runt *serui*: ut maneat Auctor in me-  
 taphora, quo alludit *rd extirpare*.  
 Sine libris auctoribus non muto *serui*.  
 'Serere lites,' 'odia,' ut 'serere ver-  
 ba,' &c. v. ad Met. l. 1. p. 6. a. Sic  
 conserere Plaut. Bacch. iv. 9. 43.  
 'pagnam conserui seni.' Arnob. l. v.  
 p. 156. 'altercabilem conseruisse ser-

monem.' *Idem*.

[*Transvorarum*] Africanismus: sic  
 'Transglutire' pro 'deglutire,' Op-  
 tatus libro 1. et 'transnominare' pro  
 'denominare,' Tertulliana contra  
 Marcion. *Prie*.

[*Suasi, ac denique persuasi*] Miles. iv.  
 'Nulli nostrum spontale parricidium  
 suadens, persuadere posset.' Septi-  
 ma: 'Ei suasisse, ac denique persua-  
 sisse.' Et Nona: 'Suasi, ac denique  
 persuasi.' Donat. ad Terent. 'Sua-  
 demus facilia, persuademus difficilia:  
 suadere facientis est, persuadere pro-  
 ficientis:' lego *perficientis*. *Idem*.

[*Grandem domum*] Ex qua domo,  
 quum ad eum non ita multo post,  
 Pontiani fratris morte, devolveretur,  
 Tannonius, advocata manu perditissi-  
 morum juvenum, matrem quæ ea do-  
 naverat ipsum, excludere aggressus  
 est: infra disertissimis verbis objec-  
 tat hoc ei vitricus. *Idem*.

[*Et olivi*] Sic dedi ex Mss. Florent.  
 et Ed. Junt. post. pro vulgato *et olei*.  
 Noster Met. l. ix. p. 656. 'promittit  
 ei de prædiis sese daturum et frumenti  
 et olivi aliquid, et amplius duos vini  
 cados.' 2. Mss. quoque *olei*. Plaut.  
 Pseud. 1. 276. 'Olivi dynamin domi  
 habent maximam:' et sæpe alibi.  
*Oleum* a. *olivum* inter præcipuas pos-  
 sessiones olim fuit. cf. præter alia  
 Veterum loca Severi Ep. ad senatum  
 apud Spartian. in Clod. Alb. c. 12.  
 Olei Tripolitani, quale hoc Pudentil-  
 læ, in primis meminerunt vett. scrip-  
 tores. cf. Casaub. ad Spart. Sev. c.  
 18. J. B.

[*Servos quoque haud minus quadrin-*  
*gentos*] Ergastularios, mancipia rura-  
 lia. Seneca Epist. cxiv. 'Aspice quot  
 locis vertatur terra, quot millia colo-  
 norum arent, fodiant.' Petronius:  
 'Familiam tam magnam per agros  
 Numidiæ esse sparsam, ut possit vel  
 Carthaginem capere.' *Prie*.

PAG. 549 *Ut eos ex ea quam tribui-*  
*set parte, securos haberet*] In Lapide:  
 QVOD VNVS OMNIVM PRINCIPVM ET

SOLVS REMITTENDO HS NOVIES MIL-  
LIES DEBITVM FISCİ NON PRÆSENTES  
MODO SED ET POSTEROS PRÆSTITIT  
HAC LIBERALITATE SECVROS. *Idem.*

Ab invita Pudentilla, et statim, invi-  
ta et irata extorsi] Promptum est  
agnoscere heic verborum redundan-  
tiam: nolo tamen ferri Critici resec-  
tionem. Infra: 'An ut testamento,  
quod irata filio scribebat, filium po-  
tius, cui offensa erat, quam me, cui  
devincta, heredem relinqueret?' *Id.*

Egre exauditus invita et irata ex-  
torsi] Fallorne, an dixit Apuleius in-  
vite, et ingratis extorsi, idque ea signi-  
ficatione, qua Plautus, Terentius, et  
ipsemet Apuleius secundo de asino  
posuit, *ingratis*? Simili locutione et  
*ingratus* pro *invite*, Apuleius usurpa-  
vit vi. de asino: 'Tunc ingratus ad  
promptum recurri exitium.' Donat-  
us, 'ultronea,' inquit, 'grata sunt,  
ingrata, quæ ab ingratis fiunt reca-  
santibus.' Apuleius lib. iii. de asino:  
'Eiectus tandem necessitate sub-  
cambo et, ingratus licet, arrepto  
pallio retezī corpora.' *Stewech.* Le-  
git non nemo, *invite et ingratis extorsi.*  
Vide (per Deos) primum quam non  
sine exemplo tantum, sed et sine sen-  
su dicitur, *invite extorquere*; tam  
quam sententiam loci adobruat ea  
lectio. Nititur omnimodis Apuleius,  
ut ostendat hoc se longis precibus  
impetrasse: imperitus commentator,  
quod potest, mentem ejus in con-  
trarium corrumpit. At ego posthac  
nil mirer, cum hujusmodi conjecturas  
cadere videam in homines nomina  
sua in Musarum albo scribentes. *Pric.*  
*Extorsi.* Flor. *extudi.* Elmenh. Er-  
rat Elm. aliens in Florent. pro *extorsi*  
esse *extudi*, nam in iis pro *exauditus*  
est *extudi*, quod exstat etiam in Ed.  
Junt. post. adstipulante quodammo-  
do Ms. Pith. qui præbet *exaudi*. Ve-  
rissimum est illud *extudi*. Ab invita  
Pudentilla exaudiri non potuit, sed  
ab ea id extundere et extorquere de-  
buit. Plant. Most. i. 3. 64. 'Eun-

dem animum oportet nunc mihi esse  
gratum, ut impetravi, Atque olim  
priusquam id extudi, quum illi sub-  
blandebar.' Sueton. Vesp. ii. 'La-  
tum clavum diu aversatus est: nec  
ut tandem appeteret compelli, nisi a  
matre, potuit. Ea demum extudit.'  
Hæc loca debeo V. D. in Miæc. Obs.  
vol. ii. pag. 191. qui eundem erro-  
rem errans ac Elm. *extorsi* tamen in  
*extudi* non mutandum putat. Ad lo-  
cum Suetonii citat Burn. Wass. ad  
Sall. Fragm. p. 249. cf. Bentl. ad  
Horat. Serm. ii. 2. vs. 14. Addan-  
tur Seneca de Benef. i. 'qui instat et  
onerat priora sequentibus, etiam ex  
duro et immemori pectore gratiam  
extundit.' Symmach. Ep. 33. 'Ex-  
tundam quandoque ut hac obstina-  
tione decedas:' quod ibi non mutan-  
dum cum Jareto in *excludam*: imo  
potius ibid. Ep. 117. legendum quo-  
que: 'Magnopere laboravit, ut ali-  
quid, si fieri posset, extunderet:'  
non *excuderet*, nec *excluderet*. Ut hic  
*extundere* et *extorquere*, sic 'cælum  
tundere' et 'misericordiam extor-  
quere' jungit Tertull. Apol. c. 40.  
extr. Rescripsi itaque *extudi* pro  
eo quod antea legebatur *exauditus*.  
J. B.

Cum dissimili into fratre suo Pontia-  
nus] Hesiodus 'Αστ. 'Ηρακλ. Διδυ-  
μῶν τε παῖδε, Οὐκ ἔθ' ἐμὰ φρονέοντε (κα-  
σσύμεν γε μὲν ἦσαν,) Τὸν μὲν χερσέ-  
τερον, τὸν δ' αὖ μὲν ἀμείνονα φῶτα.  
Noster autem modesta, nec eleganti  
minus *εὐφημία* utitur. Sic supra:  
'Patruo Æmiliano potius quam fratri  
Pontiano similem futurum.' Plin. l.  
i. Epist. 6. 'Addit preces suas, ut  
decebat optimum virum, pro dissimili-  
mo.' *Pric.*

Ante pedes nostros advolutus] In E-  
pistolis Salviani: 'Advolver vestris  
o parentes, &c. pedibus.' *Idem.*

Ventam et oblivionem præteritorum  
omnium] Herodianus lib. v. 'Ἀμνη-  
στίας, ἀνέσθιν τε πάλαιον ἀμαρτυρούμεν.  
*Idem*: 'Ἀμνηστίας, συγγνώμην τε τῶν

*ἀμνηστῆς*. Nota est Atheniensium lex in hanc mentem lata, e Ciceron. Philipp. II. *Æschia. περί τῆς ἀμνηστίας*. Probe in Thrasyb. Valer. IV. 1. Vo. pisc. in Aureliano. *Ἐφημερίδα ἀμνηστίας* memorat Plutarchus etiam *Παραγγ. πολ.* *Idem.*

Cui haud pridem tyrocinio professionis suae fuerat a me commendatus] Moris fuit in sagata militia ut honestioris notae tyrones darentur docibus viris in disciplinam, ad quorum facta et virtutes componerent se. Evander ad Æneam apud Virgil. lib. VIII. 'Hunc tibi præterea spes et solatia nostri Pallanta adjungam: sub te tollerare Magistro Militiam, et grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat, teneris et te miretur ab aunis.' Ad hanc faciem etiam in togata militia receptum, juvenes recens toga involutos, commendatos Oratoribus velle in foro primi nominis. Auctor Dialogi de Orat. Tacit. seu Quintilianus: 'Apud Majores nostros juvenis ille, qui foro et eloquentiæ parabatur, imbutus jam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a Patre vel propinquis ad eum Oratorem qui principem locum in civitate tenebat: hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, sive in judiciis, sive in concionibus assuescebat, &c. magnus ex hoc usus, multum constantiæ, plurimum judicii juvenibus contigebat.' Cicero in Lælio: 'Ego autem a Patre ita eram deductus ad Scævolam sumpta virili toga, ut quoad posset et liceret, a senis latere nunquam discederem.' Symmachus (cujus et Epistolam 75. l. v. vide) l. II. Ep. 42. 'Commendaveram tibi dedum Macedonit Viri clarissimi filium, quum foro tuo nomen dedisset.' Eadem heic Pontiani institutio, Lolliano Avito commendati: imo vero Appuleii in urbe Domina apud Orfiti amicos. Videsis lib. 111. Floridorum. *Idem.*

*Prope exacto consulatu]* Scio apud optimos scriptores Proconsul et Propraetor sæpe invicem confundi: at Consulem appellari, qui proconsulari Imperio provinciam aliquam regat, non memini alibi legere: sed quia provinciam dividi olim solitæ in prætorias et consulares, posterior ætas eum qui obtineret provinciam consularem appellavit Consulem, et id minus consulatum, ut hoc loco. Sic *θεωρος* 'Λοῖς *πρῶτος* Asiæ provinciam dicitur a poetâ veteri qui epigramma fecit in Laediceen, *Θῆμα δ' ἀμαλδόνωντος ἀντιστοίου χρόνῳ, Μάξιμος ἐκθελον θῆν'* 'Λοῖς *θεωρος*. Enim vero evuluit tandem superbum Consulis nomen: adeo ut etiam magistratus municipalis Consules appellari non erubuerint. Sic ait Ausonius se Burdigalæ fuisse Consulem, et ita apud Philostratum accipio aliquot locis in Sophistarum vitis, ut in Polemone, *ἡ μὲν δὲ Παλλήμῳ οὐκ, πολλοὶ θεῶν.* Mox ibidem, 'Ἦρα μὲν γὰρ τοῦ ἀποσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρόδης ἢ τοῦ θεατῆς τε καὶ ἐξ ὁράτων δοκεῖν. *Idem* libri secundi initio, 'Ἡρόδης ἐτάλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς διαγόνους. utitur eadem voce et in Niceta, in Aristocle, in Antiocho, et in Antipatro Hierapolitano: quibus omnibus locis cave accipias de Romano Consule: sed pro magistratibus, ut dixi, municipalibus, vel alio quo genere dignitatis. Ita accipit Agathias libro secundo, ubi de Trallibus terræ motu eversis loquens ait Augustum *ὁράτους ἐντὰ τῶν ἐν τοῖς μάλιστα εὐπατρίδων τε καὶ οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπελαβέντος, ἡμὰ τῷ σφετέρῳ πλῆθει στείλει ἐς τὴν ἀποικίαν.* Appellat *ὁράτους*, non eos qui tempore Augusti sic nominabantur: sed illos qui coloniam Tralleis deducendæ sunt præfecti. Sed puto scripsisse Agathiam *ὁρατικούς ἐντά.* Casaub. Ad notam Casauboni de h. l. citatus a Viro Docto ad calcem Edit. Casaub. quæ est in Bibliotheca Cl. V. M. Tydeman, Rei-

nes. Rupert. p. 139. Fabrett. Inscript. p. 723. J. B.

PAG. 550. *Vir bonus dic. per.*] Ita oratorem Cato definiuit. Atqui 'Hærennius Senecio mirifica Catonis illud de oratore in Regulum e contrario vertit, Orator est vir malus dicendi Imperitus. Non me Hercule Cato ipse tam bene verum oratorem, quam hic Regulum expressit,' ut est apud Plinium lib. iv. Epistola 7. *Brant.* *Vir bonus dicendi peritus*] Id est, 'perfectus Orator.' Quintilian. lib. xii. cap. 1. 'Habemus ante omnia virum bonum, posthæc adjecit dicendi peritum.' Gellius lib. xviii. cap. 5. 'Antonius Julianus Rhetor, vir bonus, et facundia florentis.' Victor in Dioclet. 'Adolescens bonus facundusque.' Sidonius Apoll. lib. iv. Epist. 1. 'Ideoque non minus te bonum quam peritum pronunciari.' Cicero pro Cæcinnæ: 'Ita bonus et justus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus ac prudens, ut ex jure civili non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur.' Rutilius Numatian. Itiner. lib. i. 'Hic docuit qualem poscat facundia sedem, Ut bonus esse velit quisque disertus erit.' *Pric.*

*Et quidam si perlegam, mea voce pronunc.*] Non prorsus hæc capio. *Pric.* cum ita interrupxit *Scio te, Maxime, libenter ejus literas auditurum: et quidem: si perlegam: mea voce pronuncabo:* quasi hoc velit, tum in primis literas placituras Maximo, si ipse eas legat. Nimis arroganter hoc dictum: et tum addidisset Auctor *ipso vel ego.* Sensus est, vel, 'si tu Maxime permittas, ut literas legantur, mea voce eas pronunciabo,' vel, 'Adeo mihi persuasum est, te, Maxime, libenter auditurum ejus literas, ut ipse mea auctoritate decernere audeam, an eas perlegam, nec ne.' Sic si notet an, de quo vide quos citant VV. DD. ad Plin. Paneg. cap. 2. *Pronunciare*

dicatur iudex, atque adeo is qui sententiam fert. v. Ind. Non absimile illud Nostri de Deo Socr. p. 673. Ed. Flor. 'Respondedit Plato, pro sententia sua, mea voce.' Sic h. l. respondet Maximus, pro sua sententia, voce Appuleii. J. B. *Mea voce pronuntiabo*] Honori Maximi vel Aviti id Appuleius tribuit, quum alioqui moris esset, per nomenclatores, ut sæpe in hac oratione, recitare epistolas, aliaque testimonia, vel scripta. Magistratui autem recitare vel codicem tenere non impune fuisset, immo inter crimina majestatis imminuta habitum olim fuit, ut in Cornelio Tribuno plebis, quem inculenta oratione Cicero defendit. Oratores Græci interdum etiam poetarum testimonia vel sententias per scribas recitabant. Ut Æschines in Timarchum: *Ἀναγνώσκειν οὖν ὁ γραμματεὺς τὰ ἐν τῇ περὶ τοῦτον, ἃ Ὀμήρος πεποίηκε. λέγε πρῶτον τὰ περὶ τῆς Ἑκτορος τιμωρίας.* De tribus lectoribus contra Brutum excitatis a L. Crasso, nota res ex Cicerone de Oratore, et alibi. *Solp. Gent.*

*Laudatorem locupletiores*] Alludit veterem forensem consuetudinem, qua obtinuit ut *Rei* non *Patrones* tantum, sed et *Laudatores* haberent, summæ quantum potuit notæ autoritatisque viros. Passim de his Cicero in Orationibus: 'Viri laudatores' vocat in pro Balbo lib. iii. Noster in Floridia de Emiliano Strabone: 'Cui notum esse tantummodo summus honor est, is etiam Laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodo extitit.' Huic morem inhiibuit Consulatu tertio suo Pompeius. Pintarchus Dio lib. xl. *Pric.* *Struxerit*] V. Berm. ad Petron. c. 6. J. B.

PAG. 551 *Lælius lenitatem*] Vocat Sidonius in Adelphio *Teneritudinem.* *Pric.*

*Gracchus impetum*] Author Dial. de Orat. 'Malim C. Gracchi impe-

im, aut L. Crassi maturitatem.' Quia vero, et cujusmodi hic *impetus* fuit, ex his Plutarchi discite: 'Ο λόγος τοῦ μὲν Γαίου (Γράχου) φοβερός, καὶ περιπαθὴς εἰς δέδωσιν. et statim: Τραχὺς καὶ θυμωδὴς, ὥστε καὶ παρὰ γυνή- μιν ἐν τῷ λόγῳ ἐκφερόμενον πολλὰ- κίς ἐν τῷ ὀργῇ τῇ τε φωνῇ ἀποξύνει, καὶ βλασφημῶν, καὶ συνταράττει τὸν λόγον. Subdit de fistula ejus, quæ sat (arbitror) nota est, e Cicerone, Valerio, Quintiliano, Gellio. *Idem.*

- *Cæsar calorem*] Fabius de eodem loquens, 'Excitationem' vocat. Plinius, 'Vigorem igneum.' Suetonius, 'Ardentem motum gestumque.' Sidonius in Cethego, 'Æstum.' Valerius in Hybrea 'concitationem.' Talia ea Plinii Nepotis, Epistol. lib. II. ab Imperatore admoniti ut lateribus parceret. *Idem.*

- *Hortensius distributionem*] Cicero in Pro Quinctio: 'Faciam quod te sæpe animadverti facere Hortensi; totam causam meam dictionem certas in partes dividam.' Monuit ex ejusd. Divin. in Verr. Scipio, in digitis causas solitum eum constituere. *Id.*

- *Calvus argutias*] Fabius ei sanctitatem tribuit, quæ vox suspecta mihi. *Idem.*

- *Salustius parsimoniam*] *Συτροπὴν* vocasse videtur Hermogenes in Idæis. 'Cobibile dicendi genus,' Nostr et Agellius. *Idem.*

- *Opulentiam Cicero*] Ansonius: 'Enthymemata Demosthenis, opulentiam Tullianam.' Sidonius: 'Varicosi Arpinatis opulentiam.' *Idem.* 'Arpinas dat Consul. opem.' Claudian. 'Victrix opulentia linguæ.' *Idem.*

- *Ne omnia persequar*] Sic in de Deo Socratis lege, ubi vulgo, *Ne omnes prosequar*: [p. 698. Ed. Flor.] alibi eod. lib. 'Ne cæteros longius persequar.' *Idem.*

- *Commutatam*] Ad oram Ed. Casaub. hæc lego: *In V. C. f. nec auctoritatem Valerius, nec effocaciam Antonius, nec simplicitatem Menenius, nec acrimo-*

*niam Appius, nec leporem ac faccæum Augustus.* Quæ, nisi supra exciderint, a studioso lectore sunt adscripta. J. B. *Neque additum* quidquam velis, neque detractum, neque autem aliquid commutatam] In Floridis lib. IV. 'Neque angere litera una, neque autem minui potest.' Et statim: 'Nec revocare illud, nec ante' (lego autem) 'mutare, nec emendare mihi inde quidquam licet.' Tertullianus in Apologia: 'Detrahens, adjiciens, demutans de veritate.' *Pric.*

- *Non usque adeo indulgebo humanitati tue*] Admodum (ut videtur mihi) rara loquutio ista, nec tamen absone Minucius in Octavio: 'Indulgentes inepto atque insano labori, ultra humilitatis nostræ terminos evagamur.' *Indulgere* utrobique puto esse τολεῖν, ὑπομένειν. Seneca eo sensu 'Imperare' de Tranquil. cap. 15. 'Fertilibus agris non est imperandum.' *Id.*

- *Jam propemodum fesso*] Et hinc collige unam esse hanc orationem, non duas. *Scip. Gent.*

- *Magia, maleficii, criminis insect.*] Alterutrum vacat. *Brant.* Scriv. unciis inclusit *maleficii*, quam vocem ego quam minime abesse velim: opponitur enim τοῖς bonum virum, qualem se ab Avito nominatum prædicat. Latinitatis quoque damnandum *Magia criminis insectari*, quod scio defendi posse per ellipsin τοῦ ἐνεκα, sed h. l. non placet. Langnet enim *criminis* post *Magia, maleficii* mentionem. Neque etiam in hac orationis sum parte de *Magiæ* accusatione agit Auctor, sed de eo, quod invasisset Padentillæ domum et compilasse bona ejus argueretur. Quare probabile mihi est, τὸ *Magia* explicationis causa adscriptum fuisse ab eo, qui observasset τὰ *Maleficus* et *Maleficium* sæpe, et in hac Apologia, usurpari de Mago et Magia; scripsisse autem Appuleium, cum tu *maleficii criminibus insectabere*. 'Insectari criminibus,' ut supra p. 481. de eodem *Æmiliano*,



'calumniâ insectari.' 'Insectari criminibus innocentes,' ex l. vi. § 2. ff. de Offic. præsid. citat Brissan de V. S. Quia tamen primaria accusatio erat de Magia, eam vocem delere non ausus sum, sed edidi *Magia et malefici criminibus*. Litera finalis in *Magia* absorpsit et. Sic etiam, si vera est emendatio *Avitus disciplina rationem*, optime Magis mentio ad *disciplina rationem*, malefici autem ad *re optimum* vitrum referatur. J. B.

PAG. 552 *Vestro intacto*] Bene in Glossario, 'Instingunt, vapores.' *Pric.*

Quam in omnibus *Minervæ curriculum*] Discrepant hæc, ut ego sentio, ab his quæ de utroque privigno Appuleius et narravit et narraturus est. Pontianus vitricam dominum, magistrum appellabat. Pudena ut unum et maleficum accusabat: ille et Græcæ et Latine bene doctus, hic tertiatibus verbis animi sensus exprimere vix poterat; ille ad magistros frequenter ibat, hic sapiens in ganeum, et ludum gladiatorum. Quæ de Pudente Appuleius paulo ante recitavit, ea Philippus Beroaldus sic emendare conatus est, cum fratre optima memoria vir occurrat. Cæterum, meo animo, non potius destinato, si veteres libri juvarent, legerem, quam in *infantis omnibus Minervæ curriculum* cum fratre optima memoria viro currat. Stewech. Scribendum censet, quam in omnibus *diversum curriculum* cum fratre opt. m. o. currat. Casaubonus. Aldus, Florent. et Rom. in omnibus *Minervæ curriculum*. Stewech. quam in *infantis omnibus Minervæ curriculum*. Elmenh. Melius Casaub. Q. in. o. *diversum c. Florus* de Pompeii filio: 'Quam diversus a Patre.' Hegesias apud Rutil. Lupum, de figur. sentent. lib. II. 'Diversa studia adolescentium animum adverteramus; uno atque eodem sanguine orti, alter in studio laudis versabatur, &c. alter in augenda pecunia occupatus, summas divitias summam virtutem existimabat.'

*Pric.* Aliquanto propius Matorum lectionem conjecit Gruter. in *Snaspr.* Ined. *diversæ*, quo adverbio utitur. Noster Met. lib. VIII. p. 557. rz. p. 796. Casaubono nemo oblocutus est a seqq. Editoribus, qui ejus emendationem fidenter arripuerunt. *Diversum curriculum* cum aliquo currere tamen Latine dici posse non credo. Quod si in omnibus *diversum* a fratre Pontiano curriculum curreret Pudens, at certe tunc in re non, quod parum et ille literas scripserat, in quibus nimirum pariter Appuleium parentem suum et dominum et magistrum appellarat. Admissa autem vulgaris lectione hoc velle censendus est Appuleius, ex lecta hac epistola posse apparere, quod ad literarum studia, maxime differre Pudentem et fratrem ejus Pontianum, quorum hic ab Appuleio propter probabilem dicendi facultatem Lolliano Avito fuerat commendatus, quum ille, 'frater Pontiani, disertus juvenis, vix singulas syllabas fringultire posset:' ut paulo ante ipse audiverat Maximus. vid. infra p. 556. extr. Per ironiam itaque accipienda hæc, quam in omnibus (l. e. quam prorsus) *Minervæ curriculum* cum fratre currat, quam pari studio et diligentia literas tractet. Non diffiteor, contortam quodammodo esse hanc explicationem, et lectionem illam mihi non placere. Contra expressam tamen Matorum et Edd. vet. auctoritatem eam non ausim mutare, licet magis arrideat acuta Cl. Lennepii conjectura: quam in omnibus *minor, vitæ curriculum* cum fratre, &c. currat. Frater illum superabat non tantum ætate, sed etiam disciplina ac moribus. Supra p. 457. 'Pontianus et natu major et moribus melior.' Sicinius Pudens, in vitæ curriculo quasi certans cum fratre, in omnibus minor reperiēbatur. 'Minor in certamine' dicitur etiam Horatio l. Ep. 10. vs. 35. quem vide et II. Sat. 3. vs. 302. 'Vitæ curricu-

lum' habet Cic. pro Babir. c. ult. et pro Arch. c. 11. Lips. adlevit imper-  
carrie. vel innorme c. Alius V. D.  
adscriptis marg. quam iniquum Minerva  
curr. l. e. inaequale. Mss. nihil va-  
riant, præter Pith. in quo pro minerva  
est misuere. J. B. Curriculum] Ean-  
dem figura in de Deo Socrat. 'Pru-  
denter vitæ curriculo gubernato.' Ci-  
cero pro Babyr. 'In hoc tam exiguo vi-  
tæ curriculo.' Corrige Anthorem Car-  
minis de Judie. Dom. quod vulgo no-  
men præfert Tertulliani: 'Quod præ-  
tium asperest, carum invigilate salutis,  
Et faciles certique bonum decurrite  
cursum:' lege, *Quod spatium asperest*,  
&c. Seneca de Tranquill. 'Non in cursu  
Circique certamine, sed in his spatilis  
vitæ interioris fluctandum est.' Noster  
in Milesiis l. ix. 'Ad senectutis mem-  
spatia validi luctique veniatis.' Pric.

PAG. 553 Nescio quos Chaldaeos con-  
suluerat] Studii, non gentis, est voca-  
bulum, *Chaldaei*. Ex his præcipue  
celebres Africani nostri. Spartianus  
in Geta: 'Severus guarus geniturnæ  
illius, cujus (ut plerique Afrorum)  
peritissimus erat.' Sidonius lib. viii.  
Epist. 11. 'Mathematicos quondam  
(malim quosdam) de vitæ sum fine  
consuluit, urbium cives Africanarum:  
quibus ut est Regio, sic animus ar-  
dentior.' Idem.

Quo lucro filiam collocaret] Por-  
phy. περί ἀποχῆς, &c. Ὅτρε γὰρ εἰς  
γάμον καθίστην, ἢ καὶ γάμον τῷ μύθῳ  
ἐνοχλῶν. Tacit. Annal. xii. 'Chal-  
daeos, Magos, interrogatumque Apol-  
linis Clarii simulachrum super nup-  
tiis Imperatoris.' Miles. ii. Noster:  
'Chaldaeus quidam hospes miris to-  
tam Civitatem responsis turbulentat,  
&c. qui dies copulam nuptialem affir-  
met,' &c. Idem.

Ad consulendis votum confutare] Caes. Bell. Gall. lib. iiii. 'Ad volun-  
tatem eorum fictæ respondeant.' Id.

Ut Dii voluerit] Hinc probemus,  
Plauti Mil. 'Ubi sumus provecti in  
altum, id quod Dii volunt, cupiant

prædones navem illam, ubi vectus  
fui:' recte emendatum eidem Lipsio  
nostro. Cole.

Quasi caeca bestia incastum Alani] Suidas: ἄλκος ἔχων, παραορία ἐπὶ τῶν  
ἀποχῶν τι ἔχει, διαμαρτυρόντων δὲ τῆς  
ἀπείδος. λέγουσι δὲ τὸν ἄλκον, ἐπαιδὸν  
ἔρπιδος τι βλάπτεται, κακώτερα παραγί-  
νεται: ἐπ' αὐτό, ὅταν οὐ μὴ λάβῃ τὸ  
προσπαίρειν, κατὰ κενὸν αὐτὸν χωρὶς φα-  
σιν. (quæ repetit inde fore verbis  
Apostolius.) Theophilact. Simocatta  
Hist. Maur. lib. ii. cap. 17. Ἀρφεὶ  
ἀποχάλλων καὶ τὸ τῇ λογίμωνος τὸ τοῦ  
ἄλκου παθεῖν. καὶ αὖτ' ἀποχῆται ἀπείδος.  
An vero hanc bestiam Appuleius in-  
nuat, nec sat scio: si Lepum voluit  
intelligi, cur caecam dixit? Pric.

Male compertam] Scribendum cen-  
seo, *male compertam*. ut loquantur op-  
timi auctores. Casanb. Forte *malef-  
citi compertam*. Wower. *Male* Florent.  
Alii, *male*. Elmenh. Ne dubites ve-  
rius scribi *male comp.* et Miles. l.  
'Veri comperta,' ubi vulgo *vera*.  
Livius lib. vii. 'Probrī compertus.'  
Tacit. Annal. i. et iv. 'Flagitii com-  
pertum.' Justinus xi. 'Stupri com-  
pertam.' Miles. x. Noster: 'Noxæ  
compertum.' Pric. Lib. i. Met.  
pag. 23. nunc legitur *vera compertum*.  
Florid. *male compertam* interpretatur,  
'quum cognovisset filiam Rufini male  
se gerere:' quod lectio illa significa-  
re non potest. Casanboni emenda-  
tionem amplexi sunt Scal. et Wow.  
invitis Mas. *Male compertam* dici pu-  
to filiam Rufini, quæ suo se damno  
reddiderat compertam, i. e. penitus  
cognitam marito: quia hic eam cog-  
nitam exheredavit. Sic 'male em-  
tum' dicitur, quod in damnum emto-  
ris emtum est. J. B.

Honeste legato] Proprie *Honeste*.  
Infra: 'Mihi tenue nescio quid, ho-  
noris gratia legatum.' Supra: 'In  
quo' (Testamento) 'mei officiosissi-  
me et honestissime meminit.' Pric.

Quippe qui ei ad ignom.] Quasi men-  
dico, qui lectulo careret, et villi

impellebile. Ita Homerus Odyss. γ. "Ὅστε τοῦ ἢ παρὰ πάντων ἀνέμους ἢ πενιχοῦ, ὧς οὔτε χλαῖναι καὶ ῥήγεα πᾶλλ' ἐπὶ ὄκῳ, ὅθ' αὐτῷ μαλακῶς, οὔτε ζεῖναισιν, ἀνέδδεν. Alias linteis amictiri, ornare digitos annulis, pro luxuria nota Hieronymus ponit epistola XLVI. Et mox: 'inter sericum et linteamina videris fulgidus et formosus.' Ibidem: 'Inter lascivas puellas, linteatosque juvenes.' *Scip. Gent.* Edecumator locus hic est quam ut prætercurri debeat: nil tamen toti interpretes, Gentile misso: cujus etiam expositio ejusmodi est, ut et facile eam abesse patiamur. Putat Pontiani uxorem ita egenam fuisse, ut vel lecto destitueretur, adeoque in hunc usum *lintea* legata ei. At hoc fuisset pietatis, non contumeliæ; adde, si is sensus sit, fore otiosa ea, *malè compertam*, ex quibus loci sententia proculdubio pendet. Latet heic aliquid reconditum, cujus umbram fortasse deprehendemus, si *lintea* non ad lectum, sed ad amictum retulerimus; hoc est, ad pallium lineum, quo impudicæ matronæ tegebantur. Isidor. Origin. lib. XIX. c. 25. 'Amictulum est meretricum pallium lineum: his apud Veteres Matronæ in adultério deprehensæ induebantur.' Aluximus, quantum potuit, faciem ex scriptore, cujus etsi non magnopere existimamus testimonio innitendum, penuria illorum tamen quorum pondus et auctoritatem agnoscimus, putamus rejici eum non posse citra imperitum fastidium. *Pric.* Unice vera explicatio Floridi. *J. B.*

PAG. 564 *Externasse*] Reponendum putamus, *exterminasse*, id est, exheredasse, e testamento ejecisse. *Colo.* Proba et sincera lectio, non *exterminanda*, ut reponunt quidam. *Externare* valet, pro externo habere. Sic dictum ut apud Paulum Apostolum ξένος τῶν διαθηκῶν, et ἀπὸ πολλοῦ χρόνου τῆς πολιτείας. Ita loquitur et Appianus quarto De Bellis Civilibus, Ἡμεῖς

δὲ ξένοι καὶ ἄλλοτριοι τῶν συνθηκῶν ἡμεῖς, πολέμησομεν. *Casaub. Externasse.* Ita Florent. et Basil. 1. alii, *externasse.* Elmenhorstius. *Externasse* tenet Edd. usque ad Elmenb. cum *Ms. Pith.* De quo verbo, et de confusione cum *exterminare*, vide ad Met. l. III. p. 214. b. Add. *Facat. Paneg.* c. 19. 'animos nostros proinde lætitia ac dolor externat.' Sed in *Ms. Florent.* legitur *extraneasse*, quod doctus est, quam ut librario tribui posse videatur. Est enim 'extraneus heres' propria in Jure locutio, de qua vide Heins. ad Brisson. de V. S. in v. 'extraneus.' Quapropter, auctoritate Florent. *Ms.* cum *Elm. Scriv. Flor.* rescribo *extraneasse.* *J. B. Externasse eam*] Glossa. ejusd. 'Externavit, extraneum fecit.' *Pric.*

*Præteritasse*] Glossæ *Nomicæ*: 'Πρετέριτος, ἀπόκληρος παῖς μηχανοειδής' (fors. οὐ μηχανοειδής) 'ἐν τῇ διαθήκῃ.' Excerpt. ex aliis Gloss. 'Præteritus, 'Ο ἀμύητος.' *Idem.*

*Objicit et obsternit*] Lego, *objicit et substernit.* Modius. Placeret magis, id quod etiam doctissimum Modium nostrum velle video, *substernit.* Tertull. de Spectac. 'Quibus viles animas femine aut illi etiam corpora sua substernunt.' *Colo.* *Obsternere* est ob oculos sternere. Cur malint quidam *substernit*, nulla ratio legitima afferri potest. Scribo deinde, *At ille puella meretricis blandimentis, et lenoniis patris illect.* *Casaub.* Elegantius mihi dici videtur *obsternit*, et *ἐμφατικώτερον*, præcedente verbo, *Objicit.* Sonum enim illum captavit. *Scip. Gent.* *Objicit.* An oggerit? Supra, 'Quicquid Manium, &c. oculis tuis oggerat,' et in Floridis lib. III. 'oggerere se præsidibus.' Pro *obsternit* Modius et Colvius inepte, *substernit.* *Pric.* Defendit vulgatam lectionem Heins. ad Ovid. Met. lib. III. vs. 575. etsi ad τὸ *substernere* invitare ait Sueton. Ang. c. 68: 'pudicitiam suam alteri substernere.' Verbum

*obsternere* agnoscent quidam apud Amm. Marc. xix. c. 2. sed alio quodam sensu: 'humum corporibus obsternebant,' ubi tamen in novissima Ed. Wagneri *obstruebant*, licet *obsternebant*, non improbet Burm. ad Ovid. l. c. An alibi legatur verbum *obsternere* me latet. Sed analogice id. finire potuit App. ad normam τοῦ *objicit*: quare sequor Mss. et Edd. J. B. *Meretricis blandimenta*] Sidorius lib. ix. Epist. 6. 'Meretricii blandimenta naufragii.' Theodoret. *περὶ ἱεροσολ.* in Histor. Josephi: Ἀδ-  
 γους ἑταίρους, καὶ ἡδονῇ κεχρασμένους.  
*Pric.*

*Et proventum capis*] Elegans is sermo, nec mirum, quia Plautinus: apud quem eundem reperis bis terve in una Truculento: atqui bene profecisse, recte provenisse dicuntur, qui re, vel liberis aucti: in malam quoque partem sumi Nonius ostendit. Apuleius lib. x. de Asino: 'at ille nequam ut posset de me anave provenire, lucro suo tantum contentus ananit.' *Stewech.* De voce *Proventus* vid. ad Met. lib. iv. p. 275. b. et ad l. x. p. 738. b. *Prochem* Ms. Pith. *Hem.* Pro in isto Edd. Vulc. sec. tert. et Wow. in illo. J. B.

PAG. 555 *Intestati pueri legitimum magis quam justum heredem*] *Hæres legitimus* est quem κατ' ἀρχαιοτάτων vel κατὰ γένος κληρονόμον Aristoteles vocat, II. Polit. nempe qui intestati hæres est proximitatis jure. Quintilian. Declam. 308. 'Proximum a testamentis locum habent propinqui, at ita si intestatus quis, ac sine liberis decesserit; non quoniam utique justum sit ad hos pervenire bona defunctorum, sed quoniam relicta, et velut in medio posita, nulli propius videntur contingere.' 'Hæres justus' est, cui ex Testamento et voluntate defuncti hæreditas obvenit. Aristoteli ibid. lib. ix. Ep. 62. κληρονόμος κατὰ δόξιν. Symmacho 'successor scriptus,' et a *legitimo* distinctus.

Multa de utriusque congestere ex Prudentiam placitis Alciat. Paradox. lib. iv. et Fornerius ad l. cxxx. de V. S. *Pric.*

[*Tacitas omnium*] Fulvius, *hominum suspic.* recte. *Abrumpere* autem h. l. positum videtur, pro aperire, et in apertum propellere occultas suspensiones de *Emiliano. Scip. Gent.* Efficacius est *omnium*, quod non metandum. J. B.

*Male vos qui suggestistis*] Nutu vel admurmuratione, vel risu ad illa verba Appuleii secuto: 'Favet enim Rufino *Emilianus* et proventum cupit. Hem!' Significat enim sibi soli consulere *Emilianum*, nec ad *Rufinum* quicquam ex hæreditate pueri, præter plorare, pervenire velles. *Scip. Gent.*

*Si verum velis*] Supra: 'Imo enim vero si verum audire velia.' In *Milesiis*: 'Vis verum scire materfamilias?' *Florus* lib. iii. cap. 7. 'Si vera volumus noscere.' *Pric.*

*Investem a nobis acc.*] *Investis*, proprie, cui nondum vestitur pudor, ut loquitur *Tertullianus*; tamen aliter *Glossarum* auctor: 'Investis, ἔφθορος.' recte: nam quod in femina virgo, id in mare investis. *Tertull.* de virginibus velandis, 'Materfamilias vocatur, licet virgo, et paterfamilias; licet investis.' Ibidem, 'si virgo mulier non est, nec vir investis est.' Est igitur investis qui Græce ἡθῆος: quo sensu veteres Latini etiam pueros virgines vocarunt, ut notat *Nonius*: et in patrum scriptis frequenter. Sic et *παρθένος* accipitur interdum pro ἡθῆος: ut *Apocalypseo* cap. 14. Contrarium est *vesticeps*, δ' ἐφθαμένος καὶ τῶν ἀποθνήσκων ψέλων ἔχων. *Casaub.* Videatur *Scip. Gentilis* *Commentarius. J. B. Investem a nobis accepti; vesticem illico reddidisti*] *Investis* est idem quod impubes, ut veteres Grammatici docent. *Palladius* lib. ii. cap. 14. 'Investis puer hoc, aut aliquis satis purus, effi-

ciat.' Ita dicitur non a Vesta, id est, pudicitia, ut negatur suo more Nonius, sed a lanugine, qua carent, quæ vestis appellatur. Gellius lib. v. cap. 19. 'Sed arrogari non potest, nisi jam vesticeps, id est, pubes, et major xxv. annis.' Eruditissimus Casaubonus probat, quod in veteribus glossis scriptum est, 'investis *ἐπέσπεος*:' nam quod, inquit, infemina virgo, id in mare investis. Tertullianus de virginibus velandis: 'Materfamilias vocatur, licet virgo, et paterfamilias, licet investis.' Ibidem: 'Si virgo mulier non est, nec vir investis est:' esse igitur investem, qui Græcis *ἡδρος*, quo senes et pueros virgines vocarunt Latini veteres; et in patrum scriptis frequens est. Vesticeps ergo ὁ ἐπὶ ἀπυρρὸς καὶ τῶν ἀπὸ δούλων τῶν περὶ τὴν ἑξῆς. Cui significationi plane congruit hic locus Appuleii. Significat enim scortis eum deditum, et Veneris cognitionem habere, ut Cæsar loquitur. *Scip. Gent.*

PAG. 586 *Inter scorta et pocula, puer hoc ævi in convivio agit*] Cicero Catil. ii. 'Accubantes in convivis, complexi mulieres impudicas.' Miles. viii. Noster: 'Juvenia luxurie popularis, scortisque et diurnis potationibus exercitatus.' P. Africanus apud Gellium vii. 12. 'Qui in convivis adolescentulus cum Amatore, cum chridota tunica inferior accubuerit:' quæ verba (aliquantillum emendans ea, et glossæmate expurgans) fere ad hanc faciem puto componenda: 'Qui in convivis adolescentulus cum Amatore in chridota accurit.' Operam neque se suam, neque nos nostram heic lusisse, speramus deprehensurum eum quisquis locum inspexerit. *Pric.*

*Magister in convivio*] Ita vulgatus Edd. Sed Ms. Pith. et Ed. Junt. post. carent præpositione. Bene. Paribus membris constat oratio, et sic statim seq. in non ingratum est auribus. Intrusum est in ab illis qui

elegantiam non capiebant locutionis *magister convivio*, cujus tamen similes apud optimum quemque auctorem invenias. Cic. Catil. ii. 6. extr. 'hunc bello docem.' Familiaris hic modus loquendi Septim. de B. Troj. ex. gr. ii. 32. 'dux Trojanis:' cf. et 42. ibid. c. 46. 'castos castris:' iii. 10. 'Imperator Echionadibus.' Spart. Hadr. c. 4. 'quem Parthis regem fecerat.' J. B. *Magister in convivio*] Varro Antiquit. Human. lib. xx. 'In convivis qui sunt instituti potandi Modimperatores, Magistri.' Idem de Ling. Lat. lib. iv. 'In publico convivio etiam nunc Antiquitatis retinenda causa, quum Magistri fiant, potio circumfertur.' Sidorius, 'Regem convivii' vocat. 'Regem mentis' Macrobius. Horatius 'Patrem carnis,' et 'Bibendi arbitrum.' *Pric.*

*In ludo quoque gladii.*] In hac periodo non pauca fuerant depravata, in hunc modum, in ludo q. g. frequens visitor, nomina g. et p. et v. plane quidem, ut puer honeste ab ipso l. d. Porro ex hoc loco apparet, in ludo gladiatorio assistam nonnullos honestiores docuisse per se: reliquos autem per alios, quorum opera ipse vice *brodibaardus* utebatur: sic fieri amat in aliis quoque ludis. *Casaub.*

*Nomina gladiatorum, et pugnas, &c.]* Eorum nempe qui tum temporis in Provincia noti maxime. Tales famosus vocat Milesius iv. et x. Firmicus celebres. M. Cicero nobiles: et quo melius innotescerent, eorum imagines in publico exponi solebant: nunc tabulis, nunc parietibus pictæ, aut aliter, pro Munerarii libitu: videatur Plinius lib. xxxv. c. 7. Morem hunc illustrat pavementi veteris ex tessellato opere fragmentum, in quo paria sex septem videre est, nominibus adscriptis: edidit Clariss. Velserus in Monumentis Augustanis. *Pric.*

*Ut puer, honeste*] Neque Colvium audiendum puto, neque Casaubonum, quo præcunte, seqq. O. dederunt ho-

nestas. Nam repugnant Mss. et Edd. veti. neque est necessarium. Pueri literis et disciplinis *honeste* imbuuntur. Noster Flor. n. xvi. prope fin. 'Jura amicitia a commilitio studiorum eisdem magistris inchoata honeste.' Jam vero Padens nomina gladiatorum, ut rem honestam, *honeste* docetur. *Plane quidem ut puer*, i. e. quam inter pocula minime se puerum præstat, in hoc *quidem plane ut puer* tractatur, quod docetur. At verò quid docetur? nomina gladiatorum, et pugnas, et vulnera. Mordax est ironia in *q̄ honeste*. Est qui legat *honeste ut ab ipso* l. J. B.

*Ab ipso lanista docetur*] Spectant huc 'lanistarum dictata' apud Suetonium Jul. et 'Lanista regia verba' apud Juvenalem Sat. xi. quod ait, 'ab ipso lanista,' subest Emphasis: et vera est viri summi conjectura, docuisse *lanistas* ipsos nonnisi honestioris notæ tyrones, alios per *subdoctores* suos; quod et in cæteris tabernariis artibus consuetudinalis fuisse, docent ea Satyrici ejusdem, Sat. vi. 'A Tonsore magistro Peeteris:' etiam e Petronio locus, et Martiali viii. 52. *Prie. Plane quidem ut puer honestus a lanista docetur*] P. Scipionis ad locum respexisse Appuleium, dixi. Ironice autem dictum est, *plane ut puer honestus*, id est, ingenuus et nobilis, quum in ludo gladiatorio servi tantum et damnati docerentur. Casanboni interpretatio et sententia nondum mihi probari poterit. *Scip. Gent.*

*Loquitur nunquam nisi Punico*] Lingua Punica ei patris erat. Sed Romana lingua tamen in summo et pretio et usu fuit in Provinciis, maximeque in Africa, tandem etiam, ut populus ea promiscue loqueretur, quod ex D. Augustino et aliis docuimus in libris de Antiquis Italiane linguis. *Id.*

*Latine enim neque vult*] Titinnius apud Festum: 'Osco et Volce fabulantur, nam Latine nesciunt.' *Prie.*

PAG. 557 *Fringultientem*] Claud.

Mamercus loco superius adhibito: 'interque ractandum quasdam singulatum voculas fringultientem,' male vulgo *unculas*, fuitque eum *quasdam singultientibus*, inde facerem. Sidon. Apollin. i. viii. ep. 9. 'Presbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne missantibus quidem.' *Brunt. Fringultientem*] Ita et supra: 'Fringultiat, vel omnino obmutescat.' Ubi Colvinus hanc vocem restituit Sidonio Apollin. Epist. 10. l. vii. 'Presbyterorum paucis angulatim fringultientibus.' Ubi vulgo, *singultientibus*, et recte meo iudicio. Ita enim Horatius l. i. Sat. 6. 'Ut veni coram, singultim pauca locutus; Infans namque pudor prohibebat plura profari.' *Scip. Gent. Vix singulas syllabas fringultientem*] Quod *repperimus* Miles. i. 'Incerta verborum salebra balbutire' vocat. v. 'Singula sermonem incertare:' et ibid. 'Tertiata verba semihianti ore substrepere.' viii. 'Incerto sermone balbutire:' et xi. 'Devorare verba, singula crebro sermonem interficere.' D. Hieronym. 'Balbutientem linguam in dimidiata verba moderari.' Quintilian. 'Intersistere, offensare, et singultantium more verba ejicere.' Calpurn. Eclog. vi. 'Qui vix stillantes arida voces Rumpit, et expellis male singultantia verba.' Juliano iv. Orat. *Ἀγὼρ κίττων πρέβωμι*. Plutarcho in Cicer. *Ἐκλογεῖσθαι τὴν φωνήν*. *Prie.*

*Damna morum*] Symmachus lib. v. Epist. 48. 'Morum ejus damna non sinunt,' &c. Estne a Græcis assumptum hoc, qui *ἑλαττόματα* non absimiliter enunciant? *Idem.*

*Candidato illo socero*] Sentit Herennium Rufinum, de quo alibi sæpe. Scipio *candidatum* hunc vocari putat, quia hereditatem puericum Emiliano petebat: nihil ab Authoris mente longinquus est. 'Socero *candidatum*' appellavit, quia Tannonio filiam obtinebat. Supra: 'Scriptis hæredes' (Pontianus) 'tam hoc Testamento,

quam priore, quod lectum est, matrem cum fratre: cui, ut vides, admodum puero, eandem illam filie suæ machinam Rufinus admovet, ac mulierem aliqui multo natu maiorem, &c. misero puero obicit, et obsternit.' *Id. Et candidato illi socero*. Cur candidatum adpellat? opinor, quia hereditatem pueri cum Æmiliano petebat, quasi competitor quidam. Candidati enim iidem qui competitores. Unde locus in quemdam negligentius ludentem, 'Eum pilam petere tamquam candidatum Cæsaris.' id est, negligenter et securo animo, ut qui repulsum non timeret. *Scip. Gent.*

*Exheredaret*] Gloss. 'Exheredare; ἀναιρησθαι τὸν κληρονόμον.' Plauto 'Exheredem facere,' Bacchid. et Mostell. *Pric.*

*Elogium gravissimum*] Loquitur signantissime. Cicero pro Cluent. pari argumento: 'Elogium recitati Cn. Egnatii Patris, idcirco se exheredasse filium,' &c. Glossæ: 'Τὸ ἐλὸγιον βολδογῆς. Elogium.' Alie: 'Elogium, ἀνέκδοκτος ἢ διὰ λόγῳ.' *Idem.*

*Veniam tribueret*] Venia, non est γράμη, sed χάρις. Sic apud Cicero- nem æpiissime. *Casaub.* *Mihi hanc veniam tribueret*] Miles. III. 'Cubitus tributa venia concedo.' IV. 'Numinis sui passim tributa venia.' V. 'Novæ nuptæ precibus veniam tribuit.' Recte Castigator summus, 'Venia, χάρις,' non συγγράμη. Virgil. IV. 'Extremam hanc oro veniam.' *Idem* X. 'Sin altior istis Sub precibus venia ulla latet, miserere sororis.' Florid. I. Noster: 'Veniam postulare.' i. e. a Diis gratiam, vel beneficium petere. *Pric.*

PAG. 558 *Si quid ei hum. attigisset*] Formulam hanc vide in notis ad Velleum Schœchii p. 201. Nec forte mutandum hic obtig. Mutare enim inter se præposit. ad et ob ex multis auctorum locis clarum. Sic de Deo Soer. *Obtestari pro attestari*, ut et Tacit. III. Hist. 'aut suis moriturum

obtestans,' et IV. Hist. 'obtestante vocula.' Vellei. 'obniti' pro 'admitti.' p. 9. 'Acclamare' pro 'occlam.' p. 22. Item Seneca Ep. 47. 'Adjiciet' pro 'objiciet.' Auson. p. 256: in Grat. Act. Petronius 'adumbratæ' pro 'obumb.' p. 56. 'Alligare' pro 'oblig.' Val. Max. I. VI. c. 2. 'Fascia. crus alligatum' (vet. colligatum) 'habenti,' ubi leges obligatum. Sic 'ad libidinem' pro 'ob lib.' Noster, 'ad honorem' pro 'ob h.' Flor. II. item p. 126. Colv. 'ob iter' p. 103. Sic Terentius Adelp. Sc. 'Obaacro populares.' 'Ob malefacta hinc,' i. e. ad hæc s. præter illa, quæ ante enumeravit. *Acidal.* *S. q. ei hum. accidisset.* Fulvius. Idemque mox: *Cape istud, ut matris tuæ testamentum.* Statim malim: *Sed Rufini nuptias, sed temulentum illud collegium parasitorum.* Sciopp. in Symbola. Flor. et Rom. *attigisset.* Elmenh. Quidam pro *obtigisset* positum putavit, ut *obtestari* pro *attestari*. Casaubonus alterum scribi vult, *attigisset* vel *contigisset*. Ego nil. muto. Glossæ: 'Attingit' (fors. *attigit*) 'συνεσπῆσθαι' neque turbet Syntaxis 'attingere alicui,' Archaismus est, ut 'attingere ab aliquo,' quod memini Plautum bis ponere in Bacchid. *Pric.* *Accidisset* edidit Scal. Si quid mutandum, malim, vel, *obtigisset*, quod adiecit quoque Burm. vel, *eum attigisset*, cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Est sane rarissima loquendi forma *si quid ei attigisset*: quem tamen sine ulla auctoritate nondum mutandam puto. Rarissima est quoque loquendi forma 'Sors Tyrrhenum contigit' apud Vellei. I. 1. ubi cf. Rulnken. quæ non minus facile in usitatorem formam *sors Tyrrheno contigit* posset mutari. Ms. Pith. *ne quis ei h. att.* J. B.

*Rumpi tabulas istas jube Maxime*] Id est, aperiri, quod non poterat fieri, nisi lino prius rupto vel inciso, quod tabulas trajici mos fuit ex Senatusconsulto Neroniano. Et Proconau-

lem rogat. Licuit enim magistratui, non privato; ut dixi ad l. II. Cod. de testam. *Scip. Gent.* Si quid ei humanitatis attigisset. Cicero Philipp. 1. 'Si quid mihi humanitas accidisset:' et in vet. Lapide: ΕΙ ΜΗ ΤΙ ΑΤΤΟΧ Ο ΑΧΙΑΑΕΤΣ ΠΑΘΟΙ ΤΙ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ. *Pric.*

*Nomen maritus in Tabulis uxoris non habebat*] Valerius: 'Cum interim nec nomen quidem ejus Tabulis Testamenti adjecerit.' Magno hoc dedecori habitum, amicorum 'supremis iudiciis' præteriri. Inde Suetonii illud de Augusto: 'Voluntates ultimas morose eum pensitare solitum,' et Ciceronis in Antonium, ejusmodi eum hominem fuisse, 'ut nec nomen ejus in Tabulis ullius repperiri posset.' *Idem.*

PAG. 559 *Obsequentissimum*] Sic in veteri lapide: D. M. AMILIO. VALE- RIO. CHORINTO. HOMINI. BONO. QUI. VIXIT. ANN. XL. DEFUNCTO. HONORI- BUS. EDILICIIIS. ANTONIA. TORTONIA. MARITO. OBSEQUENTISSIMO. B. M. F. *Casaub.* Sic sæpe in antiquis inscriptionibus Gruteri fol. 359. 778. 790. 831. Aldus de Orthographia pag. 86. IULIVS APOLLONIVS SIBI ET ATTIVÆ VALERIVÆ OBSEQUENTISSIMÆ C. *Elmenh.* *Obsequentissimum maritum.* Inscriptio vetus:

... ALBANA SABINA

MARITO OBSEQUENTISSIMO ...

Alia:

... IULIA AGAPE POS.

OBSECV. MARITO ...

Tertia, Casaubono notata:

... ANTONIA TORTONA

MARITO OBSEQUENTISSIMO ... *Pric.*

*Tumulentum illud collegium, Parasites tuos*] Ausonius Ep. IX. 4. 6. ubi v. 'Et Parasitorum collegia Plantinorum:' ubi Turnebum collecta magis curiose quam feliciter legisse, vel ex isto Authoris nostri loco comprobatur. *Collegia* ista, quæ et *Sodalitates* dictæ, et *Sodalitiae*, erant corpora, conventusve hominum, ut plu-

*Delph. et Var. Clas.*

rimum artes humiles colentium. Et quia in corporibus his quotidie com- potationes fiebant, fabulis item, com- messationesque, et similia deliramen- ta: inde factum, ut gradatim vox ea in nequiores sensum traheretur, cæ- tasque ebriosorum, hellenonumque non alio tandem nomine signarentur. Ho- ratius Serm. 1. 'Ambubaiarum colle- gia, pharmacopolæ.' Philo Judæus de Civitate Alexandrina: Θίαιο: κατὰ πόλιν εἰσι πολυδύθρακτοι, ὧν κατέρχου τῆς κοινῆς οὐδὲν ὄντως, ἀλλ' ἄκαρτος, καὶ μέθη καὶ παρρησία. Tertullian. ad Uxor. lib. II. cap. 6. 'Discumbit, &c. in sodalitiis, sæpe in populis.' Aristotel. Polit. II. 'Ερασιῶν τὰ συν- οίτια. *Idem.*

*Et quidem mor a principio*] Proprie, et ex consuetudine. Horat. Serm. II. 'Quid prima secundo Cera velit ver- su: solus, multisne cohæres, Veloci percurrere oculo.' Juvenalis Sat. 1v. 'Si munere tanto, Præcipuam in ta- bulis ceram senis abstulit orbi.' Sche- liaster: 'Præcipuam, id est, primam, in qua hæredes scribuntur.' *Idem.*

*Manu*] Glossæ: 'Πολυπραγία, Mul- titudo, caterva manusio.' Lege Πο- τυπραγία, m. c. manus. *Idem.*

*De sinu tuo*] Supra: 'Quum adhuc in ejus sinu alerere.' Symmach. lib. II. Epist. 17. 'Filii nostri in sinu avi- um morantur.' Author Dial. de clar. Orator. 'In gremio, ac sinu matris educabatur.' *Idem.*

*Contumelias dixit, et fecit*] Cicero Philip. III. hanc ipsam locutionem in Antonio vellicat: 'Porro' (ait) 'quid est contumeliam facere? quis sic lo- quitur?' boni Scriptores, inquam ego, Seneca Epist. 71. Quintilianus Decl. v. et XIX. Sic et Petronius, 'Fastum facere?' Phædrus 'convitia:' neque aliter Latini nominis principes, Plau- tus Asin. et Terentius Phor. *Idem.*

*Nomen tuum pro Tribunalibus venti- lavit*] Optat. Milevit. 'Quorum no- mina flabello invidiæ ventilasti.' D. Hieronymus in Epistolis: 'Ventilare

*Apul.*

9 Z



Collegæ famam ore maledico.' Gregor. Nazianz. Τοῦ καποῦ βενωθέρως ἡδὴ ταῖς αἰσῶς τοῦ πονηροῦ, at nemo spior perior hac ὁπδὲν D. Cypriano. Id.

PAG. 560 *Pro pedibus tuis adjicio*] Sententia, ni fallor, postulat, *abjicio*. Casanb. Id est, ante pedes tuos *abjicio*, quod rectius Casaubonus putat; sed *adjicio*, lenius verbum est, et mollius. Neque enim ad pedes proconsulis testamentum abjecit Appuleius, quod contumeliosum testatrici uxori fuisset. Sed ad mensam infra positam vel subsellium tribunalis, in quo proconsul sedebat. *Scip. Gent.* Mallin, *abjicio*, h. e. *projicio*. In Milesiis: 'prorum se abjicere,' et 'abjicere se in lectulo.' Macrobius ad Virgilii ea: 'Projectaque saxa Pachyni.' 'Projecta, si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur abjecta.' *Pric.* *Abjicio* cum Casanb. et Salm. dant Scal. cum seqq. exceptis *Gent.* et *Pric.* quum antea et in *Mss.* legatur *adjicio*: quod auctoribus libris revocavi. Plura sunt loca, in quibus *adjicere* legitur, ubi pari jure id in *abjicere* possis mutare. Hoc autem loco *abjicio* habet nescio quid contumeliosi, ut recte observasse mihi videtur *Gent.* J. B.

*Mihi ut ultra pro eo deprecet, locum non reliquit*] Lysias apud Rutil. Lupum de Figur. &c. lib. II. 'Quem aciam tantum facinus in se admisisse, ut in reliquum tempus, neque beneficii locum, neque benevolentie spem relinqueret.' *Pric.*

*Ipsæ jam ut sui potens, ac qui acerb.*] Vulg. *ipsæ jam ut sui potens ac vir, acerbiss.* Casanb. Quoniam *Mss.* et Edd. vett. habent *sui potens ac vir*, quod vim habet huic loco convenientem, id retinendum est. Quasnam autem acerbissimas literas intelligat Auctor, non satis clarum. Credo tamen, acerbissimas literas intelligendas esse contra Appuleium et ad eum accusandum scribendas: quoniam sequitur, 'qui poterit perorare,' nempo causam adversus me, 'poterit exo-

rare,' i. e. iram ejus delinire. Sed locus obscurior est. Fortasse legendum, *acceptissimæ*. J. B.

Qui poterit perorare, poterit exorare] Sidonius lib. IX. Epist. 3. 'Collegarum sacrosanctorum oratu exorare, ut perorares.' Ennod. Ticinens. 'Erat orandi fastidium, dum perorandi tenebar cupiditate.' *Perorare* his locis non est *ἐπιλέγειν* sed simpliciter 'habere Orationem,' certe 'persequi,' 'adlegare.' Glossæ: 'Perorat, *δικαιολογεῖται*.' *Pric.*

PAG. 561 *Exiguum Herediolum*] Ut apud Julianum *μικρὸν οὐρετηριδιον*. fuit quum *prædiolum* legerem. Gellius XIX. 7. 'Possidebat tenue prædiolum:' nunc nil mutatum eo: in Floridis, 'sterile herediolum:' infra heic: 'Num ipsum heredioli pretium invidiosum est?' Festus: 'Herediolum: prædium parvulum.' Vet. Onomast. 'Herediolum, *πρηδιον*.' Id.

*Non me sed Pudens. suo*] Acidalius pro *non me* adjecta literula legendum putat, *non meo*, sed nihil refert, utro modo legas. Nec solum hic negat Appuleius suo nomine eum prædium, sed et se emisse, quorum utrumque supra posuerunt, me et meo nomine, &c. ut adversarii objiciebant. *Scip. Gent. in App.* Id quoque *non me, sed Pudentillam suo nomine emisse, &c.* Cicero de Menone Xeneno quodam, in Verrinis: 'Dicebat ille, non modo non arasse se id quod in satis erat, sed nec Dominum ejus esse fundi, nec locatorem; uxorem esse, eam ipsam suum negotium gerere, ipsam locavisse.' *Pric.*

*Tributum dependi*] Tributa pro prædiis et fundis pendebantur. L. XLII. D. de pactis. L. XXX. D. de Usufr. leg. Sidonius Apollinarius lib. VI. Epistolar. 'Ut debitum glebæ Canonem non petatis; tantum lucelli præstitum sibi computat, peregrini hominis ut census sic animus angustus, ac si in patrio solo hysticaretur.' *Colo.*

*Quæstor publicus, cui depensum est]* Sidon. Carm. v. 'Erat ille quod olim Quæstor Consulibus: tractabat publica jure Æra suo.' Asconius III. Verr. 'Prima Senatoris administratio est Quæstorem fieri: et in Provincia eam gerere pecunie publicæ.' Glossæ Vindocinens. Ms. 'Quæstores, pecunie publicæ Procuratores.' Eadem: 'Quæstor, qui pecunie publicæ condenda præest.' *Pric.*

*Corvinus Celer]* Paulo post: 'et Corvini Clementia.' Utrum rectius? *Celo.*

*Vir ornatus]* Mirum, quod non ornatissimus, dixerit, præsertim quum de Quæstore publico loquantur. Sed parciore olim in his titulis et encomiis fuere: meminique hoc loco T. Livium ab eruditissimo Victorio malevolentis crimine liberari; qui Polybium laudans, haudquaquam aspernandum Auctorem dixerit. Forte ornatum dixit Quæstorem Appuleius; non tam laudis causa, quam ordinis et dignitatis, ut qui ornamentis senatoriis uteretur: primus enim gradus in Senatum veniendi quæstura fuit. *Scip. Gent.*

*Tutor, auctor mulieris]* Tiraquell. ad l. 1. Connub. Num. 72. Brisson. de ritu nupt. Hotoman. ad Cicer. Orat. pro Cæcinnâ. Nicol. Loens. Epiphyll. VII. 9. Rævard. Var. I. et II. cap. 10. *Pric.*

*Testimon. Cass. Long. Tutoris, et Corvini Clementis, quod recit. est]* Adulterina tota sunt, nihil ad loci sententiam facientia. Scias a studioso quodam esse, qui e loco testimonia Longini et Corvini recitata esse ad oram libri sui adnotaverat. Quo ergo jure in contextum recepta, eodem ad auctorem suum ablegentur; et in vacuum porro asterisci veniant, quorum proprius ei rei significandæ usus. *Acidal.* Supra, Celerem non Clementem nominavit. Sed tria nomina eum more Romano habuisse existimandum est, Corvinus Celer Clementis. *Quod recitatum est:* Puto hæc

verba ex ora libri et nota irrepsisse in contextum, quum sufficiat et mos sit, indicem solum poni testimonii vel altarius scripti. *Scip. Gent.* A. Schottus observat. libr. v. cap. 15. legit, *Corvini Celeris quæstoria*. Recte. *Elmenh.* Ita hæc vulgo eduntur. Sed Scriv. addidit *deest*, et, pro *quod recitatum est*, rescripsit *Quæstoria* cum Salm. in marg. et Schotto Observ. v. 15. rectissime: nam in Ed. Junt. post. legitur Q. R. quasi sit compendiosa scriptura *roû Quæstoria*, quod totidem literis enotatum e Vet. Cod. quem puto Fax. esse. In Pith. compendiose quoque scriptum est, fere ut in Junt. post. Schottus leviter suspicatur, an legendum sit *quid responsum*, V. D. in marg. Junt. post. *Quæstoria Publici*. Major est difficultas in nomine *Corvini*, qui supra *Celer*, hic *Clemens* vocatur, quem vero Schottus, Gentil. et Florid. *Corvinum Celerem*, Lips. in marg. *Corvinum Clementem*, Gentil. et Florid. etiam *Corvinum Celerem Clementem* dictum fuisse putant. Tria hæc nomina eum habuisse non credo. Videntur enim his temporibus duobus tantum nominibus fere appellati fuisse Romani. In serie nobilium utique, a Severo occisorum, apud Spartianum in ejus vita c. 13. ne unus quidem tribus insignitur nominibus: et cur potius supra *Celeris*, hic *Clementis* nomine nominaretur? Utrum vero *Corvinus Celer* an vero *Corvinus Clemens* dictus sit, non affirmo. *Caninius Celer* orator memoratur Capitol. in M. Anton. cap. 2. idemque *Celer Caninius* dicitur eidem in Vero c. 2. *Clemens* poëta, amicus Appuleii, memoratur Florid. l. 1. Hunc eundem esse qui hic Corvinus dicitur, censere videtur Cuspinianus Comm. in Cassiodori Cons. ad ann. U. MCCCXLV. 'Fuit et olim Corvinus Clemens eruditissimus et poëta suavissimus, Alexandri Macedonis gesta complexus, et Appuleio familiaris: sed auctorem stam non nominat. cf. Voss. de Hist. Lat. III. 1. Pro tuto-

ris Salm. et alius V. D. adlevit auctoria. V. Gentil. comm. J. B. Tutoris. Pudentilla ergo Appuleii jam uxor alium tutorem habuit. Id quod moribus Græciz, ex qua natione fuit Pudentilla, conveniens erat. Cicero pro L. Flacco: 'Emptiones falsas cum mulierculis fecisti. Tutor his moribus Græcorum adscribendus fuit.' Jure Romano nuptæ in tutela maritorum erant: ut patet ex Oratione M. Catonis de L. Oppia, Livii lib. xxxix. Utique eæ quæ in maritorum manum convenissent; alias enim soltas tutela fuisse Cicero in Topicis et Boëtius demonstrant. Sed hæc ita olim. Postea nec curator quidem vir esse mulieri potuit, ut alibi supra docui; id est, initio hujus Orationis. Alium esse tutorem mulieris etiam nuptæ, jure non interdictum, et hic Appuleii locus demonstrat: tametsi non proprie et plene, Tutorem fuisse eum existimandum ait. Nam nec iis quidem temporibus quæ in tutela maritorum erant, ea tutela eadem quæ pupillorum fuit, ut ostendit idem Boëtius. Consultor potius quidam et *παρὰ τὸν νόμον* fuit, quam tutor. Virgines Vestales Plutarchus scribit in lege Numæ et testari vivo patre potuisse, et alia facere *ὡς οἱ πατέρες καὶ ὅτε καὶ καὶ τοιοῦτοι εἴχον ἑξαπλαστο*, Augustus scilicet. Puto enim legendum, *τοὺς τοιοῦτους, quæ ter pepererunt*, ex dicto Plutarchi loco, et ratione ipsa. Nam cur alioquin non dixisset Dio, *Matres?* et nota privilegia sunt, quæ tributa mulieribus ter enixis. Dotem etiam dicere mulier non poterat, nisi tutore auctore, ut est in ea pro Flacco. Scip. Gent.

PAG. 562 *An ut cum dotem filijs suis restipularetur*] Supra: 'Præter hæc, ea conditione factam conjunctionem; si nullis ex me susceptis liberis, vita demigrasset, ut dos omnis apud filios ejus Pontianum et Pudentem maneret.' En restipulationem de qua hoc loco agit. *Pric.*

*An uti rem f. . . condonasset . . . mihi quidquam impartiret*] *Lego condonaret*, et statim, *mihi nihil quidquam impartiret*. Idem. Malim, *mihi nihil quicquam*. Brant. *Nec aut nihil in contextu addere debuerat Florid. aut non interpretari: 'mihi vero nihil prorsus largiretur.'* Edd. nihil variant. Sans tamen hæc non sunt. Jungerm. Epp. Gnd. p. 365. pro *an uti legit et ubi*. Sed præcedens *uti . . . an ut*, et sequens rursus *an ut*, suadent retinere *an uti*. Lips. cum Pricæo malit *condonaret*. Sed ne sic quidem locus sanatus est, nisi cum Priæo addas *nihil*, quod e vet. Cod. enotatum video, et margini adlevit Salm. unde suspicor; Codicem eum esse Fox. Quemadmodum *mihi* et *nihil* in Mas. solent confundi, ita h. l. alterum excludi ab altero facile potuit. Rescribo itaque e vet. Illo Cod. *mihi nihil quidquam impartiret*. Ceterum *condonasset*, in vitis libris omnibus, non mutò in *condonaret*. Nam plusq. perf. pro imperfecto poni sæpe, supra jam monitum, et h. l. habet quo se commendat, sequente Imperfecto, de ipso Appuleio. Si tamen minus placet, possit minori mutatione legi *cum donasset*. Sed *condonare* non nullam vim habet, præ simplici *donare*. J. B.

*Cui offensus erat*] Probum loquendi genus, et cum optimis Latinum. Sneton. Jul. xix. 'In Pontificatu Pontificibus offensio:' et in Galba xvi. 'Universis ordinibus offensus.' Propertius lib. iii. 'Offensa illa mihi non sibi amica dedit.' Glossæ: 'Offensio animi, *ἀνία ψυχῆς*.' *Pric.*

*Contaminibus*] V. c. et paulo infra: *Communiacimini quod respondentis*. In-

fra legit Fulv. *dentes splendidas*: ut splendicare, sit velut nitidare. Et proxime, *prior natu ea est*. Sed forté Plauti imitatione, *Id*, pro ea dixit. *Sciopp. in Symb. Carminibus*. Alii, *Cantaminibus*. Theophilus de publicis iudiciis, *μαγκυαὶς ψιδυρισμοῖς*. Vide Annotationamenta ad Arnobii lib. I. f. 25. *Elmenh. Cantaminibus* Mss. Pith. Fulv. Ed. Junt. post. et margo Bas. sec. ut supra p. 477. et 533. et Met. I. II. p. 145. In reliquis *carminibus*. Utraque vox in eadem periodo legitur p. 470. Hoc autem loco *cantaminas* sunt preces, ab Appuleio adhibita, allusione facta ad cantamina magica, quæ ad eam rem adhibuisse illum dixerant adversarii. J. B.

PAG. 563 *Querpiam causa*] Vid. I. III. ff. de accusat. Vultei. de Judic. I. II. 6. 4. § 42. *Anon. in marg.*

*Dentes splendidos*] Scribo cum Lipsio, *dentes splendidas*. Colv. *Splendidas* ex Edit. Rom. Vulgo *splendidas*. Casaub. *Splendidas* legendum esse certatim ad oras exemplarium suorum notarunt VV. DD. Mss. et Edd. vet. excepta Rom. tenent *splendidos*, quod sine sensu revocavit Ed. Bip. Ut a *candeo* est *candico*, neutrum, et *candido*, activum, unde *candidatus*: sic a *splendo*, *splendico* (vid. ad Met. v. p. 337. b.) et *splendido*. Eadem ratione a *medeo* est *medido*, et alia similia. J. B.

*Solet fieri*] Seneca de Ira lib. III. cap. 19. 'Ipse effecit, ut dici posset: Solet fieri.' Epictet. cap. 33. *Πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γενομένων ἐστὶ. Pric.*

PAG. 564 *Dotale accipe*] Glossæ: 'Dotalia, *προικυαῖα*. Dotale stramentum, *προικύων*.' Idem. *Dotale accipe*. Subaudi instrumentum, quo modo Harmenopolus, et alii Græci Jurisconsulti τὸ *προικύων* dicere solent. Glossæ veterum: 'dotale stramentum, *προικύων*.' Recte, ut tum loquebantur, *Stramentum*, pro instrumentum; quod retinuit lingua Italica,

temporibus Dantis, et illorum scriptorum, apud quos sæpe legas, *Strumento*, vel *Stormento*. Similiter *tabulas* abscise, pro *dotatibus* ponuntur. Ut in Adriani sententiis, *ῥωμαίων ἀδελφὴν γεγενῆσθαι, καὶ δόλους μύθον συγγεγράφαι, γάμους δὲ μὴ γεγενῆσθαι*. Ubi notes tabulas non efficere, sed nec probare nuptias factas, ut Adrianus respondit. Quod et antea in Pudentilla sua dixit Appuleius, quæ fecit tabulas nuptiales cum Sicinnio Claro, sed nuptias variis frustrationibus elusit. *Scip. Gent.*

*Non modo criminibus, verum etiam maledictis, &c.*] Cicero pro Flacco: 'Maledictum omne, non modo crimen effugit.' Idem in pro Cælio: 'Accusatorum non modo criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum.' *Pric.*

*Procul a culpa philosophiam tutus sum*] Male hic quoque locus a scribis imperitis fuerat acceptus: ita nempe, *procul a culpa philosophia tutus sum*: inepta sententia. Principio dixit esse sibi purgandam apud imperitos philosophiam: nunc in epologo ait se id fecisse, et quod initio susceperat præstitisse. Ita ergo legendum ut est a nobis emendatum. Casaub. *Procul a culpa philosophi tutus sum*. Fulvius. *Sciopp. in Symb.* Lego *pr. a. c. magia*. Perperam vox *philosophia* geminata. *Magia* autem rescribendum, ex eo liquet, quod non Philosophum sed Magum insimularunt. Nec verosimile est, in hac criminum quasi *ἀνακαταλαύσει* non tetigisse accusationis præcipuum caput. *Acidal.* Fulvius, *si procul a culpa philosophi tutus sum*. Schegkii *si a culpa magica tutus sum*: in præmissis epist. VII. *Elmenh. Leg. a culpa magia tutus sum*. Quid magis crimini datum, quam magiæ crimen? *Anon. f. Toll.* Casauboni correctionem amplexi sunt sequentes. In Edd. vet. et Mss. O. est *philosophia*, et in plerisque *tutus sum*. Sed in Ms. D'Orv. *si me in omnibus pr.*

a. c. ph. *tutus sum*: unde apparet ejus Codicis librarium scribere voluisse *tutus sum*. Ex eo autem libro arripui illud *me*, dein molestum illud *philosophia* foras eieci, et locum sanum præstitisse mihi videor. Totam hanc orationem suam eo valere initio dixerat Appuleius, ut se et philosophiam ab omni culpa et reprehensione defenderet: 'Sustineo enim non modo meam, verum etiam philosophiæ defensionem.' Hoc jam in fine orationis se fecisse sperat: *Si me procul a culpa tutus sum, et philosophia honorem conceptum penitus tenui*. Magis mentio, quam desiderant hic nonnulli, non requiritur. Quam enim Philosophiam vocat App. eam falso Magiam vocarant adversarii; et quæ ad eam insimulandam objecerant illi, supra binis verbis refutavit Auctor: 'Versus facis: licet fieri; Pisces exploras: Aristoteles docet; lignum consecras: Plato docet.' J. B.

*Si cum septem pennis*] Desperatus locus. Legendum videbatur, *si conceptus*, vel, *circumseptus pinnis*. Sed aliud quid aptius quærat alius. Feci nec reperire potui. *Colv.* Nullus locus neque me exercuit atque hic: quid profecerim, docti judicabunt. Scribo, immo *contra ubique*, *si circumseptum pennis cum tenui*: sermo est allegoricus: quem accipio de Æmiliano præcipuo accusatore: illius accusationi et calumniis ita respondiisse gloriatur, ut non solum insontem se probarit: sed hoc amplius, illum ubique sontem: idque rationibus adeo claris, ut refelli nequeant. Hoc illa verba significant, *circumseptum pennis tenui*. Allusio est ad venationem ferarum, quæ fit per lineam pennis rubentibus distinctam. Lucanus, 'dum pavidos formidine cervos Claudat odoratæ metuentes aëra pennæ.' Ovid. 'Nec formidatis cervos includite pennis:' meminere et alii poëtæ, ac Seneca non semel. Ea linea *formido* Latine dicitur, Oppiano des-

*μαλὴ μέσος*, cui simile apud Lycophrontem, in alio genere venationis *λεντοῦ πτερόν*. Hæc lectio proxime abest a veteri Romana. In recentioribus *pennis* non *pennis* scriptum est. *Cassub.* Monstrosissima lectio, e qua exculpaerunt etiam monstrosiorem alii. Proxime literarum ductum a nobis restituetur ipsissima spero Apuleii scriptio, *secundum sectam Platonis eum tenui*. Jam nemo est, qui nesciat, Platicum esse philosophum. Tam non attinet recensere, quoties hac ipsa Apologia Platonem se sectari ipse profiteatur, Platonis moribus et institutis se defendat. Vel unum hic vide in fine Apol. prioris: 'ut omnium adseus declaravit, maximeque qui in consilio estis; competentissime videor usus Platone, ut vitæ magistro ita causæ patrono, cujus legibus obedientem me videtis.' *Acidal.* Hunc locum, qui difficillimus et prope depositus est a doctissimis viris habitus, jam ante multos annos non infeliciter videmur constituisse, hoc modo, *si conceptum eum pene tenui*: id est, honorem philosophiæ; de eo enim manifestissimo loquitur, non de adversario, quem irretitum a se quasi pennis et indagine ferarum aut avium more, dicat. Minori autem mutatione et verissima, ni fallor, conjectura sic legerimus, *si eum septem penissime tenui*. Quo verbo et alibi, et supra in hac oratione, Appuleius utitur: *Nam quod penissime oblitus sum*. Eum vero honorem septem tennisse elegantissime dixit et imitatione M. Tullii in gemina prope re. Sic enim Cicero in Bruto loquitur de se ipso, et de eloquentia post Hortensii mortem: 'Orbis eloquentiæ quasi tutores relictis sumus; domi teneamus eam septam liberali custodia;' et quæ sequuntur. Quo modo Tacitus Germanorum uxores 'septa custodia agere,' dixit, et Appuleius noster, 'Contubernalis mei fullonis nxor, alioquin servati pudoris, ut videbatur, femina.' Potest

et plenissime hoc loco legi. Sic supra: 'si non modo crimina objecta plenissime dilui.' *Scip. Gent.* Non est in toto hoc Auctore vexatior temeritate Criticorum locus, quorum conjecturas hic non apponam, quas in eorum libris facile cuivis haurire est. Sed omnes, quod venia eorum dictum sit, frustra sunt. Nimirum Appuleius scripsit, *si cum septem pinnis eum tenui.* Cujus emendationis nostræ paucis rationem reddam. Mirmillones, quoties in arenam prodibant, galeas pinnis pavonum, ut auctor est vetustus Juvenalis Scholiastes, ornatas habebant. Retiarius, mirmillone victo atque cæso, eas pinnas ei eripiebat, easque ut ab hoste spoliū elevatas populo ostendebat, ut id spoliū cæsi ac prostrati hostis signum esset, quo populo se vicisse testaretur. Unde Juvenalis retiarius vocat *Pinnirapum*, quia cæso, ut diximus, mirmillone velut spoliū pinnas ei rapiebat: auctor idem Scholiastes. Hoc ergo dicit Appuleius, se Philosophiam honorem non tantum non imminutum ivisse, verum ita defendisse, ut adversarium ejus, accusatorem suum, velat retiarias mirmillonem cum omnibus pinnis captum teneat, quas septem dicit, Lucillum secutus, cujus hic versus apud Donatum ac vetustum Juvenalis Scholiasten exstat: 'Cum septem incolumis pinnis redit, ac recipit se.' *Æmilianus*, qui contra Philosophiam, ut Mirmillo, pugnabat, ab Appuleio, ut retiario, ita pressus fuit, ut non incolumis cum septem pinnis, ut Lucillianus ille, se recipere potuerit; sed contra cum septem pinnis in hostis potestatem venerit, philosophia, quam oppugnarat, omnino salva. *Rutgers.* Locus vere desperatus: unde et aliorum ingenia mirum in modum exercuit. Alii enim emendabant, *si conceptum pennis*, vel *conceptum pinnis*: alii, *si conceptum pene*. Parum quidem apte ad sententiam Appuleii, si tantum ex parte nec in-

tegre honorem Philosophiæ defendisset. Clariss. vir Isaac. Casanbonus Castigationibus ad hunc librum, legendum existimat, *si circumseptum pennis eum tenui*, et capit de *Æmiliano*, præcipuo Appuleii accusatore, tamquam si ejus calumniis ita respondisset, ut non solum innocentem se, sed illum amplius ubique contem probasset. Ductus autem sermo a venatione ferarum, quæ sit formidine. Commentario in *Athenæum* lib. xii. cap. 12. scribendum affirmat, *si captum suismet pennis eum tenui.* Proverbium Græcorum: τοῖς αὐτοῦ πτεροῖς ἀλλοκνεῖσθαι, de his, qui propriis artificiiis delusi tenentur. Cæterum, si recte capio mentem Appuleii, non de *Æmiliano* aliisque accusatoribus loquitur; sed honorem Philosophiæ se usquequaque munivit adversus illorum calumnias præstitisse ait. Quare apertior longe sententia, atque ex mente Appuleii, si legamus: *imo contra ubique si conceptum penitus eum tenui.* Wower. Hic locus vim negotii exhibuit viris eruditiss. Casanbonus legit, *si circumseptum pennis eum tenui*, vel, *si captum suismet pennis eum tenui.* Wower. *imo contra ubique si conceptum penitus eum tenui.* Schegkiius: *si in incapto te vanissimum tenui.* Acidalius: *si philosophiæ honorem qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui, imo contra ubique secundum sectam Platonis eum tenui.* Scipio Gent. *si eum septum ubique tenui.* Vulcanius: *Si ubique sartum tectum eum pænus t.* Aldus et Basiliensis: *Si cum septem pinnis e. t.* Verissima tua divinatio Rutgersi, decus nostram: *Imo contra ubique si cum septem pinnis eum tenui.* Genus dicendi tractum e ludo Gladiatorio, in quo lanista confecto retiario pinnam rapiebat, cujus ostensione populo se declarabat victorem. Juvenal. Satyr. iii. vs. 168. 'Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.' Scholiastes vetus: 'Pinnis pavonum ornari solent gladiatores si quando ad pom-

pam descendant. Pinnirapes autem dicit lanistas ex habitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam, id est, manicam, rapit ut ostendat populo se vicisse.' Ut Lucilius 'Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.' Quem locum in mente habebat Appuleius, cum hæc scribebat. Dicit igitur: 'se vicisse et honorem Philosophiæ, quem adversarii vanis calumniis contaminare ope omni adnlai fuerant, illibatam præstitisse.' *Elmenh.* Pene studio Librarios hunc locum corripisse dixerim, ut in exitu Orationis Lectorem non sine scrupulo dimitterent. Non heic in medium feram expositorum sententias, (plures, magisque varias eas quam ubivis,) cum vel petere est fasciculum earum ab Elmenhorstii notis. Imo nec aliquam meam conjecturam addam, quamvis exemplo fretus tot præeuntium. Legit Wowerius, *si conceptum penitus e. t. h. e.* honorem Philosophiæ, de quo supra proxime. Probo impense. Cicero de Eloquentia loquens, 'domi teneamus eam, septam liberali custodia.' Sunt qui *et cum* referunt ad Adversarium; non est hoc absonum, fateor. Latro in Catil. 'Te, quocumque veneris, quocumque abieris, diligentia nostra circumscriptum teneri.' Cicero etiam ubi supra, 'Includere adversarium.' Certe concinnum minus est, ut ne violentam dicam; probant præcedentium series, et totius loci Syntaxis. *Pric.* Cum Casaubono de accusatore intelligo, et lego, *si conceptum suis sibi pennis cum tenui*: ut allusum sit ad illud *Æschyli* *αὐτοῦ ἵππεος ἀλυσκόμεθα*. *Soping.* Hæbes, Lector, varias virorum doctorum

de hoc loco sententias, quibus addo Salmas. ad Solin. pag. 818. *legentia conceptum pinnis*. V. D. ad marg. Ed. Casaub. *si suis pennis*, et Eryc. Putean. Prom. Ep. 29. Videamus jam Editionum lectionem. *Si cum septem pennis* habent Edd. vett. plerumque, certe Jant. pr. Ald. Bas. cum Colv. Vulc. pr. *Si cum septem pennis* Wower. *Si cum septem pennis* Junt. post. (credo etiam Rom.) Cas. Gent. *Pric.* *Scriv.* *Si conceptum penitus* Elm. et Flor. e conject. Wowerii. *Sartium lectum Pennis* Edd. Valc. sec. tert. e conject. Vulcan. Msti nihil fluctuant, sed consentiunt omnes in *si cum septem pennis*: a quibus ai paululum liceat recedere, mihi in mentem venit *conceptum pennis*, eleganti metaphora sumta ab avibus, quas (verba sunt Ciceron. de Nat. De. II. 52.) 'pullos pennis fovet.' Quoniam tamen *conceptum penitus* Editiones jam occupavit, id sequor: nam 'aspice custodia' propria quodammodo locutio est, et septa atque concepta tenentur quævis sacra. Adi Ind. J. B.

*Quam potest. ver.]* Acute, ut alia multa Florid. 1. 'Neminem proconsulum, quod sciam, provincia Africa magis reverita est, minus verita.' Casaub. Desunt hæc Ms. Pith. J. B.

*Tum emendato viro]* V. Gronov. ad Senec. de Ira 1. c. 5. *Idem.*

*Dixi]* Solemne verbum, quo orationes suas concluderant, ut adpareret, quando desinissent, possetque Prætor illud suum (nam et ipsi legitima quædam Carmina Jurisconsulti composuerant, quos Cicero in Muræniæ irridet) pronuntiare, *Dixerunt.* *Scip. Gent.*

## FRAGMENTA.

PAG. 1567 huj. ed. *Hermagoras*] Ex Fragmentis istis et reliquis, cujus argumenti fuerit *Hermagoras*, non satis constat. Dialogi speciem præ se ferre videtur. Inscriptio a persona, cui partes loquentis dederat. Tributus autem in plures *Hermagoras*, imitatione Platonis, ut ex locis citatis conicere licet. *Scrivier*.

PAG. 1568 *In Epitoma*] Quam Epitomen hic laudet Priscianus, prorsus ignoro. Sunt qui ad Historiarum Epitomen referunt. Quod ego in mediam relinquo. *Idem*.

*In libro DE REPUB. Qui celocem regere neq.*] Hujus proverbii sententiam pluribus exemplis illustrat Toll. ad Anson. Sapient. in Chil. vs. 11. J. B.

PAG. 1570 *Manes, h. e. mites ac modestos*] Ubi hoc? certe in libello De Deo Socratis, aut nusquam, nam ibi de Dæmonibus, inter quos Lemures, Larvæ, Lares, Manius deus. Sed de manibus hoc, quod Iaidorus vult, non invenias. Nec mirum. Scriptum enim hoc integrum ad nos non pervenit. Sed et D. Augustinus probet, Apuleium etiam scripsisse quid *Manes* essent, De Civitate Dei lib. iv. cap. 11. *Celo*.

*Credens*] Barthius, minorem distinctionem ponens post *nesciens*, in seqq. pro *fructus* legi volebat *strictus*; dein tollens majorem distinctionem post *inania*, *credere* pro *credens*. J. B.

*Apuleii 'ANEXOMENOS ex Menandre*] Poëmatium hoc primus in publicum dedit una cum aliis ejusdem fere argumenti Epigrammatis Claudius Binetus: aut forte prior V. C. Petrus Pithæus inter Erroneos Venercos.

Postea nobilissimus Doussa noster Præcidaneis suis inseruit, et Notis suis elegantissimis emendavit, illustravit. Quæ ille, et Colvius (qui etiam Apuleio suo adjecit, ut et Wowerius) non animadverterunt, ego suis locis monebo. *Scrivier*. Valde corruptum edidit Binetus inter Epigr. vet. pag. 9. adpositis in margine nonnullis emendationibus, quarum plerasque recepit editio Patissoniana Catalectorum Petron. pag. 158. et 159. et Frelloniana pag. 221. Legitur etiam post Priapeia Scioppij, et inter Amores Baudij edidit Scriverius pag. 174. additis notulis, quas hic inserendas duxi. Non habetur in Epigrammatibus vetustis a Pithæo editis: sed quam Pithæi editionem inter Errores Venercos memorat Scriverius, est Patissoniana: eam enim Pithæo deberi dicit Doussa lib. ii. Præcid. cap. 6. Apuleij esse hoc carmen judicabat idem Doussa lib. iii. Præcidan. cap. 7. ubi totum recenset ac corrigit: cujus notas hic etiam non prætereundas existimavi. Apuleio tamen abjudicat, licet vetus esse censeat, Barthius lib. xxviii. Advers. cap. 5. et ad Stat. i. Silv. ii. 153. sibi aliquando hæc suspecta esse pronuntiat. Ego, ut verum fatear, veteris ævi non puto, sed cum Elmenhorstio aliisque ab Italo quodam sub initium renescentium literarum confectum arbitror: et sic censebat Broukh. ad Sannaz. lib. i. Epigr. 48. supposititium vel infimæ saltem vetustatis esse adfirmat Scriverius infra ad v. 7. Parodiam huic carmini contrariam dedit Durantius Casellius lib. ii. Variar. c. 20. *Burm. in Anth. Lat.* Editum est in Edd. Appuleij



Basil. a. 1620. Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. Flor. Elegantissimis versibus in Belgicam sermonem bis est versum a primario nostro poëta Bilderdykio, in Carminum fasciculo, cui titulus *Mijn verlustiging* p. 48. et 49. J. B.

1 *Amare liceat, si potiri non licet*] Simile illud Sapphus apud Ovid. Epist. xv. 96. 'Huc ades: inque sinus, formose, relabere nostros, Non ut ames oro, verum ut amare sinas.' *Burm.*

8 *Ingenuas genas*] Non fucatas, nulla arte paratas, recte exponit Scioppius: ita 'ingenui crines' Statio lib. 11. Sylv. 1. 44. quos 'ingenio suo flexos' dicit Petron. cap. 126. et ita passim 'ingenua facies,' 'vultus,' &c. Maximian. Eleg. 1. 94. 'Vultibus ingenuis visa decere magis:' ubi ingenius corrupte in cod. Vos. sed *decere* pro varia lectione, quod præferendum vulgatæ *sedere*, ut edidit Pithæus, et in fragmento P. Danielis legitur. *Burm.*

11 *Cum pectora\* adherent Veneris glutino*] Lacunam in medio vides, sed vero modicam eam, et cui explendæ sesquipedali verbo neutiquam sit opus. Itaque statim auxilium a Bineto invenit, una interponere auso, huc ipsa illum manu quasi ducente sententia. Mihi vero idem juris istuc ab Hypercriticis nostris si tribuatur, quid vetat, quo minus *arte*, sive *arte*, *ἀρτὴν* una in vacuum porro Veneris glutino agglutinatum jubeam? Dousa. Binetus *cum pectora una adherent*. Malim Dousianam conjecturam *cum pectora arte adherent*. Colvius. Schickleradus: *Compectorata adherent Veneris glutino: Libido cum lascivo instinctu suscitât Sinuare ad Veneris arum femina, femina: Inter gannitus*. Elmenh. *Compectorata* libuit rescribere, cum Colvius aliique ediderit, *Cum pectora\* adherent*. Pithæus, *Cum pectora ipsa adherent*. Binetus, *Cum pectora una adherent*. Colvius amplectitur Dousicam con-

jecturam *Cum pectora arte adherent*. Quis non meam? *Scriv.* *Compectorata* probat etiam Barth. ad Stat. lib. 1. Sylv. 2. 153. quod verbum sesquipedale merito rejecit Dousa, licet adeo sibi ob hanc conjecturam adplaudat Scriverius. Cum hiato, *Cum pectora\* adherent* edidit Binetus, qui in margine monuit interponendum *una*: ego edidi, ut in Patias. et Frellon. ac Scioppii editione legitur. *Burm.* Gruter. in marg. *mollis vel dulci Veneris glutino*. Reliqui versum claudicantem, quia, quomodo scribendum, non liquet. J. B.

12 *Libido quum lascivo instinctu suscitât Sinuare ad Veneris cursum femina, femina*] Ita restitui ac distinxî, nisi me animi mens fallit, *ἐφοδύς*. Neque vero est, quod quemquam novitas ejus locutionis offendat 'Suscitât sinuare femina ad Veneris cursum,' qui modo in tractatione poëtarum ingenii aciem ac nervos subactos habeat probe: pro *incitet*, seu *solicitet sinuare*, hoc est, ad lunanda implexu sinuoso, et quasi pectinatim conserenda, atque *flexipedum hederarum in morem* contortuplicanda inter se femora, sive adeo *femina*, amantes ut solent, quod *congenulare*, vel etiam *congenulare* casca dicitabat Latinitas. Quod si quis Bineto subscribere sese maluerit potius, emendanti præmisso commate, *Sinuare ad Veneris cursum*, &c. ecce hic etiam secundas agere paratum Dousam: hoc enim satius consultiusque esse depnto, quam in ambiguam litem descendere, aut in dividiam porro venire cum homine ignoto. Dousa. Pithæanam editionem expressimus: et sic legit Binetus, quem Dousa sequitur. Colvio placet, *Libido cum lascivo instinctu suscitât Sinuare ad Veneris artem femina*. Cum pectora glutino Veneris arte adherent, et cum lasciva libido instricta femina, id est, colligata, compedita, ad Veneris artem suscitât sinuare: de verbo *instringendi*

consule notas ejus ad libros Milesiarum. *Scriv.* Vitiose edidit Binetus, ac distinxit, *Libido cum lascivia instincto suscit.* *Sinuare at Veneri cursum femina, famina Inter gannitus, &c.* sed in margine lascivo instinctu et *Sinuare ad Veneris* emendavit. Durantius Casellius conjiciebat, *Libido cum lascivo ignem intus excitat*: quibus vestigiis insistens Scioppius legit, *Libido cum lasciviam ignem intus suscit*: sed neutrum videtur admitendum. *Burm.* *Lib. cum lascivia instincto suscit Sinuare at Veneri cursum f.* Edd. Bas. Colv. Vulc. *L. cum lascivo instinctu suscit Sinuare ad Veneris cursum f.* Wow. Elm. *Scriv. Flor.* *L. cum lasciva classicum excitat Sinuantque Veneri cursum f.* conjectura est Gruteri in marg. Pro cursum Lipsio in mentem venit *cossum*. J. B.

14 *Subantis voculas*] Vide hic Scioppium, et quæ supra notavi ad Ep. 187. 14. quibus adde Tertull. Apol. cap. 46. 'novi et Phrynen meretricem Diogenis supra recubantis ardorem subantem:' vide Turneb. lib. XXIV. Advers. cap. 7. in fin. *Burm.*

15 *Atque amplexus intiment*] Noviter dictum, at rationabiliter tamen, estque 'occula' (uti apud Ovidium meum est) 'linguis luctantia Valgiter obtortis alte insinuare labellis:' et (quod Plautus perhibet) 'proserpentem bestiam facere, duplicem ut habeas linguam.' *Dousæ.*

17 *Thyræumque pangent hortulo in Cupidinis*] Latine, ac signate oppido, si modo eorum hominum acumini credendum, qui a *Thyræ* isto non Bacchico, sed Ithyphallico vernaculum illum nostrum, quod hodie feminis præcipue ad quemvis subitum casum, puta si pedem offenderint, aut testum forte manibus prolapsum confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus, vulgo in ore esse consuevit; haud quidem iis Togatis dico, aut vili de plebe modo; sed

vero his Stolatibus etiam, 'Quisque tagit medios instita longa pedes.' hoc est, de summo Matronis loco, ac ordinis primarii, multo in speciem honestissimam. Neque id adeo mirandum, quum *thyræus* nihil aliud, quam *scapum* sive *caulem* in morem columnæ supinatum ac subrectum Latinis hominibus designat. Sed neque minor proprietas in verbo *pangunt*, pro *figunt* posito, qua ratione et plantæ, et taleolæ *pangi*, vel *depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc est, deseruntur, aut defiguntur in terram: unde et strategus ille Pœtætarum Mantuanus noster, 'pange ordine vites:' vide Festum: de *hortulo* vero *Cupidinis*, metaphorice ad rem voluptatum translatum, quod eodem loco addit Apuleius, posteaquam Venerei arvi arationi 'vim illam Lucillianam,' id est, satum genitalem rite atque ordine subjecisset, consulendum flos ille Belgarum unicus Lipsius noster, Antiq. Lectionum libro III. *Dousæ.* Recte emendant *hortulo*. Colvius. Male *horto* al. *Scriv.* *Horto in Cupidinis* ed. Binet. sed *hortulo* in marg. De *thyræo* vide notas Interpretum ad illud Petronii cap. 132. 'Ter languidior coliculi tepente thyræo.' *Dousæ* explicatio, licet velo quodam obducto involuta, videtur tamen, ut nimis Latina ac libera, verecundas et castas Scioppii aures offendisse, circuitionem nullam in his sacris admittere soliti. Quis tulerit intempestivum ejusmodi Catonis supercilium! præsertim ubi Jano *Dousæ*, quia Batavus fuit, aliisque viris magnis, passim insultat nequissimus mortalium in spurcidulis ad Carmina Ithyphallica notis, ubi virum illustrem et insignibus in rem publicam ac literariam meritis inclytum, nunc 'Batavum nequitie magistrum,' et 'Hellepontiacum parem Priapo,' nunc 'Grammaticum mediocre ac pœtam fatuum,' similibusque de plebis Soburanæ sentina petitis conviciis

incegat Comes iste Claravallensis : vide ad Proem. v. 5. Carm. 39. et in fine Præf. et alibi. Sed licet rabidi instar canis toties Batavis impudenter oblattraverit hic pyrgopolinices Francus, verissime sane de eo iudicat Bronkh. ad Propert. lib. iv. El. 1. 124. nondum tamen inventum esse Batavam ullum, qui sibi persuaderi sit passus, Scioptum fuisse virum bonum et honestum. *Burm. Hortulo* suadet metri ratio. *Horto* editum in Edd. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. J. B.

18 *Dum crebros ictus combibente lumine, &c.*] Ita emendare potius visum nobis, quam retinere id, quod in contextu est modo, *combibente lumine*, aut quod ad oram a Bineto adtextum legitur, *convivente*. *Combibere* porro ictus lumine, tralatio omnium elegantissima : a quo etiam Lucretianum illud alienum videri non debet : 'Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum, Sive puer membris muliebribus hunc jaculatur, Seu mulier toto jaciens e corpore amorem, Unde feritur, eo tendit,' &c. sic 'amorem bibere,' Virgilius 'ignem totis ossibus,' imo 'medullis bibere,' aut 'vorare,' Ovidius, Papinius, et cæteri omnes, quicquid est poetarum. Apuleius hic igitur, *putres in Venerem, fractosque* ac vere *patrantes oculos* denotare volens, eorum exprimit habitum, 'qui validis Veneris compagibus hærentes' (uti apud eumpse Carum nostrum legitur) 'solicitant spatium decurrere amoris,' hoc est, quum res ad effectum jam spectat, poetæ Sulmonensi laud ignarum : sic enim ille lib. ii. de Arte : 'Aspicias oculos tremulo fulgore micantes, Ut Sol in liquida sæpe refulget aqua : ' sed et Juvenalis, 'oculosque in fine tremantes.' *Dousa.*

19 *Trepida in decursu Venere, et ani-*

*ma fessula, Ejaculent tepidum rorem ut-vois laticibus]* Ad superiorem Lucretii *decursum* hæc etiam opportuna possit accommodare, *Trepida in decursu Venere, et anima fessula* : quas quidem restitutio feliciter, ut spero, nata nobis anb manu ; quum in Bineti editione, *Trepidante cursu, Venere et anima fessula, &c.* illepida hercule, ac coacta nimium constructione legatur : etiam *laticibus* scripsimus, contextum potius, quam succidaneam, quæ margini adhæreret, lectionem sequenti ; ea vero *laticibus* refert, quod, uti barbarum ac invenustum, hoc utique significato, nec ipsa quidem Amorum mater, aut nobis, aut Apuleio umquam, opinor, persuaserit. *Dousa.* Binetus, *trepidante cursu*. Sed *Dousa trepida in decursu Venere, et anima fessula*. Forte non male, *Trepidante fluctu Venere*. Notum unde Venus nata : quid per *Fluctum* item intelligi hic possit, non etiam explicatione eget ulla. Sed nos manum de hac tabula. *Colv.* *Repedante cursu* de conjectura scripsimus : cum vulgo esset *Crepidante cursu*. Binetus emendabat *Trepidante cursu* : et sic Pithæus edidit. *Dousa* placuit, *Trepido in decursu*. *Colvius* divinabat *Trepidante fluctu Venere*. Quid per *fluctum* intelligi hic possit, castis auribus explicandum non est ; et unde Venus nata, notior fabula est, quam ut hic referri pluribus verbis debeat. *Scriber.* Edd. Bas. Colv. Vulc. *crepidante*. Reliquam *trepidante*, quas sequor. *Trepidare* dicuntur, qui serventissime in aliqua resunt occupati. Jam h. l. Venus, i. e. ardor amantium trepidat, effervescit crebris et continuis ictibus. *Cursus* dicitur de quavis re continua, ut 'cursus orationis,' et sim. Posui itaque minimam distinctionem post *Venere*, non post *cursu*. J. B.

# NOTITIA LITERARIA DE APULEIO.

AUCTORE

J. BOSSCHA.

---

IN vita Apuleii, quæ supra a nobis edita est, ea tantum collegimus, quæ variis Editionibus præmissa leguntur; in quibus quoniam alia minus vere dicta sunt, alia clarius explicari merentur: breviter enarrabimus quæ de Apuleio ad notitiam nostram venerunt. Itaque dicemus primo de vita ejus; deinde de operibus, tam deperditis, quam iis, quæ supersunt, quæque Apuleio sint tribuenda aut abjudicanda; tum de Mss. quibus ea continentur; postremo de Editionibus.

Editorum vero omnium accuratissime de Apuleii vita et scriptis exposuit Wowerius in præfat. suæ Edit. e qua, quæ ad vitam auctoris pertinent, supra dedimus, quæ ad scripta ejus spectant, infra suis locis commemorabimus. Quæ in Bibliotheca Latina Fabricio-Ernestina de auctore nostro dicta sunt, ea commentariolo nostro, laudato tamen auctore, inseremus.

Apuleiorum nomen non ignobile est in historia Romana, et tam consulatus dignitate, quam seditiosis tribunitiæ potestatis furoribus, inclaruit. Catalogum Apuleiorum, a Salmasio contextum, vide in Bibl. Lat. Fabricio-Ernestina, et apud Glandorp. p. 110. Onomastici, ibi cit. cf. et Ind. Inscript. Gruter. et Ald. de Orthographia cit. ab Elmenh. Non constat autem, a quonam eorum Madaurensis noster philosophus originem duxerit, quoniam de ejus genere omnia prorsus incerta sunt. Quod enim vulgo ferunt,

Apuleium patre Theseo quodam genitum, materno genere a Sexto Philosopho et Plutarcho ortum fuisse, id falsum esse, et e male intellectis Metamorphoseon locis l. i. p. 45. 101. fluxisse, ibid. in notis docuit Oudend. Putarunt enim Viri Docti, auctorem toto illo Metamorphoseon opere suam ipsius transformationem in asinum narrare, cum contra ea Lucium Græcum sese fingat, a Plutarcho, non Chæronensi, sed Thessalo, oriundum. Neque mirum tamen est, viros doctos in errorem fuisse inductos, cum auctor ipse Met. l. xi. p. 809. sui oblitus, Madaurensem se dicat, quem toto opere Lucium Græcum finxisset. An vero eodem modo sui oblitus sit auctor l. ii. p. 114. ubi matris suæ 'Salviæ' meminit, minus apparet, et in medio relinquit Oud. Illud constat, patrem fuisse Apuleio, virum nobilem, summis honoribus perfunctum, qui et duumviratum Madauræ gessit, summum in coloniis et municipiis magistratum.<sup>1</sup> Prænomen 'Lucii' Apuleio vulgo tribuitur, quod ei revera fuisse idoneis argumentis probari non potest: sed in eundem errorem, de quo supra diximus, rursus lapsos fuisse viros doctos, apparet ex disputatis ad init. Metamorph. Ceterum 'L. Saturantii Apuleii' nomen Madaurensi nostro tribuit Sabbathier, *Dictionnaire pour l'Intelligence des Auteurs Classiques, &c.* credo, ex male intellecto Fulgentii loco Mythol. iii. 6. ubi legitur: 'Quia hæc saturantius Apuleius pæne duorum continentia librorum, tantam falsitatum congeriem, enarraverit:' sed ibi 'saturantius' est, uberius, plenius. Videtur Apuleius, uti in omnibus Platonem suum reliquosque Græcos imitatus est, ita et horum more prænominis usu abstinuisse.

Apuleius igitur natus est Madauræ, urbe Africæ in confinio Numidiæ et Gætuliæ,<sup>2</sup> genere honesto, patre satis diti, qui duobus, quos habebat, filiis vices sestertium reliquit,<sup>3</sup> et liberaliter eos educandos curavit.<sup>4</sup> Hoc patrimonio auctus Apuleius noster, cum facultatem datam sibi videret obsequendi studiis suis, primo Carthagine literarum studia inchoavit, quæ urbs, sedes Proconsulis Africæ, eo tempore ceteras urbes ejus provinciæ humanitate præstabat, et hominibus eruditis literarumque studiosis affluebat.<sup>5</sup> Postea Romam, quo ex provinciis commeari solebant, qui in jurisprudentiæ studia incumbabant, et Athenas, studiorum causa, pe-

<sup>1</sup> Testatur id ipse Ap. in Apol. p. huj. ed. 1375.

<sup>2</sup> Cf. Apol. p. 1372.

<sup>3</sup> Apol. p. 1370.

<sup>4</sup> Augustin. ad Marcellin. Ep. 5.

<sup>5</sup> Cf. Florid. l. iv. N. 20.

tivit; Asiam quoque minorem adiit;<sup>1</sup> atque in ea peregrinatione, ut religionibus mire tenebatur, ita plurimos sacrorum ritus et varias cœrimonias, 'studio veri,' ut ipse profitetur<sup>2</sup> 'et officio erga Deos,' didicit. Inde in patriam redux, Madauræ honoribus operam dedit, et magistratus gessit;<sup>3</sup> neque tamen doctrinæ studia et literas excolere destitit, quibus unice ab ineunte ævo deditus fuit.<sup>4</sup> Etsi enim peregrinatio, in Italiam et Græciam suscepta, rei familiari ingens detrimentum attulerat, tanta tamen ei supererat patrimonii pars, ut non solum in vicinas regiones nonnunquam excurreret, ad uberiores cognitionem Historiæ Naturalis et Medicinæ sibi comparandam, quarum disciplinarum erat cupidissimus;<sup>5</sup> sed etiam ut Alexandriam commeare constitueret, quo celeberrimum illud Museum Alexandrinum, ut opinor, inviseret, et instructissimam ejus urbis Bibliothecam perlustraret. Itaque Alexandriam proficiscens, cum iter faceret per Cæam, urbem Africæ minoris, in agro Tripolitano, ex fatigatione et itinere paululum affectus, in ea urbe aliquamdiu moratur; publice orationem habet de majestate Æsculapii; compluribus Cœnsibus fit gratus, et inprimis adolescentis venustate et humanitate capitur Æmilia Pudentilla, mulier nobilis, quæ prius Sicinio Amico cuidam fuerat nupta, ex quo duos habebat filios, Sicinium Pontianum et Sicinium Pudentem. Hanc, mulierem quadragenariam, sed locupletem, sibi despondet Apuleius, conciliante in primis has nuptias Pontiano, Pudentillæ filio, juvene docto et diserto, quem dudum Athenis cognoverat Apuleius. Sed ægerrime hoc ferebat Herennius Rufinus, cujus filia Pontiano erat desponsa, quique, quoniam patrimonium omne abligurriverat, quam lautissimam conditionem filiæ sibi quærendam ratus, Apuleium amoliri necessarium judicabat. Itaque Pontianus, nequissimæ puellæ meretriciis illecebris irretitus; Rufino obtemperat, et nuptias matris cum Apuleio, quas prius ipse conciliaverat, cum tabulæ nuptiales jam essent factæ, turbare conatur. Neque tamen prohibere potuit, quominus in villa suburbana contraherentur. Immo, bonus juvenis mox cum matre et vitrico in gratiam redit, veniam et oblivionem præteritorum postulat; at, paulo post diem obit supremum. Neque tamen a conatu suo destitit Rufinus, cujus filia, tali patre digna, marito vixdum amisso, alterum Pudentillæ filium, Sicinium Pudentem, adolescentulum,

1 De Mundo p. 1243.

2 Apol. p. 1454.

3 Apol. p. 1375.

4 Apol. p. 1315.

5 Apol. p. 1420.

fratri Pontiano longe dissimilem, et a patruo Sicinio Æmiliano turpissimis imbutum cupiditatibus, iisdem, quibus antea Pontianum, illecebris suis delinivit. Idem ille Æmilianus et Rufinus dein consilium ineunt, nuptias Apuleii cum Pudentilla, si fieri posset, dissolvendi. Itaque Æmilianus, per subscriptionem, nomine Sicinii Pudentis, Apuleio litem intendit, quod lucri cupiditate inductus Pudentillæ animum Magicis artibus subverterit et grandem dotem mulieri contra fas extorserit. Tali modo in crimen vocatus Apuleius, Sabratæ, quæ urbs non longe ab Cæa abest, magna auditorum frequentia, triennio postquam Cæam primo advenerat, causam dixit, absolutumque eum fuisse, nemo, credo, erit, qui, lecta disertissima illa Apologia, facile dubitet. Verosimile quidem videtur, juvenem, forma et humanitate præstantem, nuptias cum muliere quadragenaria, nullis formæ dotibus prædita, aspernaturum fuisse, nisi divitiarum spe allectum. Sed omni tamen avaritiæ labe caruisse censendus est; quoniam paterna bona non tantum longinquæ peregrinationes absumserant, sed etiam, si qua fides ipsius testimonio<sup>1</sup> amicorum plurimorum inopiam opibus suis sublevaverat, et quorundam filias dote auxerat. Quamdiu dein Cææ habitaverit, non constat, sed eloquentiæ laude crevit, ita ut etiam statua ei ab Cæensibus fuerit decreta. Postea videtur Apuleius Carthaginem demigrasse, ubi sacerdotio functus est,<sup>2</sup> munera edidit,<sup>3</sup> et sæpe publice disseruit, sicuti etiam Cæam adveniens, in magna celebritate orationem habuerat. Nam principatum eloquentiæ illis temporibus in Africa obtinebat, tantaque inter æquales eloquentiæ fama florebat, ut quæ publice dissereret non solum statim exciperent,<sup>4</sup> sed etiam Strabo Æmilianus, Vir Consularis, a Senatu Carthaginiensi statuam ei postulare, quæ publice ei decreta est.<sup>5</sup>

Fuit autem Apuleius singulari morum comitate et facilitate; elegantiarum et munditiarum studiosissimus fuit, ut qui 'viliter semetipsum colere, sui contemptum' putaret,<sup>6</sup> et Philosophum non decere arbitraretur quicquam in se sordidum sinere.<sup>7</sup> Nullum disciplinæ genus non attigisse videtur. Poëticen, Geometriam, Musicen, Dialecticam, excoluit.<sup>8</sup> Jurisprudentiæ studium Romæ arripuerat, et in foro causas egit.<sup>9</sup>

1 Apol. p. 1270.

2 Vid. Flor. l. iiii. N. 16. coll. Jureto ad Symm. iv. 62.

3 Augustin. Epist. 5.

4 Florid. l. i. N. 9.

5 Florid. l. iiii. N. 16.

6 Florid. l. i. N. 7.

7 Apol. p. 1218.

8 Florid. l. iv. N. 21.

9 Cf. Apol. init.

Verum, etsi omnium doctrinarum studiosissimus erat, philosophiæ tamen studio præ ceteris delectabatur; et, cum Athenis veterum philosophorum placita percepisset, Platoniam philosophiam maxime probabat, quæ tum temporis universum fere orbem Romanum impleverat.<sup>1</sup> Platonem ubique in cælum effert laudibus, Platonem in omnibus imitari se, eoque ut animi et virtutis magistro, ita et disciplinæ præceptore, uti proficitur.<sup>2</sup> In primis autem ea philosophiæ parte, quæ ad naturæ cognitionem et rerum physicarum contemplationem pertinet, mirifice delectabatur; cumque rerum cognitionem cum orationis exercitatione semper conjungeret, et nihil magis consequi cuperet, quam ut dicendo valeret, ita ut subito quoque nonnunquam dissereret,<sup>3</sup> etiam in illis libris, quos de Historia Naturali scripsit, illud præcipue elaborasse videtur, ut quæ a Græcis philosophis essent disputata, amplificaret, et Latinis vocabulis enuntiaret: quocirca idem gloriatur quodammodo, quod Cicero,<sup>4</sup> qui, cum complures ea quæ a Græcis acceperant Latine dici posse diffiderent, eo in genere tantum profecisse sibi videbatur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceretur.<sup>5</sup> Quo magis dolendum est, physica Apuleii scripta ætatem nostram non tulisse. Neque tamen a foedæ superstitionis lahe animum ejus purum præstare potuit naturæ contemplatio, et investigatio veri, ac disciplina Platonis. Nimirum Platonica philosophia, quam postea corruerunt illi, qui eam Christianorum rationibus attemperare studebant, Apuleii ævo jam, ut videtur, adulterari cœpta erat, ab iis, qui ingenii sui commentis libere indulgerent, dummodo haberent, quod Christianæ religioni opponerent. His autem acerrimis sinceræ religionis adversariis Apuleius accensetur, ejusque odium erga Christianos confirmatum et auctum esse nonnulli putant, lite, quam ei intenderat Æmilianus, quem hominem Christianum fuisse pronuntiat Warburtonus:<sup>6</sup> cui opinioni disertam aliquam auctoritatem, quam opponam, non habeo. Immo, homo fanaticus et magicis superstitionibus addictus divinæ religionis cultorem aliter vix describere poterat, atque Apuleius Æmilianum, accusatorem suum, pingit.<sup>7</sup> Quia tamen ex eo loco, quod sciam, solo argumentum Warburtoni ductum videtur, ejus

1 Nam male omnino Madarensem Apuleium a Platónico distinguit Künigius, in Bibl. vet. et nov. Altdorf. 1678.

2 Cf. notata ad Apol. p. 1421.

3 Florid. L. iv. N. 23.

Delph. et Var. Clas.

4 De Nat. De. i. 4.

5 Apol. p. 1411.

6 De Div. Legat. Moisi.

7 Apol. p. 1456. sq.



conjecturam, ut probabilem, haudquaquam aspernor; ceterum ut omni dubio carentem nondum amplector.

Illud certum est, iudices, apud quos causam dixit, Christianos non fuisse, quod quidam putarunt. Tota oratio pluribus locis id demonstrat. Ceterum de religione Apuleii, qui philosophum non decere arbitrabatur, de Diis Immortalibus matri et patri credere, melius cum non habeam quod dicam, verbis utar Moshemii ad Cudworth. Syst. Intell. cap. iv. § 32. 'Quatenus ex ejus cognoscitur Metamorphosis, erat is ex eorum genere, qui religionem populorum, invita licet ac reluctantem veritate, ad philosophiæ, quam probabant, præcepta studebant accommodare. Ipse, id quod etiam ex aliis librorum ejus locis apparet, toti rerum universitati bina præponebat principia, masculinum alterum, si loqui ita fas est, alterum foemineum, Deum quendam præpotentem et summum, et naturam quandam administrationi hujus orbis et generationi rerum omnium præfectam, seu mundi animam, efficientem omnia et moderantem. Ad has binas naturas universam Deorum, quibus populi supplicabant, turbam revocabat. Summum illum Deum in Osiride primum, deinde in reliquis Diis omnibus virilis sexus coli, aut Deos omnes unius tantum illius Dei varia esse nomina, statuebat. Dearum autem quicquid esset, Isidem, Minervam, Junonem, et reliquas, id omne unam illam mundi animam seu naturam genetricem referre, arbitrabatur. Utrumque vero hoc principium vinculo quodam autumabat connexum esse, ut, qui unum cole-ret ac veneraretur, alterum quoque simul non posset non revereri. Quamquam enim connexa, immo vero unica ratio Numinis religionisque esset, tamen teletæ discrimen esse maximum, aiunt.' Ita loquitur Metamorph. Lib. xi. A crimine Magiæ Apuleium defendunt Naudæus, *Apologie des Grands Hommes, fausement accusés de Magi*, la Haya 1679. et Arnaldus Forcalquieriensis in 'Apologia Apuleii, Bacchi, Epicuri, et Phalaridis,' cit. in Bibl. Lat.

Fuit autem Apuleius vultu liberali et facie decora, ut non minus formæ venustate quam morum elegantia Pudentillam in amorem sui traxisse videatur. In ipsa accusatione scriptum fuerat: 'Accusamus apud te Philosophum formosum.'<sup>1</sup> Ipse tamen Apuleius

<sup>1</sup> Apol. p. 1418.

<sup>2</sup> Apol. p. 1810. Confirmant id effigies Apuleii, si qua illis fides habenda,

quas vide in Thea. Antiq. Græc. Gro-noviani T. III. nnnn. et in veteri gemma duplici apud Licetum p. 253. 255. An-

formæ mediocritatem sibi tribuit, et ' continuationem literati laboris omnem gratiam corpore deterisisse' fatetur.<sup>1</sup>

Restat ut de ætate, qua vixit Apuleius, pauca dicamus. Alii enim eam ad Trajani tempora retulerunt, alii ad Theodosii, alii ad Commodi, Severi, et Caracallæ imperium. Sed sub Antonino Pio ac fratribus M. Antonino philosopho et Vero floruit Apuleius.<sup>2</sup> Evidenter id apparet e loco Florid. N. 9. extr. ubi ' Cæsarum' meminit. Præterea Apologiam dixit apud Maximum Claudium, qui sub Antonino Pio floruit.<sup>3</sup> In eadem oratione Lollii Urbici meminit, qui ejusdem Imperatoris legatus fuit,<sup>4</sup> et Lolliani Aviti, quem sub Divis fratribus vixisse aliunde constat.<sup>5</sup> Severianum, Proconsulem Africæ, ejusque filium Honorinum laudat Florid. N. 9. de quibus an aliunde quid constet, non inveni. Putarunt quidem nonnulli esse hunc Aufidium Severianum, cujus apud Ulpianum in l. 4. ff. de Off. Procons. et Leg. mentio facta, unde et Apuleii ætatem ad imperium Severi retulerunt: sed pari jure asserere quis posit, eundem esse, qui ' Severianus Julianus' vocatur apud Murator. p. 543. aut alium quempiam e Severianis, quorum nomen non infrequens in Inscriptionibus.<sup>6</sup> Sed Severianus, cujus meminit Apuleius, floruit sub Divis fratribus, ut patet e ' Cæsarum' mentione. Ceterum de ætate Apuleii qui egerunt, præter editores, citantur a Fabricio P. Pithæus II. 10. Advers. Subsiciv. Jac. Rævard. Varior. I. 20. Joan. Jonsius III. 2. de Scriptoris Hist. Philosophicæ, et Baylius, in Lexico.

### *De Scriptis Apuleii.*

*Pro se apud Claudium Maximum Apologia, sive de Magia Liber.*—Copiosissima hac oratione, Sabratæ, oppido Africæ, habitata, contra adversariorum accusationem, non solum a Magicarum Artium crimine se defendit Apuleius, sed etiam ad reliquas crimi-

tiquor. Schematum Gemmarum Anularium, apud Morell. Specim. Rei Num. Ant. T. II. p. 45. et Sigebertum Havercamp. Diss. de Numis Contorniatis p. 152. citat. in Bibl. Lat. Fabricio-Ernestina. Vid. et Fabrett. ad Col. Traj. c. 7. p. 211.

<sup>1</sup> Apol. p. 1313.

<sup>2</sup> Vid. Noris. ad Cenot. Pis. p. 33. cf. Salm. ad Solin. p. 714; Barth. ad Stat. IV. Theb. 835.

<sup>3</sup> Vid. ad Apol. p. 1329.

<sup>4</sup> Vid. ibid. p. 1305.

<sup>5</sup> Vid. ibid. p. 1370. De Orfito, Proconsule Africæ, quem Florid. L. III. N. 17. memorat, vide Tillemontium in Hist. Imperatorum Gallicæ edita T. II. p. 570. citatum a Fabricio. Ejus mentio etiam apud Spon. Misc. p. 269. et alibi.

<sup>6</sup> Cf. Ind. Corpora Gruteriani.

nationes de extorta dote et invasa ex lucri cupiditate Padentillæ domo, luculentissime respondet. Quoniam vero Magiæ accusationem in prima Orationis parte, dein reliqua tractat, hinc in duas Orationes hæc Apologia in Mss. et Edd. vett. dividi solebat, quod male esse factum dudum observarunt VV. DD.<sup>1</sup> Oratio hæc videtur habita esse antequam *Metamorphoseon* opus conficeret auctor, quoniam in eo multa invenissent adversarii, quæ Magiæ suspicionem non parum augere potuissent. Apologiæ nomen in Mss. non inveniri, monui in nota ad Titulum. Postea tamen didici Apologiam vocari hanc orationem in Ms. Bibl. D. Marci,<sup>2</sup> si modo fides Catalogo, cujus auctor fortasse in Ms. nomen illud non invenit, sed Librum citavit, prout vulgo citari solet. Ceterum, quoniam Apuleius testatur, sibi ad defendendum vix tres vel quinque dies integros fuisse, hinc Scipio Gentilis suspicatur, aliam fuisse orationem, quam Apuleius dixit, aliam hanc Apologiam, quam edidit. Sed hac de re suum cuique sit iudicium.

*Metamorphoseon Libri undecim.*—Lucius Patrensis, Patris, Achaïæ urbe, oriundus, *Μεταμορφώσεων λόγους* scripserat, teste Photio Cod. cxxix. quod opus an unum constituerit Librum Romanensem, seu Fabulam Milesiam, ut vulgo putant, an vero, (ut videtur esse maxime probabilis opinio Hyeti *Histoire des Romans* p. 32.) *Μεταμορφώσεων* quandam *συναγωγήν*, ferme qualis illa Antonini Liberalis, non constat; immo, vel omnino extitisse Lucium illum; negat Wielandus.<sup>3</sup> Ex hoc Lucii Patrensis opere Lucianus obscenum illum libellum, cui titulus *Λούκιος ἢ Ὀνος*, expresserat, ut sale satyrico lascivas mulieres suæ ætatis perstringeret. Apuleius autem, cum hoc propositum sibi haberet, ut specie usus fabulæ Milesiæ, quo narrationis genere istius ævi homines, et Afri præcipue, magnopere delectabantur, mysteriorum utilitatem et sanctimoniam commendaret; eandem illam fabulam de homine in asinum mutato idoneum argumentum ratus quo uteretur, præsertim quia conjunctum quodammodo erat cum metamorphoseos et palingenesios doctrina, in mysteriis tradi solita, eam ornavit et amplificavit. Qui enim in Apuleii *Metamorphosis* nihil nisi inanem fabulam Milesiam, et putidam obscenitatum farraginem, reperire sibi videntur, perquam inique illi sentiunt de

<sup>1</sup> Vide ad init. Apol.

<sup>2</sup> De quo vide infra.

<sup>3</sup> Vid. Harl. ad Fabr. Bibl. Gr. Vol.

v. p. 340. et de Lucio Patrensi Fabr. Vol. x. p. 716, et Vol. viii. p. 159.

Apuleio, qui, etsi a superstitionis labe haudquaquam purus est existimandus, tamen ab adolescentia veterum philosophorum præceptis imbutus, in naturæ investigatione perpetuo versabatur, et cum Platone suo et in philosophia quasi habitabat. Verum sub Imperatoribus Romanis, in vectis præsertim Priapeis sacris, turpissimarum libidinum latebris, tanta morum corruptela universum pæne orbem Romanum invaserat, ut incesti amores, stupra, et adulteria singulas fere familias inquinassent, et matrimonii sanctissimam religionem polluissent. Testantur id, præter historiarum monumenta, istorum temporum scriptores, qui sæculi sui corruptelam in rebus venereis, passim, aut vivis coloribus depingunt, aut censoria animadversione perstringunt. Antiquis autem illis mysteriis, quibus nil melius Athenas peperisse, et quibus ex agresti immanique vita excoli ad humanitatem et mitigari hominem prædicat Cicero,<sup>1</sup> cum non solum verior Dei et naturæ cognitio contineretur, sed et purioribus morum præceptis, ultra sæculi sui indolem, eorum participes imbuerentur, cumque iisdem mysteriis initiatus esset Apuleius; hoc sibi condendo *Metamorphoseon* opere proposuisse videtur, ut æquales suos doceret, in tanta morum corruptela, ad humaniorem vitæ rationem, unicum et efficacissimum esse remedium, mysteriorum initiationem. Itaque inducitur Lucius, juvenis voluptatibus deditus,<sup>2</sup> cognoscendarum artium magicarum studio Thessaliam petens; sed adeo penitus voluptatibus se immergens, ut ad bruti naturam prorsus delabatur, et nimia Magiæ curiositate, ejus artis experimentum facere cupiens, in asinum transformetur: quo figmento se et mysteria a Magiæ suspitione defendere voluisse auctorem, haud absurda videatur opinio. Postquam autem Lucius, in miserrimam asini conditionem redactus, omnes belluinæ suæ sortis miseras exantlasset, et spurcissimis se libidinibus polluere esset coactus, tandem humanitatis suæ memor, nactus opacæ noctis silentia, aspectu lunæ candentis commotus, Isidem Deam deprecatur, ut illa tandem miseriis suis finem imponat, et quadrupedis diram faciem a se depellat. Illa tandem miseretur miseri juvenis, qui in solenni Deæ Isidis pompa, devorata corona rosea, ad humanam formam redit; castimonie religiosa observatione, ad sinceræ religionis communionem præparatur; Osiridis sacris initiatur; et in Pastophororum collegium

<sup>1</sup> De Legg. ii. 14.

in proverbium abiisse videtur. Cf. Ter-

<sup>2</sup> Unde Lucii nomen quodammodo tull. Apologet. c. 3.

ascitur.\* Ex hoc Metamorphoseon conspectu, clare, ni fallor, apparet, nihil aliud sibi proposuisse auctorem, nisi ut adversus sæculi sui mores corruptos, mysteriorum religionem commendaret, pure sancteque servandam; quæ ipsa, superstitionibus infecta, et a Deorum cultus sanctitate ad morum corruptelam cum descivisset, ad quantam fœditatis immanitatem homines proripiat, ipse auctor indicare voluisse videtur, narratione spurcissimarum turpitudinum, quibus Dæe Cybeles sacerdotes se contaminasse leguntur Libb. Metam. VIII. et IX.

Restat, ut de fabula *Psyches et Cupidinis* dicamus, magis artis operibus, quam scriptorum literis celebrata. Narratur illa Metam. Libb. IV. v. et VI. ab anu quadam, ut puellam recens nuptam soletur, quam ex conjugis amplexu prædones rapuerant, et est cum dicto auctoris proposito quam maxime conjuncta. Hac enim fabula illicitis Veneris commerciis, quibus ad omnem nequitiam rapæquales suos videbat Apuleius, opponere voluit fidem conjugalem, quæ, quamvis multa sæpe inveniat impedimenta, tamen aliquando felicem experitur eventum, Deorum favore compensatur, et homines ad Immortalium Deorum beatitudinem evehit. Quomodo et hæc fabula cum mysteriorum commendatione sit conjuncta, exponere, supra a nobis disputata postulare videantur. Sed totam fabulam de Psyche et Cupidine, mythis moralibus accensendam, et cum mysteriorum religione conjunctam, uberius et erudite ex artis operibus illustravit Birgerus Thorlacius in 'Fabulæ de Psyche et Cupidine disquisitione mythologica,' Havniæ et Lipsiæ 1802. ad quem libellum etiam Apuleii studiosos delegamus.\*

*Floridorum Libri* IV. ut vulgo distinguuntur. Putat Wower. esse *ἀνθολογίας* seu *χρηστομαθίας*, quemadmodum Plin. III. Epl. 5. testatur avunculum suum reliquisse electorum commentarios :

1 Ziegleri Disputationem 'de L. Apuleio Ægyptiorum mysteriis ter initiato,' Argentor. 1786. inspicere mihi non licuit.

[\* Postquam hæc de Fabula *Psyches* et *Cupidinis* scripsimus, comperimus, extare librum quendam, Anglice scriptum (*The History of all Religions, &c. by John Bellamy*, Lond. 1818.) cujus auctor probare conatus est, quemadmodum totam Græcorum Romanorumque Mythologiam, ita et fabulam *Psyches* et *Cupidinis*, ex sacris literis

et originem habuisse et explicandam esse. Ita quidem, si auctori credas, *Psyche* habenda fuerit communis generis humani mater, *Eva*; et omnia, quæ de illa narrantur, referenda ad historiam de hominum lapsu, quemadmodum ea in sacris literis traditur; ipsam quoque *Cupidinis* nomen ex lingua Hebræa deducendum. Qui velit, credat, et auctoris lumen suspiciat. Voluntariæ cæcitatis ab eo incusari nos moleste non feremus. *J. Bosscha, in Addend.*]

unde et 'eclogarii' apud Cicer. ad Att. L. xvi. et 'analectæ' ap. Senec. Epl. 27. Sic etiam ἐκλογῶν libros vi. reliquisse Metitonem Asianum refert D. Hieronymus: et 'Flores,' et 'Deflorare,' &c. hoc sensu sæpe usurpari Cassiod. aliisque ejus ævi scriptoribus, idem monet Wow.

*De Deo Socratis Liber.*—Orationem esse extemporalem vulgo putarunt, quia duo Floridorum fragmenta vulgo huic libello male juncta fuerant, quorum alterum incipit: 'Qui me voluistis dicere ex tempore.' Quædam huic libello deesse videbantur Wowerio, Scriverio, et Oudendorpio.

*De Dogmate Platonis Libri III.*—Tribus his Libris Platonis doctrinam exposuit Apuleius; et pro triplici Philosophandi ratione a Platone adhibita, una de natura, altera de vita et moribus, tertia de disserendo, Apuleius quoque primo Libro agit 'de Philosophia Naturali,' altero, 'de Philosophia Morali,' tertio, 'de Philosophia Rationali,' sive περὶ Ἑρμηνείας. Inscriptis autem totum opus 'de Dogmate Platonis,' ut Alcinous similis argumenti librum: εἰσαγωγὴν τῶν δογμάτων Πλάτωνος, monente Wowerio, qui bene vidit, quomodo tres totius operis libri cohæreant.

*De Mundo Liber.*—De hoc libro et Aristotelico περὶ κόσμου, quid sentiant Viri Docti, vide in nota ad init. Libri. Auctorem Latini libri esse Apuleium falso dubitat Menagius ad Diog. Laërt. vii. 154. monente Fabricio, qui testatur etiam ex hoc libello Theologiam Apuleii cum notis exhibuisse Christianum Falsterum in Cogitationibus Philologicis, Cogit. vi. p. 37. sqq.

Itaque trium celeberrimorum philosophorum placita explicare voluisse videtur Apuleius: Socratis, in Libro de ejus Deo; Platonis, in tribus Libris de Dogmate ejus; Aristotelis, in Libro de Mundo.

*Phædo.*—Platonis Phædonem Latine vertisse Apuleium testatur Sidon. Apollin. ii. 9. 'Quamquam sic esset ad verbum sententiamque translatus, ut nec Apuleius Phædonem sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani sermonis exciperint.' Ipsum opus periit, sed duo ejus fragmenta servavit Priscianus Lib. x. quæ vide inter Fragm. Apuleii.

*Hermagoras.*—Cujus argumenti fuerit Hermagoras Apuleii nobis non constat, nam periit, et non nisi pauca fragmenta servarunt Grammatici. In plures Hermagoras, imitatione Platonis,

opus fuisse divisum, observat Wower. et conjicere licet ex locis a Prisciano citatis.

*De Proverbiis.*—Hujus operis, quod duobus ad minimum Libris constituisse videtur, unum fragmentum servavit Charisius.

*Epitome.*—Historiarum Epitomen fuisse suspicatur Colvius, quod in medio reliquit Scriv. Ex unico fragmento quod servavit Priscianus L. VI. nihil certi colligas. Fortasse ad Arithmeticam pertinuit, de qua primum Apuleium Latine scripsisse testantur Cassiodorus et Isidorus. Historias varias rerum tamen scripsisse se profitetur ipse Apuleius.<sup>1</sup>

*De Republica Liber.*—Ejus fragmentum servavit Fulgentius.

*Medicinalia.*—Medicinæ studiosissimus cum fuerit Apuleius, mirum non est, eum de hac arte quoque scripsisse. Testatur id etiam Marcellus, de Medicamentis, in præfatione ad filios: ‘Vetereſ Medicinæ artis auctores Latino sermone perscripti, Apuleius, et Celsus, et Apollinaris.’ Apuleium in Medicinalibus citat Priscian. L. VI.

*De Arboribus Libri.*<sup>2</sup>—Suspiciatur Salmasius,<sup>3</sup> hoc opus verbis Plinii compositum esse, pariter ut Herbarium, de quo infra dicetur; et ex illis Libris sumtum, qui arborum naturam exponunt, quales sunt XIV. et sqq. usque ad XVII. qui τὰ γέννημα continent.

*De Arithmetica.*—Aurel. Cassiod. de Arithmetica: ‘Arithmetica disciplina apud Græcos Nicomachus diligenter exposuit. Hunc primum Madaurensis Apuleius, deinde magnificus vir Boëthius, Latino sermone translatus, Romanis contulit lectitandum.’ Ibidem: ‘Hujus disciplinæ tota vis in exemplis, additionibus et detractationibus partium eat sita. Quam partem qui volet plenissime pernosse, Apuleium legat, qui primus Latinis hæc argumenta illustravit.’ Isidor. Orig. L. III. ‘Numeri disciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant scripsisse, ac deinde a Nicomacho diffusius esse compositam; quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boëthius, transtulerunt.’ De ipsis operibus Apuleii Arithmetice nihil constat. Suspiciatur Colvius Librum de Numeris inscriptum ab eo fuisse, quem inter Deperdita Apuleii enumerat etiam Fabricius. Nicomachi Arithmetica transtulisse Apuleium, e Cassiodoro colligas cum Wowerio.

<sup>1</sup> Florid. L. I. N. 9. et L. IV. N. 20. II. 126.

<sup>2</sup> Citantur a Servio ad Virg. Ge. <sup>3</sup> Ad Solin. p. 12.

*De Musica.*—Cassiodorus de Musica: 'Fertur etiam Latino sermone et Apuleium Madaurensem instituta hujus operis effecisse.' Musicen attingisse se ipse profitetur Apuleius Florid. L. iv. N. 21.

*Ludicra et Convivales Quæstiones.*—Macrobi. Saturn. viii. 3. 'Cum videas anceps esse omne scommatum genus; suadeo in conviviis, in quibus lætitiæ insidiabitur ira, ab ejusmodi facessas: et magis *Convivales Quæstiones* vel proponas, vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, et Plutarchus, et vester Apuleius: 'quæ ad verbum fere transcripsit Joannes Sarisberiensis Policratici sive de Nugis Curialium viii. 10. Sidon. Apollin. ix. Ep. 13. 'Quoties epulo mensæ lautioris hilarabere, religiosis narrationibus vaca. His proferendis confabulatio frequens, iis redicendis sollicitus auditus inserviat. Certe si saluberrimis avocamentis, ut qui adhuc juvenis, tepidius inflecteris; a Platónico Madaurensi saltem formulas mutuare Convivialium Quæstionum. Quoque reddaris instructor, has solve propositas, has propone solvendas, iisque te studiis et dum otiaris exerce.' Imp. Severus, Epistola ad Senatum de Clodio Albino, apud Jul. Capitolin. 'Major fuit dolor, quod illum pro literato laudandum plerique duxistis, cum ille, nœniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas et Ludicra Literaria Apulei sui consenesceret.' Ipse Apul. in Apol. p. 1315. 'Primo igitur legerunt e *Ludicris* meis Epistolium de dentifricio, versibus scriptum ad quendam Calpurnianum,' &c. Non apparet igitur quale fuerit opus, ad quod respexerunt Macrobius, et Apollinaris, aut Severus et ipse Apuleius. Lubet tamen ascribere Scriverii notam ejus Edit. Apul. p. 376. 'Libri Ludicrorum, opinor; quorum obscure veteres meminerunt, cum Quæstionibus Convivialibus, quæ plurium auctoritate clare, cognati argumenti fuerint. Suadere videtur Macrobius, qui totum hoc scribendi genus ludicrum vocat, ex quo etiam, cujus argumenti fuerint, colligere licet; nam Plutarchum ejusdem argumenti libros reliquisse tradit. Quo pertinet, quod in Floridis legimus, Apuleium inter alia scripsisse Griphos. Moris enim fuit γρίφοις, seu quæstiones ambagibus involutas in conviviis ad solvendum proponere. De quibus præter Hesychium, Suidam, Scholiasten Aristophanis, Athenæus Lib. x. ex Clearcho et aliis. Pollux κολικεια ζητήματα vocat. Sed Convivales Quæstiones Apulei non ab urbanitate dictiorum et salibus tantum quibus in conviviis ludebant, verum etiam a præceptis



salabribusque monitis commendantur, et quidam voce Apollinafis.' Pleraque hæc desumait Scriv. a Wowerio, qui putat in Libris Ladicrorum tractasse Apuleium illud dicteriorum et cavillationum genus, quo inter pocula delectabantur veteres; sed quod cum contumelia alterius conjunctum; unde dissidia et rixæ sæpe obortæ: in Convivalibus Quæstionibus vero magis ingenuam et seriam jocandi rationem.

*Oratio de Majestate Esculapii.*—Habuit Apuleius hanc Orationem primis diebus quibus Ceam venerat, eamque Orationem celebratissimam esse testatur Apol. p. 517. Ad nos tamen non pervenit.

*Dialogus et hymnus in honorem Esculapii.*—Meminit horum Apuleius Florid. Lib. iv. N. 18. In Dialogo loquentes fecit Sabidium Severum et Julium Persium, ita ut Severus Latine loqueretur, Persio vero Romanæ linguæ partes essent datæ. Hymnus quoque utraque lingua compositus fuit: sed ambo perierunt.

*Libri Physici.*—Librum scripsisse Apuleium, cui titulus fuerit, *Naturales Quæstiones*, vulgo creditum, ex Apol. p. 1408. sed eum locum nos aliter constituimus et exposuimus. Apparet tamen ex eo, Apuleium utraque lingua scripsisse opus de piscibus et reliquis animalibus. Ibid. p. 1418. dicit, se de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa conscribere: ex quo opere defloratos esse, qui extant sub nomine Sexti Placiti, sive Platonici Iatrosophistæ Afri, Libellos duo de remediis animalium et avium, editos a Francisco Emerico Oppuriano, Gabriele Hummelbergio et Andrea Rivino, non sine magna veri specie suspicatur Fabricius.

*De Re Rustica.*—Citatur aliquoties Apuleius in Geoponicis, et i. 16. dicitur 'Πρωμακός, h. e. Latinus scriptor. Palladius quoque De re rust. L. i. tit. 35. 'Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas.' Fortasse tamen scriptum id fuerat in opere de Arboribus.

*Oratio pro statua Cæ sibi locanda.*—Meminit hujus Orationis Augustin. ad Marcell. Ep. 5. aiens, Apuleium 'pro statua sibi apud Cæenses locanda adversus contradictionem quorundam civium litigasse,' et 'posteror ne lateret ejusdem litis orationem scriptam memoriæ commendasse.'

*Satiræ et Griphi.*—Ipse Apul. Florid. L. i. N. 9. 'Pro his præscriptare me fateor, uno chartario calamo conficere poemata omne

genus, apta virgæ, lyræ, socco, cothurno : item satiras, ac griphos. Hinc inter poëtas Satiricos Apuleius quoque recensetur a Casaub. de Sat. Poësi L. II. c. 3. p. m. 301.

*Menandri* 'ANEXOMENOS.—Elegantissimum hoc, sed obsecrannu poemation Apuleio, a nonnullis esse abjudicatum, videre est e Burmanni nota. Tanquam genuinum Apuleii citat Hugo Grotius ad Jacobi IV. 2.

*Hermetis Trismegisti Asclepius, de Natura Deorum dialogus, sive, de Natura Deorum ad Asclepium allocuta.*—Versionem Latinam Hermetici Dialogi de Deo, homine, et mundo, cum Asclepio habiti, presentibus Ammone et Tatio, Apuleio nostro tribuunt alii,<sup>1</sup> abjudicant alii.<sup>2</sup> Atque adeo, si suffragiorum numero causa unice sit judicanda, Hermetici Dialogi versio Latina ab Apuleio non est profecta. Sed audiamus argumenta. Qui eam Apuleio revera tribuunt, nituntur auctoritate Matorum omnium, in quibus inter alia Apuleii opera Asclepius quoque Apuleio tribuitur. Excipio tamen Ms. in Bibl. D. Marci, quem infra inter Mss. enumerabo. Præterea infirmum hoc est argumentum, ubi idoneæ afferri possunt rationes, quæ auctori abjudicandum opus illud suadeant. Et Colvius quidem in fine vitæ Apuleii, suæ editioni præmissæ, 'Non bene,' inquit, 'illi etiam de stylo filoque orationis Apuleianæ judicare videntur, qui ab eo Asclepium Hermetis Trismegisti e Græco in Latinum conversum volunt, interque ejus scripta numerare et excudere non dubitant; cum eo dialogo, quantum ad verba et ad phrases, vix quicquam in tota lingua Latina extet ineptius.' Wowerii autem judicium ejusmodi est: 'Sunt qui Asclepium Hermetis Trismegisti dialogum, tanquam ab Apuleio versum, inter ejus opera vulgare solent. Impellere illum poterat auctoris dignitas et argumenti præstantia: sed oratio plane sicca et exsanguis, nihilque simile habens cum Apuleianâ ubertate et lætitia.' Idem de stylo hujus versionis, Apuleio non tribuendæ, judicant Elmenh. et Scriv. Labet denique ascribere judicium Harlesii Bibl. Gr. Vol. I. p. 68. 'Primum non omnes codices præfixum habent, uti vidimus,' (Harles. quoque Ms. D.

<sup>1</sup> Albertus ad Eyb. Margar. Poët. I. 4. Betuleius ad Lactant. VII. 18. Cadworth. Syst. Intell. p. 383. Ed. Jenens. et, ut videtur, Pricæus ad Met. L. I. p. 158. Append. Apul.

<sup>2</sup> Colvius, Wowerius, Elmenhorstius,

Scrivierus, Floridus, Lambecius in Prodrom. Hist. Liter. p. 141. Fabricius Bibl. Gr. I. 8. et ibi Harlesius. In medio relinquere videtur Cannegieterus ad Caton. Distich. Ed. Arntzen. p. 396.

Marci laudaverat,) 'nomen Apuleii, interpretis: dein Apuleius de libris Hermeticia, eorumque cum philosophia Platonica consensione nunquam disserit; quod cur non fecarit, ne divinando quidem intelligi poterit: denique, cur veteres scriptores, atque ipse Augustinus,' (et Lactantius, quorum uterque alibi Apuleii scripta laudat,) 'nomen Apuleii, si fuisset interpres, reticuisset, perspectu erit difficile.' Post diligentem Apuleii lectionem, nulla, ut mihi videbar, præjudicata opinione occupatus, ad Hermetis dialogum legendum me converti: et inveni quidem in eo rariora quædam vocabula, quibus Apuleius quoque usus est, 'impossibilis,' 'medietas,' alia; aut ejusmodi, quæ ab ejus sermone non abhorrent, ut 'humanitas,' de genere humano, 'adunatus,' 'sustollere,' 'mutescere,' 'vivificare:' sed totus dialogi stylus ab Apuleiano adeo prorsus diversus est, ut, ab auctore nostro eum non esse profectum, audacter ausim affirmare. Non Græcorum frequentes illæ imitationes; non periodi paribus membris procedentes, quibus intemperantius delectabatur Apuleius; non adverbiorum creber usus; non reliquæ Apuleiani styli proprietates in Asclepio comparent: sed contra, voces inauditæ, 'inaltatus' pro, in altum evectus, 'transiet' pro, transibit, 'ambitudo,' 'inaversabilis,' 'salvatus,' et quædam aliæ. Delectatur interpres Latinus inchoativis, ad fastidium usque, quod in Apuleio non deprehenditur. Sic p. 320. Ed. Bip. legitur: 'Cælum humescens, vel arescens, vel frigescens, vel ignescens, vel clarescens, vel sordescens in una cœli specie, hæ sunt quæ sæpe alternantur species.' Dein vox 'benedictiones,' et locutio 'passio pœnarum,' et similes, ab Apuleio proficisci potuisse mihi non videntur. 'Angelos,' diversos a Dæmonibus, qui memorantur p. 321. et 'angelos nocentes,' p. 309. (quos ἀγγέλους πονηρούς vocaverat Hermes,<sup>1</sup> si ex hoc dialogo et sua ipsius versione novisset Apuleius, eorum haud dubie in Libro de Deo Socratis meminisset, aut in sua versione de illis verbo monuisset. Sed qui penitus sibi persuadere volunt, Asclepii versionem ab Apuleio confectam non esse, ii legant Aristotelicum Librum περὶ κόσμον ab auctore nostro Latine versum: et ut appareat aliquomodo hujus comparisonis ratio, apponam hic istius versionis specimen, prout sese mihi offert:

<sup>1</sup> Cf. Lactant. ii. 15.

Apuleius de Mundo p. huj.

Ed. 1275.

Aristoteles.

“Ὅταν οὖν ὁ πάντων ἡγεμών  
 τε καὶ γενέτωρ, ἀράτος ὢν ἄλλως  
 πλὴν λογισμῷ, σιμῆνῃ πάσῃ φύσει  
 μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς φερο-  
 μένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν  
 κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίῳις, ποτὲ  
 μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινο-  
 μένῃ, μυρίας ιδέας ἀναφαίνουσά  
 τε καὶ πάλιν ἀποκρύπτουσα ἐκ μιᾶς  
 ἀρχῆς. Ἔουκε δὲ κομιδῇ τὸ δρώ-  
 μενον τοῖς ἐν πολέμῳ καιροῖς  
 μάλιστα γινομένοις, ἐπειδὴν ἡ  
 σάλπιγξ σιμῆνῃ τῷ στρατοπέδῳ.  
 Τότε γὰρ τῆς φωνῆς ἕκαστος ἀκού-  
 σαι, ὁ μὲν ἀσπίδα ἀναμειβεται, ὁ δὲ  
 θώρακα ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημίδας, ἡ  
 κράνος, ἡ ζωστήρα περιτίθεται.  
 καὶ ὁ μὲν ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ συν-  
 ωρίδα ἀναβαίνει, ὁ δὲ σύνθημα  
 παρεγγυῖ. καθίσταται δὲ εὐθέως,  
 ὁ μὲν λοχαγὸς εἰς λόχον, ὁ δὲ  
 ταξίαρχος εἰς τάξιν, ὁ δὲ ἵππευς  
 ἐπὶ κέρας, ὁ δὲ ψιλὸς εἰς τὴν ἰδίαν  
 ἐκτρέχει χώραν. πάντα δὲ ὑφ’ ἑνα  
 σημάντορα κινεῖται κατὰ πρόσταξ-  
 ιν τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος ἡγεμό-  
 νος οὕτω χρῆ καὶ περὶ τοῦ σύμπαν-  
 τος φρονεῖν.

‘Cum igitur rex omnium et  
 pater, quem tantummodo ani-  
 mæ oculis nostræ cogitationes  
 vident, machinam omnem ju-  
 giter per circuitum suis legibus  
 terminatam, claram et sideribus  
 reluctantem, speciesque innume-  
 ras modo propalam, sæpe con-  
 tectas, ab uno, ut supra dixi,  
 principio agitari jubet; simile  
 istuc esse bellicis rebus, hinc  
 liceat arbitrari. Nam cum tuba  
 bellicum cecinit, milites clan-  
 gore incensi, alius accingitur  
 gladio, alius clypeum capit;  
 ille lorica se induit, hic galea  
 caput, vel crura ocreis involvit;  
 ille equum temperat frænis, et  
 loris jugales ad concordiam co-  
 pulat; et protinus unusquisque  
 competens capessit officium. Ve-  
 lites excursionem adornant, or-  
 dinibus principes curant, equites  
 cornibus præsumt, ceteri negotia,  
 quæ nacti sunt, agitant: cum  
 interea unius ducis imperio tan-  
 tus exercitus paret, quem præ-  
 fecerit, penes quem est summa  
 rerum. Non aliter divinarum et  
 humanarum rerum status regi-  
 tur,’ &c.

Græca Dialogi Hermetici interciderunt, præter pauca frag-  
 menta, quorum insigniora, collata versione Latina, apponam.

Hermes apud Lactant. iv. 6.

Interpres Latinus.

‘Ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιη-  
 τῆς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν,

‘Dominus et omnium con-  
 formator, quem recte Deum di-

ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν, (αἰσθητὸν δὲ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτὸν, περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πρότερον αὐτὸς αἰσθοίτο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἰσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν,) ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἓνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἤγλασέ τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.

cimus, quem a se secundum fecerit, qui videri et sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat, (de hoc enim, an ipse sentiat, an non, alio dieamus tempore,) sed eo, quod vidantium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum, visusque est ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum ut divinitatis suae partem.'

Hermes apud Lactant. vii. 13.

Interpres Latinus.

Ἐπὶ δὴ ταῦτα ὧδε γένηται, ὦ Ἀσκληπιέ, τότε ὁ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἐνὸς θεοῦ δημιουργὸς ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις καὶ τῇ ἐάντου βουλήσει τοῖς τοιούτοις, τὸ ἀγαθὸν ἀντερεῖσας τῇ ἀταξίᾳ, καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην, καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθήρας, πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ καταλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξύτατ' διακαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς ἐκκίεσας, ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἐάντος κόσμον.

Sed Græca hæc pluribus in locis corrupta sunt.

'Cum hæc cuncta contigerint, ὁ Asclepi, tunc ille Dominus et pater et Deus primipotens, et unus gubernator mundi, intuens in mores factaque voluntaria voluntate sua, quæ est Dei benignitas, vitilis resistens, et corruptelæ omnium, errorem revocans, malignitatem omnem vel alluvione diluens, vel igne consumens, vel morbis pestilentibus ubique per diversa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum revocabit.'

Tandem speciminis loco apponam Gratiarum actionem, qua Dialogus clauditur :

'Gratias tibi agimus, summe et exsuperantissime. Tus enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuti. O nomen sanctum et honorandam, nomen unum, quo solus Deus est benefedicendus religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, et religionem, et amorem, et quæcumque est dulcior efficacia, præbere dignaris! Condonas nos sensu, ratione, intelligentia.

Sensu, ut te cognoscamus. Ratione, ut te suspicionibus indagemus. Cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus. Ac numine salvati tuo gaudemus, quod te nobis ostenderis totum. Gaudemus, quod nos in corporibus sitos eternitati fueris consecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio majestatis tuæ. Cognovimus te, [et] lumen maximum, solo intellectu sensibili. Intelleximus te, o vitæ vera vita, o naturarum omnium fecunda prægnatio. Cognovimus te, totius naturæ tuo conceptu plenissime: cognovimus te, æterna perseveratio. In omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos velis conservare perseverantes in amore cognitionis tuæ, et nunquam ab hoc genere vitæ separari. Hoc optantes convertimus nos ad puram et sine animalibus cœnam.

Stylus versionis Asclepii, nostro quidem judicio, Tertulliani orationi quam Apuleii videtur similior. Quædam sane locutiones auctorem indicare videntur, qui si minus ipse Christianus fuerit, certe Christianorum scripta lectitaverit. Huc refero locutiones, 'mundanus homo,' de corpore humano, 'benedicere Deum,' 'salvatus.' Notandum etiam quod ab interprete Asclepii 'dominari' genitivo jungitur p. 323. 'Cœlestes Dii Catholicorum dominantur;' quod legere me non memini nisi apud unum Tertullian. Apologet. cap. 26. extr. 'nunquam dominaturi ejus, si non ultimo deliquisset in Christum.' Sed quisnam fuerit auctor versionis Asclepii, non affirmo, modo ne Apuleio tribuatur. Vixit certe ante tempora Augustini, a quo versionem lectam esse constat e L. VIII. de Civ. Dei c. 23. 24. et 26. et Orat. de 5. hæresibus c. 3. Ceterum de ipso Hermete ejusque Asclepio vide Fabric. Bibl. Gr. I. 8. Viris Doctis ibi citatis add. Beausobre *Histoire Critique de Manichée et du Manichéisme*, tom. II. p. 36. et 101. 202. ubi de Basilide: *Cette Théologie est tout-à-fait la même, que celle de cet ancien Gnostique, qui, si je ne me trompe, florissoit à Alexandrie, dans le même temps que Basilide (c'est-à-dire, dans le tems de Trajan et d'Adrien) et qui a pris le nom de Mercure Trismegiste.* Quem locum scriptum inveni in fronte Edit. Mercurii Trismegisti cum comm. Rosselii, quæ olim fuit Wytttenbachii V. Cel.

*Tractatus de Diphthongis*, sub Apuleii nomine, cum aliis tractatibus ejusdem argumenti Joannis Tortellii, Guarini Veronensis,

Gasparini Pergamensis, aliorumque scriptis ad rem Grammaticam pertinentibus, invenitur in Cod. Chartac. Colbertino; nunc in Bibl. Reg. Paris. N. 7553. item olim in Bibliotheca Marq. Gudii, *Libellus de notis adspirationis et de diphthongis* in Cod. Ms. Incipit libellus: 'Omnis adspirationis nota aut principalis est syllabarum, aut terminalis, aut media.' Suspiscatur Fabricius, hujus libelli auctorem esse Cæcilium Apuleium Minutianum, Grammaticum Gyraldo laudatum, cujus libri duo de Orthographia dicantur manu exarati extare in Bibl. Vaticana et aliis quibusdam. Inter alia laudat 'Hieronymum, linguæ Hebrææ,' ut ille quidem loquitur, 'indubitanter peritum.'

*De Ponderibus et mensuris ac signis cujusque ponderis liber.*—Sub Apuleii Madaurensis nomine circumfertur libellus e Græco Latinus factus per Jo. Baptistam Nicolaum, cum libello de notis sive signis vel characteribus ponderum et mensurarum incerti auctoris. Fabricius delegat lectorem ad Supplem. operum Joannis Mesuæ Damasceni, Venet. apud Juntas 1558. fol. p. 304. et 309. apud Valgrisium a. 1575. fol. et ibidem apud Juntas 1589. et 1623. fol. Gaspar Wolfius, eodem Fabricio teste, Apulienum sive Apulium quendam auctorem vocat, ut notavit Labbeus in Parte secunda Bibliothecæ nummarie.

*Liber de Herbis, sive de Nominibus ac virtutibus Herbarum, Al. De medicaminibus Herbarum, Al. De Herbis, Al. Herbarium, Salmasio, De Remediis Salutaribus.*—De hoc opere an Madaurensem nostrum habuerit auctorem non minus in diversa abeunt Viri Docti. Apuleio Celso medico, qui Augusti temporibus vixit, et quo Scribonius Largus usus est præceptore, tribuit illud Barth. Advers. xxxvii. 23. dubitanter tamen, cum Wowerio, aliis. Sed notarunt alii, Herbarii hujus auctorem Dioscoridem Pliniumque legisse, atque adeo senioris fuisse ætatis. Immo totum ex Plinianis rebus verbisque concinnatum esse, notat, præter Bodæum a Stapel. p. 321. ad Theophrastum, Salmasius ad Solinum p. 254. 261. et aliis in locis, qui ibid. p. 12. 'a nono decimo,' ait, 'libro Plinii verus Apuleius exorsus erat Libros suos de Remediis salutaribus inscriptos, quos totos Plinii verbis contextuerat in Epitomen redactis. Grande fragmentum hujus Apuleiani tractatus penes me est in antiquissimis membranis, descripti literis majusculis, sive ut vocant capitalibus, quod nobis magno usui fuit ad eruendam veram lectionem in aliquot Plinianis fere

desperatis, et quæ nec ipse sanasset *Æsculapius* sine hujus fragmenti opẽ: ita sinceriores ubique scripturam conservavit. Codex ille, quam *Pliniana* exemplaria, qui vetustior est omnibus *Plinianis* exemplaribus. Pugnat etiam quodammodo contra eos qui *Apuleio Celso*, medico, *Herbarium* tribuunt, ipsius prologus, quo cives suos ita alloquitur auctor: 'Ex pluribus paucas herbarum vires et curationes corporis ad fidem veritatis monumentis publicis tradidi, et succinctius constrinxi, ob stupiditatem verbosam professionis. Et dicemus, medicorum omnes ferme res venditationes potius esse quam caras. Hos etiam homines inertia plerumque et imperitia anxios; certe *lucripetas* veros nuncupari, qui etiam a mortuis mercedes expetunt per occasionem, et faciunt redditus dum tempus curationum extrahunt, puto quia sæviores ipsis morbis existunt. Proponamus ergo remedium titulos, quos vel nunc maxime tempus conducit, ut civibus meis, sociis quidem et peregrinis, quibus veratio acciderit aliqua corporalis, nostra literata scientia, iavitis etiam Medicis, profuisse videatur.' Apparet ex hiac, *Libelli* auctorem *Medicinam* ipsum non factitasse, sed ejusdem artis fuisse peritissimum, qualis fuit *Madaurensis* noster *Apuleius*, a cujus moribus etiam non abhorret illa gloriatio de literata sua scientia; uti nec vox '*Lucripeta*,' efficta ad similitudinem *Plauti*ne '*Lucrifuga*,' aliena est ab *Apuleiano* stylo. Et sane, ut mihi quidem videtur, totum *herbarium* *Apuleiani* sermonis proprietatem multo magis redolet, quam *Asclepii* versio, de qua supra dictum. Leguntur quidem in eo vocabula, quæ nec in *Apuleio*, neque alibi, quod sciam, legas, sed quæ tamen eleganter satis ficta sunt ad rem propositam indicandam; et supra vidimus, *Apuleium* in *Libris*, quos de *Historia Naturali* scripserit, illud præsertim egisse, ut novis vocabulis *Latinis* enuntiaret, quæ a *Græcis* essent disputata. Huc referri possunt, '*agnatio*' c. LIX. et LXII. de *tuberculis*, quæ ligno aut ramulis agnascuntur; '*folliculosum*' c. LIII. de *papavere*, a folliculis; '*rotundula*' c. XIII. '*floscellus*' c. XLIX. '*humerosus*' c. LI. '*vomificus*' c. CVIII. Gr. *ἐμετικός*. '*Fulvaster*' c. CIX. Gr. *ὑπόξανθος*, quod et '*subfulvus*' verti posset. '*Mietualis*' c. CXVII. Gr. *ὀψητικός*. '*Amorificus*' c. CXXIII. Gr. *ἐμψυτικός*. '*Insufflare*' c. CXXVIII. Gr. *ἐμφυσᾶν*. 'Memorant etiam appellari viperalem, eo quod interfectibilis earum comprobetur.' c. LXXXIX. Gr. *φονικὸς* vel *θανάσιμος τῶν ἐχιδνῶν*. Notanda quoque locutio: 'antequam thus sciretur,' pro, cognitum esset, c.



LXXV. et 'simulans folia,' pro, foliorum similitudinem referens, c. CXIII. cf. CXXIII. Adverbia inaudita, sed ab Apuleii usu non abhorrentia, sunt 'deintus' c. LXXIII. 'summotenus' c. LXXV. 'abinvicem discernuntur' c. CXI. Inveni etiam c. XXXI. rē 'luxus,' quartæ decl. pro luxatione, quod legitur quoque apud Apul. Florid. L. III. N. 16. ubi Oudend. affirmat, id nusquam alibi legi. 'Viror' c. CXXIV. et Apul. Flor. L. II. N. 10. 'Proster-nere terræ' c. CIX. et Apul. Met. L. IX. p. 638. vid. Oud. ad L. de Mundo p. 1224. a. Nihilominus Apuleio Madaurensi Herbarium non essetribuendum, plurimorum doctorum est sententia. Fabricius quidem suspicatur, ex Apuleii nostri Medicinalibus, quorum apud Priscian. L. VI. mentio, et aliis auctoribus, collectum contractumque esse, quæ est etiam opinio Arpii, de Talisman. et Amuletis c. 5. Bandinii in Ind. Catal. Mss. Latin. Medic. Contra, nec illos de Medicina libros a nostro auctore esse profectos, opinatur Scipio Gentilis ad Apol. supra. p. 1417. me minime assentiente, qui Fabricii opinioni libenter accedo, cum quia Herbarii stylus quædam habet ab Apuleiano non abhorrentia, tum quia philosopho nostro Platonico nugas tribuendas esse, quibus scatet Herbarium, mihi persuadere non possum: cujusmodi nugæ sunt ex. gr. c. XXIII. 'Herbam chamæmelon si quis ante Solis ortum carpserit, et dicat: Ad albuginem oculorum te carpo ut subvenias; et eam alligatam secum gestat, juvat.' Similia deliramenta alibi passim legas. Ex variorum auctorum operibus esse conflatum, inde etiam colligere licet, quod leguntur in Herbario vocabula, quæ non nisi apud Rei Medicæ aut Agrariæ scriptores hodie extant, ut 'remediare,' 'commanducari,' 'verticillus,' 'panicula,' 'suffumigare.' Auctores in Herbario citantur, præter antiquiores Osthane, Zoroastrem, Pythagoram, Dardanum, Dioscorides, c. CIX. Andreas, c. LXVII. et sq. medicus, cujus et Plinius meminit, et Soranus, c. LXXIX. et CIX. sic enim legendum, non, ut editum, *Foranus*. De Soranis Medicis vid. Fabric. Bibl. Gr. VI. 7. Multa huic libro deesse, colligas ex Indice ei præmisso in Cod. Ms. Colbertino. Cf. Catal. Bibl. Reg. T. IV. p. 286. Plura de hoc libro legi possunt apud le Clerc *Histoire de la Médecine* Part III. L. III. c. 9. et in centuria Plagiatorum num. 58. notante Fabric. in Bibl. Lat. ex qua sequentia hausta sunt. Editum est Herbarium inter Apuleii opera in Editionibus Basileensibus, et sub Apuleii Platonici nomine cum Antonii

Musæ libello de Betonica (quam Barth. Adv. xxxviii. c. 1. habet pro parte Herbarii Apuleiani) ad Marcum Agrippam, Basil. 1528. fol. ad calcem Plinii Valeriani, ex recens. Albani Torini, et anno 1537. 4. Tiguri, cum commentario Gabr. Hummelbergii, qui ab Apuleio ipso ita scriptum esse non ambigit, nisi quod fatetur, multa, nunc quidem circa nomenclaturas, nunc circa herbarum descriptiones et historiam illi deesse, codicesque maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos pervenisse. Jo. Rhodius ad Scribonium laudat editionem Apuleii *de Herbis* Parisiensem, Aldina locupletiolem, anni 1529. quam Jo. Philipp. de Lignamine dederit. Habet illa Ed. quædam additamenta in Aldino cod. recte prætermissa. In Pandectis Brandenburgicis ita hujus Libri fit mentio: 'Apuleii, seu hujus, seu Apuliensis, liber de medicamentis vel viribus herbarum, quem a Chirone Centauro præceptore Achillis et Æsculapio accepit auctor.' Thomas Johnsonus, Londinensis, præfatione ad Joannis Gerardi historiam emaculatam, conjicit, parum credibili conjectura, Apuleium de herbarum virtutibus Græce scripsisse, et vixisse ante annos circiter 700. Idem refert, in 2. Codd. Mss. vocari Apuleium *Apoliensem*. Constantinopolin autem dictam *Apolcy*, ex Philippo Ferrario notat Joannes Raius. Nomina barbara plantarum, quæ apud Apuleium occurrunt, ex Arabica et Coptica lingua illustrare conatur Kircherus T. III. Œdipi Ægyptiaci p. 69. sqq. Vide et T. II. part. 2. p. 177. sq. atque Salmasium de homonymis hyles iatricæ.

*Ratio Sphæræ Pythagoricæ*, quam ex Ms. Cod. vulgavit Barth. L. xxx. Advers. c. 7. sub Apuleii nomine invenitur etiam in aliis Mss. ut in Bibl. Reg. Paris. N. 7418. v. Catal. T. iv. 355. et in Ms. Voss. N. 31. in Bibl. Lugd. Bat. Cat. p. 370. et in 2. Bodleian. Catal. Mss. Angl. et Hibern. N. 1871. et 2072. De rota Pythagorica consuli posse Ge. Paschium in Inventis Novantiquis p. 600. et Kircherum T. II. Œdipi part. 2. p. 491. notat Fabric. qui addit: 'Merito quidem Jos. Scaliger Ep. 181. hæc nugis ascribit canoris, quas negat assis se facere.'

*Epistolas* inter deperdita Apuleii opera recensent etiam Wower. et Fabricius, quas editas ab auctore fuisse, nusquam inveni: nisi quod e Ludicrorum Libris Epistolium, versibus scriptum, laudatur Apol. p. 1315. Sed epistolas ad Cærelliam, ab Ausonio memoratas in Cent. Nupt. Apuleio a viris doctis falso tributas fuisse patet e notatis a Gronovio et Tollio ad locum illum Ausonii.

*Carmen de Virtutibus Scipionis Orfiti* se composuisse testatur Apul. Flor. L. III. N. 17. et Librum, quo Carthaginiensibus gratias ageret, et Æmiliani Strabonis laudes efferret, confecturum se pollicetur Flor. L. III. N. 16.

Postremo in Catal. Bibl. Lugd. Bat. p. 373. Apuleio tribuitur *libellus in Aristotelis Periermenias*, ex Ms. Voss. n. 70. sed falso. Nam in Ms. eo, post Ciceronis Topica et Boëthii in ea commentarium, est Periermeniarum liber, ut vocatur, Aristotelis, a Boëthio translatus, in cujus fine hæc ascripta sunt: 'Explicit liber Periermeniarum Aristotelis, cujus obscuritati maximam lucem infudit non solum duplex commentum Boëthii sed etiam futilis libellus Apuleii Madaur.' Tunc continenter, sed a nova linea, sequitur de IIII. speciebus argumentorum, qui tractatus non nisi unam columnam istius Ms. complet, neque dici potest maximam lucem Aristoteli infundere. Verum libellus iste Apuleii (*utilis* legendum videtur, non *futilis*; nam '*futilis*' et '*maximam lucem infundere*' contraria sunt) libellus iste intelligitur L. III. de Dogm. Plat. sive *repl. d'opinelas*, qui et alibi in Mss. cum Aristotelis dicto libro et Boëthii in eum commentario sæpius conjunctus legitur. Cf. infra de Mss. Videntur autem pauca illa de quatuor speciebus argumentorum, aut e Boëthii commentariis esse desumpta, aut a seipso unde excerpta.

## ELENCHUS CODICUM MSS.

### QUIBUS APULEII OPERA CONTINENTUR.

**B**REVEM indicem Codicum Mss. qui in castigando Apuleio Editoribus usui fuere, singulis libris præmisimus, ut haberet Lector, quo compendia referret, quibus Mssorum Varias Lectiones passim laudantur; de iis autem Mss. e quibus ad veram Apuleii scripturam constituendam nullum adhuc adjumentum accesserit, breviter quoque nos dicturos esse, promissimus initio animadversionum ad Apologiam. Quoniam vero postea deprehendimus, Viros Doctos, qui Codd. Apuleii, per varias Europæ bibliothecas dispersos, oculis usurparunt, eorumque recensum dederunt, de eorum bonitate iudicium omnino nullum, de ætate vero, non satis subtile, plerumque tulisse; parum expectationi lectorum satisfacere licet. Ne tamen prorsus promissioni nostræ deesse videamur, omnes Apuleii Mss., quorum subsidium in conficienda Oudendorpiana editione adhibitum est, aliquanto accuratius recensebimus, ut uno in conspectu videre possit studiosus Lector, quænam copiæ ad Apuleium expoliendum e Mss. sint petitæ, aut adhuc petendæ.

1. Agmen itaque ducant illi, quibus maxima Apuleio lux oborta est,

*Mss. Florentini* duo, quorum varias lectiones Lindenbrogius cum Elmenhorstio communicarat, sed quorum collationem, ipsius Lindenbrogii manu scriptam, Oudendorpio miserat Jo. Alb. Fabricius. In Excerptis, tam Lindenbrogii quam Elmenhorstii, duo hi Mss. promiscue citantur, licet, si minus bonitate, at certe ætate, discrepent. Raro in Exc. Lindenbr. Ms. Longobardicus ab altero distinguitur.

Alter horum est Codex membranaceus Ms. in folio, sæc. XII. binis columnis, characteribus Longobardicis. Græca vocabula,

quæ in Archetypo, unde descriptus est hic Ms. majusculis erant literis expressa, picta potius quam descripta sunt, atque ita, ut scriptor Græcæ Linguae prorsus ignarus fuisse videatur. Vid. in primis Apol. p. 1412. huj. Ed. cf. et de Mundo p. 1251. et 1290. ubi tamen animadvertendum, formas literarum, prout scriptæ erant in Excerptis, typis exprimi non potuisse. Fieri tamen potuit, ut jam in Archetypo corrupta fuerint Græca. Alibi certe, etiam in hoc Cod. Græca prorsus desunt. Cf. Apol. p. 1396. Continet autem hic Ms. *Madaurensis Apuleii Platonici de Magia Lib. II.* Post illa, 'cujus legibus obedientem me videtis,' ubi vulgo Apologiæ alteram partem incipere aiunt, hæc leguntur: *Ego Crispus Salustius emendavi Romæ felix.* ac deinde APULEII PLATONICI MADAURENSIS PRO SE DE ARTE MAGIA LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECUNDUS. In fine quoque legitur, ut supra, *Apuleii Plat. Mad. pro se de Magia Liber II. explicit. Ego Salustius emendavi Romæ felix.* Porro hoc Codice continentur 'Metamorphoseon seu de Asino Aureo Libri XI.' In fine singulorum librorum, ultimo excepto, eadem Salustii subscriptio legitur; in calce vero Libri XI. aliquanto longior, hoc pacto: EGO SALUSTIUS LEGI ET EMENDAVI ROMÆ FELIX, OLIBRIO ET PROBINO V. C. CONSS. [A. U. C. 1148. p. C. N. 395.] IN FORO MARTIS CONTROVERSIAS DECLAMANS ORATÒRI ENDELECHIO, RURSUSQUE CONSTANTINOPOLI RECOGNOVI CESAREO [leg. *Cæsario*] ET ATTICO CONSS. [A. U. C. 1150. p. C. N. 397.]

Subscriptio illa, *Ego Sallustius legi et emendavi Romæ felix*, legitur etiam post L. III. Metam. in Ms. Lipsii, item post L. IX. qui ibi est VIII. et ante verba 'post dies plusculos' init. L. X. in Cod. qui fuit olim Franc. Petrarchæ, ut notavit V. D. ad marg. Ed. Vicent. item in Ms. Pith. passim, et in Ms. D'Orvill. post Apologiæ partem primam, item in aliis Mss. Florentinis, vid. Montfauc. Bibl. Biblioth. p. 344. et 374. et in Ms. Vaticano, vid. Sirm. ad Sidon. Apollin. L. IV. Ep. 8. ubi agit de Endelechio oratore, quem eundem esse putant, cujus extat de Mortibus Bonum carmen. Cf. Burman. ad Vales. L. I. de Crit. p. 181. Aliorum istiusmodi subscriptionum exempla vide apud Lindenbrog. ad Terent. Andr. extr.

Sed ut ad Cod. Ms. revertamur. Continet is, præter Apologiam et Metamorphoses, etiam Floridorum Libros. In calce legitur nomen Francisci Aretini, cujus esse notas quasdam marginales

et interlineares, quæ passim in hoc Cod. inveniuntur, arbitratur Bandinius in Catal. Codd. Latinorum Mediceorum T. II. p. 4. e quo plurima ad hunc Cod. describendum hausit. Bandinium autem hunc Ms. descripsisse didici ex Ruhnkenii V. Cel. præfat. p. viii. [sup. p. 7.]

Alterum Codicem Florent. a Lindenbrogio collatum, eum esse, quem describit Bandinius l. c. p. 664. idem monet Ruhnken. Describitur autem ita, ut sit Cod. Membranaceus in fol. sæc. xv. nitidissimus, cum correctionibus quibusdam in margine, et initialibus librorum literis, auro variisque coloribus eleganter depictis. In fine hæc ascripta sunt literis partim rubris, partim nigris: *Antonius Marius Florentinus transcripsit Florentiæ XII. Kal. Julii MCCCCXXV. Liber Petri de Medicis Cos. fil. Spatia ad Græca exscribenda passim vacua relicta sunt. Continentur hoc Cod. Liber de Deo Socratis, cum duobus ultimis Floridorum fragmentis, quæ vulgo huic libro addi solent; 'Hermetis Trismegisti Ægyptii de . . . . [lacuna est] ad Asclepium Liber;'* Libri de Dogmate Platonis, ut in hac Oudend. Editione dividuntur, Primus et Secundus, sed ita ut unum efficiant Librum, et postrema Libri 1. verba cum primis Secundi ita conjungantur: 'veluti singillatim exæquatam cunctis partibus dividitur. Verum enimvero tunc exitium: copo: moralis philosophiæ caput est,' &c.; de Mundo Liber; Metamorphoseon Libri xi. cum epigraphe: *Ego Sallustius legi et emendavi Romæ felix.* (Majoribus literis partim rubris, partim nigris ascriptum est: *Apuleii Platonici Madaurensis Metamorphoseon Liber ultimus explicit, quem transcripsi cum duobus incorruptissimis exemplaribus me incio, neque cognito. Correctus deinde et emendatus per me ipsum scriptorem cum optimo atque vetustissimo exemplari MCCCCXXV. Valeas feliciter;*) Apuleii 'pro se apud Claudium Maximum Procos. Africæ Orationes duæ de magia;' (in fine orationis primæ additur: *Ego Crispus Sallustius emendavi Romæ felix,* et secunda inscribitur, *Pro uxore Pudentilla apud Claudium Maximum Procos. Africæ.*) denique Floridorum Libri iv. Non omni ex parte hæc descriptio convenit cum variis lectionibus, quæ a Lindenbrogio sunt enotatæ. In fine Lib. 1. de Dogm. Plat. certe de illa lectione *copo*, quæ totidem literis extat in Ms. Voss. nihil monuit Lindenbrogius. In fronte vero Var. Lect. Libri 1. de Dogm. Plat. Lindenbrogius Ms. quem contulit, vocat 'Florentinum D. Marci.' Quare primo suspicatus

sum, alterum Florent. ab illo collatum, eum esse, quem describit Bandin. T. II. p. 834. ubi est Cod. N. II. Plut. LXVIII. qui extat sub N. XXVIII. apud Montf. Continentur hoc Cod. primo loco Taciti Libri XI. Tum 'Apuleii Platonici Madaurensis de Magia Libri duo.' In calce libri primi, characteribus quadratis Romanis scriptum: *Ego Sallustius emendavi Romæ felix. Apuleii Platonici Madaurensis proæ apud Cl. Maximum Proca. de Magia Liber primus explicit. Incipit Liber secundus. Lege feliciter.* Itemque in calce Libri II. legitur: *Apuleii Platonici Madaurensis Proæ de Magia Liber secundus explicit. Ego Sallustius, &c.* Prior subscriptio plane convenit cum Excerpt. Lindenbrog. quæ tamen non habent rà *Lege feliciter*, quæ enotare operæ pretium non duxisse potuit Lindenbrog. uti nec posteriorem subscriptionem, quam non enotavit quoque. Loca Græca quæ in Apologia leguntur sunt in hoc Cod. Græcis quidem characteribus, sed valde corruptis expressa. Recentior tamen ac docta manus eadem in margine emendate diligenterque conscripsit. Fortasse hinc petita est emendatio Græcorum verborum, quam Excerptis suis adscripsit Lindenbrog. sibi que arripuit Elmenh. Præterea reperiuntur in hoc Cod. Metamorphoseon seu de asino aureo Libri XI. cum eadem subscriptione, atque in Florent. priore, in calce singulorum librorum, exceptis Libro I. et ultimo. In calce vero L. IX. ita: *Ego Sallustius legi et emendavi Romæ felix Olibio et Probino V. C. Cons. in foro Martis causas declamans Orotori Eudalechio, Rurru Constantino poli recognovi Cæsario et Attico Cons.* Tandem continet etiam Floridorum Libros. In principio Codicis hæc legitur notula: 'De XII. banco ex parte occidentis. Cornelius Tacitus et Opera Apuleii,' &c. 'Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Prædicatorum de hereditate Nicolai Nicoli Florentini viri doctissimi.' Est hic Cod. Membr. in fol. sæc. XI. characterem Longobardico, eumque admirabilem Codicem dici ab Holstenio in schedis Mss. testatur ibid. Bandin. Videtur esse idem, quem vidit Burnet. Itinerar. p. 138. Ed. Belg. qui notat, in hoc Cod. aliquoties diphthongorum duas vocales in unam litteram esse contractas, quem scribendi morem non adeo antiquum esse patebat. Neque tamen hic esse potest Cod. D. Marci quem laudat Lindenbrog. quia non habet Libr. de Dogm. Plat. Sed videntur variae lectiones a Lindenbrogio e diversis Codd. Florent. esse notatæ. Apparuit autem mihi e Lindenbrogii excerptis, eum Metamor-

phoseon et Floridorum libros, itemque Apologiam, cum 2. Mss. Florentinis, reliqua vero opera cum uno Florentino contulisse.

Itaque non clare apparet, quinam sint Codd. Florentini, quorum variae lectiones ab Elmenhorstio et Lindenbrogio citantur: nam complures extant Florentinae auctoris nostri Codices. Præter jam memoratos, in Pluteo LXXXIV. a Bandinio Catal. T. III. p. 254. laudatur Cod. XXIV. miræ pulchritudinis in fol. sæc. xv. quo continentur de Deo Socratis, Trismegistus, 'de habitudine doctrinae et nativitate Platonis philosophi Liber secundus,' 'de habitudine doctrinae Platonis Liber III.' Metamorphoseon Libri XI. Alius optime servatus, sæc. xv. in cujus primæ paginae infimo margine legitur: *Dalla Communita di S. Gimignano*, continet Metamorph. Libb. XI. Floridorum Libb. IV. cum scholiis marginalibus et interlinearibus. In fine rubrica notatum: *Explicit Liber quartus Floridorum Apuleii Platonici completus die XXVI. Jan. MCCCCXXII. hora XVI.* Tum additur index capitum, quæ pertractantur in 2. Oratt. de Magia. V. Bandin. ib. p. 681. Alium Florentinum Apuleii Ms. supra quam dici possit elegantissimum et ornatissimum vocat Bandin. T. II. p. 5. Cod. est membr. in fol. sæc. xv. complectens Asclepium, de Dogm. Plat. de Mundo, Metamorph. Apolog. et Florid. Alios vide apud Bandin. ibid. et p. 529. et T. III. p. 107. et T. IV. p. 177.

II. *Ms. Lipsianus*, ita dictus ab eo, qui præcipue hunc Codicem ad Apuleium castigandum adhibuit, Justo Lipsio. Acceperat is eum a Victore Gisellino, a quo jam antea eum suo usui intraverat Groslotius Lislæus, ut didici ex Gruteri Suspicionibus editis supra p. 426. ubi, operarum vitio, *Giselinus* legitur pro *Giselini*. Est itaque *vet. cod. Giselini*, qui vocatur ad Met. L. x. p. 698. b. idem ac Cod. Lipsianus. Collatio Groslotii, enotata in marg. exemplaris Aldini 1521. quod in Bibl. Reg. Galliæ asservatur, inde descripta est in marg. alius exemplaris Aldini, quod habuit Oudend. et nunc est in Bibl. Lugd. Bat. Non igitur hic est alius Cod. ut putasse videtur Ruhnk. præf. p. ix. [sup. p. 8.] Ante Giselinum possedit eum Lucas Fruterius. Continet Metamorphoses, exceptis iis quæ de Psyche L. IV. v. et VI. narrantur, Florida et Apologiam. Lipsius hunc Cod. commodavit Colvio, qui nimis temere nonnunquam ejus lectiones in contextum recepisse arguitur a Pricæo ad Met. supra p. 362. Lipsius ipse varias lectiones margini Ed. Bas. ascripsit, et ejusdem Codicis ea est collatio, quæ ad oram Ed. Vulcan. post.



facta est a Gerardo Vossio, cujus patrem Msti Ipsiiani fuisse possessorem, didici ex Oudendorpii schedula. Quare non incerti Codicis est illa collatio, ut monuit Ruhaken. in pref. p. ix. [sup. p. 8.]

III. *Ms. Fuxensis sive Tolosani*, adhibitus a Salmasio, (v. ad Solin. p. 662.) et Roaldo, qui eum hoc modo describit in *Libro Variarum Lectionum in Apuleii Metamorphosin ex C. Ms.* parantiquo Collegii Fuxensis exscrib. F. R. F. F.: 'Omnino vetus ille liber (quanquam elegantissimis literis exaratus) quod est in notis optimorum librorum, non adeo vetustus et probus, sed ex per vetusto et longe optimo exemplari, ut videtur, descriptus est. Nam in eo variantes duæ lectiones sæpissime ipsi textui simul appingantur. Porro librorum ordo, ut numerus, alius est a vulgaria partitione, nempe xi. librorum cum Ms. x. circumscribatur: ea mutatio incipit ab narratione fabulæ Psychæ, quæ in vulgatis Lib. iv. annumeratur, in Ms. Lib. v. esse incipit. Libri autem in quædam veluti capitula tributi sunt, sine numero tamen et ratione: eorum ergo nullam rationem habuimus, cum nimis prope diligentia fuisset, ea suo quæque loco indicare.' Continet hic Codex, præter Metamorphoseon libros, etiam Apologiam, in cuius fronte ejus mentionem facere negleximus; quia non nisi perpaucas ejus Ms. lectiones potuimus adhibere, quas invenimus in marg. Ed. Vulc. licet sæpe non potuerit distingui, fueritne ascripta lectio e Codice Fuxensi petita, an vero Salmasii conjectura. Cæterum suspicatur Oudend. hunc eundem Codicem esse cum Parisiensi ex Bibl. Episc. Tolosani, apud Montfauc. Bibl. p. 909. n. 318. unde *Fuxensem seu Tolosani Ms.* passim vocat; quia et ibi Metamorphoseon opus in x. Libros distinguitur. Sed idem dicendum de Mato Regio, de quo infra, qui ubique fere cum Fuxensi conspirat.

IV. *Ms. D'Orvillianus*, ita dictus ab ejus possessore Jac. Phil. D'Orvillio, a quo eum acceperat Oudend. Membrana est eleganter scripta, sæculi XIII. in parvo 4to. Servatur in Bibl. Lugd. Bat. in Legato Oudendorp. n. 113. Caret autem primo folio, incipit Met. p. 106. huj. Ed. et continet Libros 'Metamorphoseos qui et de asino aureo dicuntur,' et Apologiam, in duas partes, ut vulgo, divisam, quarum prima inscribitur: *Incipit primus liber Apuleii Platonici philosophi de Magia*; et in fine legitur hæc subscriptio: *Ego Crispus Salustius emendavi rome felix, Apuleii Platonici madagascari set pro se apud claudium maxim proconsulem de magia liber primus*

*Explicit.* Alia deerant, sed deleta sunt. In fine totius Apologie nulla subscriptio legitur, præter verba: *Explicit Deo Grattas.* Accurata hujus optimi Codicis collatione, ab ipso Oudendorpio instituta, (cf. Ruhnken. in præf. p. x. [sup. p. 8.]) multum adjumenti ad Apuleium expoliendum accessit, et plus etiam accessisset, nisi multis locis Codex esset lacunosus, qui ceteroquin cum Ed. Junt. post. sæpissime convenit.

v. *Mss. Guelpherbytani* duo, et G. Cortio cum Colviano exemplari collati in Bibliotheca Gudii, qui eos in Italia emisisse videtur, ut apparet ex Epist. Heinsii in Syllog. Epp. T. III. p. 484. Cf. Cort. ad Plinii Epist. Hos Codd. quomodo describat Ernestus, videndum in præf. Ruhnken. p. x. [sup. p. 8.]

vi. *Ms. Palatinus*, collatus a J. Grutero, ad oram Edit. Colvianæ, in Bibl. Lugd. Bat. v. Catal. p. 153. Habuisse se hanc collationem testatur Wow. in præf. aiens Gruterum librum illam cum plurimis Mss. Bibliothecæ Palatinæ contulisse. Sed in fine istius exemplaris Colvianæ Edit. hæc ascripta sunt manu Gruteri: *Explicit liber undecimus et ultimus [Lucii Apuleii Platonici Mandorensis de asino aureo metamorphoseon. Ms. Palatinus: quo amico tantum usus fui in istis Metamorph. libris, non pluribus, uti voluit Wowerius in præf. Apuleiana.] Ejusdem collatio forsitan est, quam Freherus instituit et possedit Fabricius: v. Bibl. Lat. T. III. p. 39. Contineri hoc codice videntur Metamorphoseon Libri, de Deo Socr. et de Dogm. Plat. Libri i. et xi. licet Wow. I. c. dicat se ex Palatino Cod. solos Metamorphoseon libros emanasse. Sunt sane variae lectiones in Libb. de Dogm. Plat. et Grutero ascriptæ, admodum paucæ, sed in de Deo Socr. plures. Eandem quoque esse Ms. quem adhibuit Vulcanius, (vid. ejus præfat.) affirmat Oudend. Quod si verum est, continet etiam de Mundo Librum, et Hermetis Trismegisti dialogum.*

vii. *Ms. Regius*, in Bibl. Reg. Paris. n. 5301<sup>a</sup>. secundum collationem, et Montf. Bibl. p. 756. sed Catal. Mss. eum n. 8668. assignat. Vid. Ruhnken. præf. p. ix. [sup. p. 8.] ubi corrigendum n. 8667. in 8668. cf. Catal. Mss. Bibl. Reg. T. iv. p. 481. Codex membranaceus, olim Tellerianus, xv. sæculi, quo solæ continentur Metamorphoses, in libros tantum x. divisæ. Nam Lib. iv. p. hujus Edit. 303. hæc leguntur: *Lucii Apuleii Platonici Mandarensis Metamorphoseon Liber quartus explicit, incipit ejusdem Liber quintus continens fabulam phisice formosissime puelle.* Dein

L. VI. p. huj. Ed. 417. *L. A. Pl. M. Met. Liber quintus explicit, incipit sextus liber ejusdem.* Tum in fine Libri VIII. *L. A. Pl. M. Met. Liber sextus explicit, incipit septimus ejusdem*; et sic porro.

Collatus est hic Ms. sumtu Oudendorpii, Parisiis, a nescio quo, qui scribit, esse præterea in eadem Bibliotheca Codd. 2. alios membranaceos, in quorum antiquissimo extat Latina interpretatio Isagoges Porphyrianæ, Apuleio tributa; in altero, versio Libri *repl' ἐμπνεύσεως*.

VIII. *Ms. Oxoniensis*, sive *Laudianus*, dictus a veteri possessore Gulielmo Laudo, Archiepiscopo Cantuariensi, olim Pricæi, qui emerat Venetiis, an. 1629. collatus a Jac. Gronovio, et citatus passim a Pricæo. Variæ lectiones ad Metamorphoseon libros tantum enotatæ sunt. An et alia opera contineat, nescio.

IX. *Ms. Cantabrigiensis*, ab eodem Gronovio collatus Cantabrigiæ. Continet de Deo Socratis Librum. Videtur esse Cod. ille, qui in Catal. Mss. Angliæ et Hiberniæ est n. 2375. post Gregorium Nazianzenum, Trogum Pompeium, Solinum, aliaque scripta. Alius Cantabrigiensis ibid. est n. 1009. Ms. nitidissimæ scriptionis, continens de Deo Socr. Librum, Hermetis Dialogum, De Dogmate Plat. L. I. et II.

X. *Ms. Benedictinus*, itidem a Gronovio collatus Cantabrigiæ, continens Libros de Deo Socr. de Dogm. Platonis I. et II. et de Mundo. Librum esse minimæ auctoritatis affirmat Oudend. ad de Deo Socr. p. 1011. huj. Ed. In Catal. Ms. Angliæ et Hiberniæ laudatur Ms. Benedictinus n. 1566. sed qui tantum Librum de Deo Socratis, post Macrobiū, continet.

XI. *Mss. Fulviani*, duo: nam duos esse, colligas ex Scioppii notula ad Met. L. III. p. huj. Ed. 226. licet Wower. in præf. unum tantum memoret Fulvii Ursini codicem, qui, cum aliquot manu exaratis libris comparatus, lectiones et emendationes ascriptas exhibebat, quemque Romæ a Scioppio sibi suppeditatum scribit. Reperiuntur in his membranis opera, quæ Apuleio sine controversia tribuenda sunt, omnia, excepto libello *repl' ἐμπνεύσεως*. Varias earum lectiones exhibent Wowerius et Scioppius in 'Symbola Critica in L. Apulei Platonici Opera,' edita Aug. Vindel. an. 1605. dein repetita Lugd. Bat. 1644. et Amst. 1664. Hunc Cod. vel eorum alterum suspicatur Oudend. esse Ms. Vaticanum, ab aliis citatum: a Jac. Sirmondo nempe, ad Sidon. Apollin. Vid.

Heins. in Ep. ad Reginam Christinam inter Gudian. p. 9. et in Sylloge Burmann. T. v. p. 783. Quod si verum est, veterrimum est exemplar, si credas Sirmondo. Sed Burnetus in Itiner. Helvet. p. 138. Ed. Belg. affirmat, in Bibliotheca Vaticana Latinos Mss. vetustos admodum se non vidisse, exceptis Virgilianis.

xii. *Ms. Bertinianus*, collatus a Fr. Modio. De hoc Cod. Colviano exemplari, quod possedit J. Chr. Wolfius, hæc ascripta sunt, omnia eadem manu: 'Libros hos omnes xi. de Asino aureo contuli cum Ms. Sti Bertini, optimo illo quidem, sed in charta, satis recenti characteris genere; ex eo igitur sunt omnes variantes, quibus aut nihil, aut M. litera adjuncta est. Arcæ Postr. Kal. Octob. a. cīcīdīlxxxix. F. Modius. Communicavit mecum hunc cod. Illustris vir Marcus Velsesus, Reip. Augustanæ duumvir A. cīcīdīcīii.' Eidem exemplari Putschius ascripserat, se Palatini Codicis lectiones a Grutero accepisse, quarum pleræque ibi etiam ascriptæ erant. Hic Codex ad solos Metamorphoseon libros adhibitus est.

xiii. *Mss. Bembinus et Manganus*, quorum varias lectiones ab Erycio Puteano, sed parce, enotatas, exhibet Edit. Elmenh. In Epist. ad Elmenh. queritur Puteanus, se Bembini Codicis lectiones amico cuidam dedisse, qui eas perdidit.

xiv. *Ms. Anglicanus s. Paræi s. Etonensis*, cujus varias lectiones in Metamorph. a Wassio accepit Oudend.

xv. *Ms. Zabarella*, nunc Patavii in Bibliotheca Publica, v. Montf. p. 482. collatus a Ferrario in Electis. Hujus collationem forte possedit Joh. Christoph. Wagenselius: nam testatur, se habere varias lectiones ex optimo Cod. ab Octavio Ferrario collectas, in dissertat. de fragmento Petronii Traguriano p. 141.

xvi. *Ms. Vossianus*, Cod. membranaceus, sine columnis, distincta manu scriptus, continens: *Platonis Timæum de generatione mundi Chalcidio interprete*, majori characteris genere, quam reliqua, excepta ultima pag. *Ciceronis disputat. super Timæo Platonis; Mercurii Trismegisti ad Asclepium dialogum, interprete L. Apuleio; L. Apuleii Madaurensis de Dogmate Platonis; Ejusdem de Philosophia Morali; Ejusdem de Mundo; Ejusdem de Deo Socratis*, cui libro, ut solent, præmissa sunt, duo ultima Floridorum fragmenta. Additur Theologicum aliquid alia manu.

xvii. *Ms. Vossianus* alter, quem G. J. Vossius accepit a C. Barlæo, nunc Romæ servatur in Bibl. Ottoboni. Vid. Montf.

p. 185. Continet Metamorphoses et Florida. Collatus hic Cod. nondum videtur, nisi quod duobus locis ejus varias lectiones citat Voss. de Anal. II. c. 20.

xviii. *Ms. Pitheaeus*, cujus varias lectiones Aldino exemplari ascripsit P. Pitheaeus. Ad Apolog. hujus Cod. variantes in margine Edit. Casaub. descripsit Oudend. ex exemplari Colvii Ed. e Bibl. Reg. Gall. Plura de hoc Codice indagare non potui. Citatur de eo ab Oudendorpio, Salmas. Ep. 87. cujus libri inspiciendi facultatem frustra quaesivi.

xix. *Ms. Barthiani*. In pervetusto Cod. Grammaticorum nonnullorum opuscula continente, Venetiis a se emto, Floriderum Apuleianorum excerpta invenit Barth. Adv. xvi. 8. qui ex hoc Cod. conatur probare, primum Floriderum excerptorem fuisse Placiadem Fulgentium: sed vid. Oudend. ad init. Florid. An hic idem sit *Ms.* cum eo, e quo Metamorphoseon Lib. III. locum citat Advers. xxxii. 6. non liquet. Certe et eum Venetiis emtum (unde *Ms. Venetus* vocatur ab Oudend. ad Met. L. III.) longeque esse optimum sit. Aliam Cod. Metamorphoseon libros complectentem, raræ vetustatis librum, qui nihil vituperandum habet, nisi 'quod deformissime scriptus et consarcinatus sit,' prædicat id. Barth. Advers. xxiv. 1.

xx. *Ms. Petrarcke*, cujus varias lectiones ad Metamorph. oræ Ed. Vicentinae ascripsit Vir Doctus.

xxi. *Ms. Puteanus*. Lindenbrogius contulit hunc Cod. Lutetie Paris. anno 1601. eamque collationem Oudendorpio misit J. A. Fabricius. Continet hæc collatio varias lectiones ad Libb. de Dogm. Plat. I. II. et de Deo Socr. Est itaque proculdubio *Ms.* 6286. in Bibl. Reg. Paris. Cod. membranaceus, olim Puteani, qui XIV. sæc. exaratus videtur. Vid. Catal. Bibl. Reg. T. IV. p. 224. Continet etiam *Hermetis Trismegisti Librum ad Asclepium*, aliaque ab Apuleio non profecta.

xxii. *Ms. Thusneus*, continens Librum de Deo Socr. cum 2. ultimis Floriderum fragmentis, et parte Libri I. de Dogm. Plat. De hoc *Ms.* vide Notitiam *Mss.* in fronte L. de Deo Socr.

xxiii. *Ms. Harlemensis*, membranaceus, in Bibl. Harlemensi n. 8. Catal. p. 141. sine columnis, literis initialibus eleganter decoratis, quæ tamen ante Hermetis Trismegisti Dialogum et Lib. de Dogm. Platonis exsectæ sunt, ita ut ante Lib. de Deo Socr. tantum integra sit relicta. Continentur hoc Cod. *Lucii Apuleii*

*Philosophi Platonici Auctores seu Liber Hermetis Trismegisti de Natura Deorum*; foliis XIII. primo folio mutilato propter excelsam litteram initialem. Fol. XIII. legitur *Apulei Madaurensis Platonis discipuli de Deo Socratis Liber incipit*, et tam fol. seq. *Liber Apuleii de Deo Socratis*, foliis IX. *Apuleii Madaurensis Platonis discipuli de Platone et ejus Dogmate Liber*, foliis V. primo folio mutilato, ut in principio; sequuntur *Hermetis Trismegisti Pæmander*, et alia opuscula octo. Sed Pæmander et octo reliqui libelli alia manu scripti sunt, ac tres Apuleiani. In calce codicis ascripta hæc leguntur: *Hunc librum comparavit Raphaël divina miseratione Episcopus Rosensis, Abbas S<sup>us</sup> Bavonis, et quoad potuit correxit anno D<sup>ni</sup> 1485. die 14. Martii*. Membrana, licet non pervetusta videatur scriptura, tamen ex optimo exemplari descripta est, et bonas lectiones plerumque tuetur. Ejus descriptio debetur Humanitati Doctissimi Viri Ab. de Vries.

XXIV. *Mss. Cujaciani* tres, a Mercero adhibiti ad Lib. de Deo Socr. Eorum unum esse optimæ notæ, alium paulò recentioris prioris, sed ex optimo exemplari descriptum, tertium multo recentioris et minus emendatum, testatur Mercerus.

XXV. *Ms. Fabri*, item a Mercero adhibitus ad Lib. de Deo Socr. sed, ut ait Mercerus, multo deterior Cujacianis.

XXVI. *Mss. Becichemi*. Mar. Becichemi Opuscula varia, a. 1504. eadem auctiora a. 1506. eadem ipsius Becichemi manu emendata et adaucta Paris. 1519. memorantur in Catal. Librorum N. Heinsii. Hic igitur Becichemus complures Apuleii Mss. habuisse videtur. Cf. Coly. ad Metam. p. huj. Ed. 44. Citantur enim ab eo *Mss. Meripetri, Flaminii, Baduerii Beatiani, Moreti, Gantani*, aliusque, quem suum vocat. Vid. Becichem. Epp. 58. 65. 71. et 72.

XXVII. *Ms. Bremensis*, cujus varias lectiones ad Lib. de Deo Socr. citat Elmenh. qui idem liber videtur cum Ms. Boumanni, quem contulit Lindenbrog. Alia de hoc Cod. comperire non potui.

XXVIII. *Ms. Leidensis*. Sic vocatur Ms. Lib. de Deo Socratis, quem contulit Lindenbrogius an. 1595. Ex hoc Cod. varias lectiones citat etiam Elmenh. sub titulo *Excerpt. Batav.* Neque de hoc Cod. quicquam aliud didici, neque ubi servetur, invenire potui. Ceterum probe ab eo distinguendus.

XXIX. *Ms. Leidensis* alter, qui hodieque in Bibliotheca Lei

densi servatur, n. 25. et in quo solus Liber *περί ἐμπνεύσεως* extat; ut solet libellus iste in Mss. separatus esse a reliquis Apuleii operibus. Codex est membranaceus, optimæ notæ, in folio quadrato, sine columnis, continens *Expositionis in Periermenias Aristotelis commentarios Boëthii, et Apuleii librum περί ἐμπνεύσεως*.

xxx. *Ms. Nansii*, a Colvio citatus ad Lib. *περί ἐμπνεύσεως*, qui scribit eum satis veterem, at non ex omni parte emendatissimum esse.

xxxI. *Mss. Carnotenses* duo, eundem *περί ἐμπνεύσεως* librum continentes, a Florido citantur, qui eorum alterum ad sæc. xi. alterum ad sæc. x. refert. Plurimum hi Mss. contulerunt, ad corruptissimum illud Apuleii opusculum emendandum.

xxxII. *Ms. Petavianus* ejusdem Libri *περί ἐμψυχώσεως* ex Bibl. Bo-shedii, postea ipsius Oudendorpii, in 4to. post Boëthii scripta quædam. Codex optimus est, qui sæpe cum Carnotensibus conspirat.

xxxIII. *Ms. Bononiensis*, e quo variam lectionem in Met. L. iv. huj. Ed. p. 250. citat B. Pius in Thes. Crit. T. i. p. 368.

xxxIV. *Scheda Cannegieteri*. Diu quæsi quænam tandem esset *Sch. Canneg.* cujus variæ lectiones aliquoties citantur ab Oudend. ad Florid. L. i. N. 8. et 9. Tandem inveni schedam membranaceam, quatuor paginarum Msti Apuleiani, quæ olim compingendo libro cuidam inservivit. In ea distincta manu scripta legitur ipsa illa Floridorum pars, ad quam variæ lectiones e *Sch. Canneg.* ab Oudend. sunt enotatæ, inde a pag. huj. Ed. 847. extr. 'et adhuc ex bonis paucis (sic) eruditi,' usque ad pag. 858. 'nostram Camenam frui: non.' Floridorum Lib. ii. incipit 'Et Hippias,' &c. litera initiali auro et coloribus depicta. Suspicio igitur, hanc schedam a Cannegietero accepisse Oudend. qui propterea eam vocaverit *Schedam Cannegieteri*. Eadem scheda, cujus duæ postremæ paginæ dictam Floridorum partem continent, duabus prioribus habet *Metamorph.* partem L. xi. pag. huj. Ed. 760. 'solum sternebant flosculis,' ad pag. 773. 'felicius auspicer quibus.' Videtur Oudend. cum *Metamorphoseon* libros recenseret, schedam illam nondum possedissee; certe non contulisse. Itaque ego contuli: neque tamen variantes a reliquis Mss. admodum diversas in ea inveni, nisi quod pag. 761. habeat quoque *ficti luminis*, et pag. 765. addita sit præpositio, *in medio sui pectore* (sic), ubi Oudend. ait in Mss. omnibus deesse præposi-

tionem. Codex, cujus pars fuit hæc scheda, videtur minime contemnendus.

Codices autem qui cum vulgata scriptura nondum, quod sciam, collati sunt, in Bibliothecis passim latent. In his :

xxxv. In Bibliotheca Regia Ms. n. 6634. membranaceus, primum Cœnobii Sancti Victoris Parisiensis, postea Henrici Memmii, quo continentur Lib. de Deo Socr. Herm. Trismeg. Asclepius, Libb. de Dogm. Plat. I. et II. et de Mundo. Exaratus videtur sæc. XII. vid. Catal. Mss. Bibl. Reg. T. IV. p. 264.

xxxvi. In eadem Bibl. duo Mss. *Colbertini* extant, quorum alter n. 8624. Libros de Deo Socr. et de Dogm. Platonis, alter n. 6288. Librum *περί ἐμ.* continet. Catalogus hunc ad sæc. X. illum ad XIII. refert. Vid. T. IV. p. 425. et 477. Alii Codd. Apuleii in eadem Bibliotheca sunt n. 6366. 6369. 6398. 6638. qui olim Petavianus fuit et continet Lib. I. de Dogm. Plat. probe distinguendus a Petaviano supra memorato. Porro n. 7730.

xxxvii. Ms. *Neapolitanus*, membran. in Bibl. D. Valettæ, continens *Metamorph. Florida, Apologiam, De Deo Socratis et De Dogm. Plat. Libros, Cosmographiam* (i. e. Librum de Mundo) et *Trismegisti Dial. v. Montfauc. in Diar. Ital. p. 304. et Bibl. Mss. p. 230.*

xxxviii. Ms. *Trivisini*, ex Museo Nicolai Trivisini, in Bibl. Patavina, continens Apuleii *Cosmographiam. V. Montfauc. Bibl. p. 488.*

xxxix. Ms. *Vaticanus*, continens *Florida. Vid. ibid. p. 54. Cod. 1834. De alio Vaticano Cod. v. supra, ubi de Fulvianis.*

XL. Ms. *Monasterii B. M. de Becco*, complectens *De Deo Socratis, de Habitudine, Doctrina, et nativitate Philosophi Platonis, et Hermetem Trismegistum. Vid. ibid. p. 1251.*

XLI. Ms. *D. Marci* Bibl. Venet. duo, quorum altero, qui est Cod. membr. sæc. XIV. n. 468. Catal. p. 185. continentur soli *Metamorphoseon Libri*; altero vero ibid. n. 467. Cod. membr. in 4to. sæc. XV. *de Deo Socratis; de Magia sive pro se ipso Apologia; de Habitudine doctrinarum, &c. Hermetis Trismegisti de divinitate ad Asclepium.* Notabilis est hic Codex, quia Hermetici Dialogi versio in eo non tribuitur Apuleio.



# RECENSUS EDITIONUM

## APULEII.

---

### ÆTAS I. ROMANA 1469—1521.

ab ed. principe, auctoritate Bessarionis, cura Jo. Andreae Episc. Aleriensis, opera Conr. Sweynhemii et Arn. Pannarz, Romæ 1469. facta, 1472. et 1499. repetita, quam æmulati sunt Veneti 1488. et 1493. Vicentini an. 1480. 1485. 1488. et 1499. Mediolanenses Leon. Pachel 1497. Parmensem memorat Guil. Dan. Mollerus, in Diss. de Apuleio. Anno 1472. Albertus de Eyb, Papæ Pii II. Cubicularius, Margaritam Poëticam, et in ea Apuleii quædam edidit. Accessit commentator in Apuleii Asinum Phil. Beroaldus, qui primus eum ratione critica tractavit in ed. Bononiensi 1500. repetita statim Venetiis 1501. iterumque 1504. tertium 1510. et quartum 1516. Parisiisque bis, 1510. et 1512. Apuleium cum pluribus Mss. contulit Mar. Becichemus, et aliquot emendationes proposuit in Epistolis, editis inter ejus Opuscula Varia an. 1504. quæ deinde auctiora prodierunt 1506. et emendata atque adaucta Paris. 1519. Emendationes Becichemi in Omissis suæ Edit. adjecit Colvins. Florida Apuleii, librosque I. et II. de Dogmate Platonis rectius edidit, Græcæque restituit, Nic. Gerbelius J. C. Argent. 1516. Florida sigillatim castigavit Jo. Pyrrhus Englebertus Paris. 1518. Præcessit hoc Junta Apuleii prima 1512. quam superatura erat altera Junta, novæ ætatis princeps.

1469. Romana I. fol. Editio Princeps. L. Apuleii Madaurensis Philosophi Platonici Metamorphoseos Liber, ac nonnulla alia opuscula ejusdem, nec non epitoma Alcinoi in Platonem, Romæ, in domo Petri de Maximo, anno 1469. in fol. Hunc titulum habet hæc Ed. in Dict. Bibl. Hist. et Crit. des Livres Rares; sed in Catal. de Crevenna n. 5365. paulo aliter: L. Apuleii Madaurensis Philosophi Opera omnia, nec non Epitoma Alcinoi

disciplinarum Platonis, ex recognitione et cum præf. Jo. Andree Episcopi Alerientis Romæ (per Conr. Sweynheim et Arn. Pannartz) in domo Petri de Maximo, 1469. die ultima mensis Februarii.—Add. Bandin. Catal. Codd. Medicor. Lat. II. p. 657. Stollens Nachricht von den Büchern in seiner Bibliothec Vol. 2. p. 453. de Bure Bibliogr. n. 3583. Renouard Catal. T. III. p. 157. Hæc ed. facta est auctoritate Bessarionis S. R. E. ecclesiæ Cardinalis, eique præfuit Jo. Andreas Episcopus Aleriensis, cujus et præfatio inest, repetita in sequentibus. De præstantia ejus, ut correctorum manu minime interpolatus sive corruptus, vid. Casaubon. in præf. suæ Edit. Apolog. Additam habet Alcinoi Epitomen philosophiæ Platoniciæ ex versione Nic. Cusani Cardinalis, quæ et in sequentibus legitur. Alii primam editionem memorant Romanam anni 1472. quæ est repetitio illius. Fabricii, Maittarique errorem, qui ejus editorem faciunt Bessarionem, refutavit Hambergerus, in Zuverlässigen Nachrichten T. II. p. 342. sqq.

1472. Hoc anno priorem Edit. Romæ repetitam esse vulgo creditum est, quod negat Brunet, Manuel du Libraire, in v. Apul.

1473. Apuleium hoc anno Venetiis primum editum fuisse, quæ quorundam est opinio, negat idem Brunet ibid. Cf. infra ad an. 1493.

1480. Vid. infra ad an. 1488.

1485. Hoc anno edita legitur Vicentina editio, quæ cum notis marginalibus Mss. in Bibliotheca Romana reperta est a Montf. Bibl. Biblioth. p. 178. licet vulgo Vicentina 1. dicatur, quæ prodiit an. 1488.

1488. Veneta 1. fol.—Hanc ed. ad an. 1483. Fabricius et Bipontinus editor referunt, falso ut videtur ex Colvii præf. ad ed. suam 1698. 'Veneta Lipsii' usus est, 'ante annos,' ut ipse ait, 'cusa centum.'

1488. Vicentina 1. fol. Apuleii, &c. cum Alcinoi Opusculo, ex recognitione et cum Præfat. Jo. Andree Episcopi Hylariensis (sic, pro *Aleriensis*) Vicentiæ per Henr. de Sancto Urso. 1488. Die nona Augusti.—Cf. Catal. de Crevenna n. 5366. Maitt. Annal. Typogr. T. I. p. 14. Ea usus est Jo. Pricæus, qui eam cum Romana II. principes vocat, et perperam Vicentinam Romanæ subjungit. Nisi ille Vicentinam anni 1480. viderit, quam, cum alia Vicent. an. 1486. memorat Maitt.

1493. Veneta II. fol. L. Apuleii Opera. Impressa Venetiis per Philipp. Pincium, Mantuanum. Anno Domini MCCCCLXXXIII. —Extabat quondam in Bibl. C. G. Schwarzii Prof. Altorfni, et in Bibl. Jo. Mori Episc. Eliensis Cantabrigiæ; pariterque extat in Bibliotheca Paullina Lipsiensi. Cf. Clement. Biblioth. Curieuse p. 438. Falso ea in Catalogo Bibl. Gudianæ ad an. 1473. relata, unde Jo. de la Caille de Orig. Typogr. p. 22. et ex eo Maitt. p. 103. Annal. Typogr. et p. 174. in errorem inducti sunt.
1494. Memmingæ, fol. L. Apuleii Epitoma de mundo; seu Cosmographia, ductu Conr. Celtis. Memmingen, per Alb. Kanne, de Duderstadt.—Vid. Cat. Bibl. Bun. T. I. Vol. I. p. 384. et Hamberger. I. supra cit. p. 347.
1497. Ad hunc annum refert simillimam præcedenti Edit. Clement. p. 439. quam, ut omnium rarissimam, hoc titulo recenset: L. Apuleii Platonici et Aristotelici philosophi Epitoma Divinum de Mundo, seu Cosmographia ductu Conradi Celtis impressum Viennæ:—et in fine: Impressum per Joannem de hiberna urcè haud procul ripis Rhenanis et urbe inventrice et parente impressorie artis Mogunciaci feliciter.
1497. Mediolani, fol. per Leon. Pachel. Omissa Fabricio et Maittario, memoratur Hambergero I. I. p. 347.
1498. Vicentina II. fol. teste Bibliotheca Fabriciana.
1499. Romana III. fol. quam post Venetam 1493. et Vicentinam memorat Th. Crenius in Animadv. Philol. et Crit. P. XI. p. 16.
1500. Bononiæ, fol. Commentarii a Phil. Beroaldo conditi in Asinum aureum Lucii Apuleii.—Vid. Hamberger. I. I. p. 347. Singulari industria in Apuleio versatum esse Beroaldum judicat Bœcler. Bibliogr. Crit. p. 460. Contra audacter ab eo tractatum esse auctorem, censet Daumius in Coll. Græv. p. 493. In prolixo Beroaldi commentario licet alia sint multa, quæ ad Apuleium nihil faciunt, alia, ad fastidium usque repetita; immo, non pauca loca ab eo perperam sint intellecta et explicata; nihilo minus tamen haud exiguum operam Apuleii studiosis præstitisse censendus est. Specimen commentarii supra in hac Ed. edita sunt, unde intelligi possit, quæ commentarii istius sit ratio.

1501. Veneta III. fol. Eadem rep̃etita p̃er Simonem Papiensem dictum Bivilaquam. A. D. J. Ch. 1501. d. 29. Aprilis.
1504. Veneta IV. fol. Apuleius cum commentariis Philipp. Beroaldi, Impressum Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio. Anno Domini mcccciv. die XI. mensis Novembris. Cf. inter incunab. artis typogr. n. ccxxvi. in Bibl. Uffenbach. T. II. App. p. 79.
1510. Veneta V. fol. eadem cum figuris noviter additis extabat in Bibl. Schwarzii Prof. Altorf. P. I. p. 107. n. 1778.
1510. Parisina I. 4. ejusdem repetitio.
1512. Parisina II. fol. nitidissima: Metamorphoses cum Philippi Beroaldi commentariis, &c. ap. Jo. Philippum Magistrum.
- s. a. Paris. 4. cum Beroaldi argumentis.
1512. Juntina I. 12. vel parvo 8. L. Apuleii de Asino aureo Libelli XI. Floridorum L. IV. De Dogmate Platonis Liber unus. De philosophia item Liber unicus. Asclepii Mercurii Trismegisti Dialogus de voluntate divina, interprete L. Apuleio. Ejusdem Trismegisti Dialogus de potestate et sapientia Dei, interprete Marsilio Ficino. Apuleii Orationes duæ pro se ipso. L. Apuleii Cosmographia sive de mundo Liber. Florentiæ, apud Phil. Juntam; (Phil. de Giunta,) 1512.—Ita titulus scribitur apud Clement. p. 438. Cf. Catal. de Crevenna n. 5367.
1516. Argentorati, 4. L. Apuleii Floridorum Libri IV. de Dogmate Platonis liber unus, de Philosophia liber unus, in quibus restituta Græcanica quædam, quæ in reliquis fere omnibus exemplaribus desiderantur (editore Nic. Gerbelio) Argentor. in æd. Schurer.—Vid. Cat. Bibl. Bun. T. I. Vol. III. p. 2134. et Hamberger. I. I. p. 348.
1516. Veneta VI. fol. cum Beroaldi Comm. et fig. Venalis erat in Bibl. Harscheriana Basil. an. 1769. p. 218.
1518. Parisiis, 4. Florida, ex castigatione Jo. Pyrrhi Engleberti, ex officina Ascensii.

ÆTAS II. ALDINO-JUNTINA 1521—1533. HENRICO-PETRINA S. BASILEENSIS 1533—1585.

Scilicet an. 1521. Aldus Apuleium accuratorem dedit, addito Alcinoi libro Græce. Sed Bernardus Philomathes, Juntinæ II.

curator, eam ad vetustissimi Codicis fidem de novo se exegisse praefitetur. Secutus inde typographus celebris Basileensis Henricus Petrus dedit primam 1533. quae cura Marci Hepperi melior et Beroaldi Comm. aucta an. 1560. prodit. Parisiis quoque post illam Sim. Colinaei 1536. prodit praestantior Henr. Stephani 1585. Ex quo autem Stewechius an. 1586. publicaverat suas in Apuleium Quaestiones et Conjecturas, atque adhibere etiam alii. lamen Apuleio cum coepissent, suborta est nova aetas, eaque tertia.

1521. Venetiis, 8. L. Apuleii Metamorphoseos, sive Iulus Asini libri xi. Floridorum libri iv. De Deo Socratis i. De Philosophia i. Asclepius Trismegisti dialogus eodem Apuleio interprete. Ejusdem Apuleii liber de Dogmatis Platoniciis. Ejusdem liber de Mundo, ad fidem antiquissimi Codicis restitutus. Apologiae ii. Isagogicus liber Platonicae philosophiae per Alcinoum philosophum, Graece impressus. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Soceri, mense Maio.—Editio rara. Vid. Clement. p. 438.

1522. Juntina ii. 8. L. Apuleii Madaurensis, Metamorphoseon sive de Asino aureo Libri xi. Floridorum Libri iiii. De Deo Socratis Libellus. Apologiae Libri ii. Trismegisti dialogus. De Mundo sive de Cosmographia Liber i. Omnes ante nostram impressionem mutilati, nunc autem ad fidem vetustissimi Codicis, diligentissime recogniti ac castigati.—Et in fine: Florentiae per haereditas Philippi Juntae Anno domini m.d. xxii. Kalen. Octobris. Hanc praecalam Editionem, cujus textum, acri judicio et bonis libris usus, constituit Bernardus Philomathes Pisanus, omnibus aliis longe multumque praeferebat Oudendorpius, eaque quantum Apuleio profuerit, singulae paginae ostendunt. V. Ruhnken. in praef. Non magnifice tamen de ea judicat Casaub. in praef. ad Apolog. quoniam, credo, aliquoties corruptae Mtorum lectiones in ea sunt expressae. Sed id ipsum facit, ut Editio haec Juntina posterior etiam scripti Codicis auctoritatem habeat.

1524. h. a. editionem Rob. Stephani memorat Mollerus, in Diss. de Apuleio § 37. sed commentitiam esse, notat Maitharius T. ii. pag. 649. Errori occasionem dedisse videtur editio, 1625. ap. Rob. Stephanum nepotem, Libelli de Deo Socratis.

1533. Basileensis i, Henrico-Petrina. L. Apuleii Madaurensis Philosophi Platonici quae quidem extare novimus monumenta,

quorum catalogum sequens exhibet pagella. Basileæ excudebat Henricus Petrus.—In pagina aversa: L. Apuleii Madaurensis Platonici hoc encheridiolo continentur lucubrations, nempe: *Metamorphoses*, sive de Asino aureo Libri x1. *Floridorum* Libri iv. *De Dogmate Platonis* Liber 1. *De Philosophia* Liber 1. *De Deo Socratis* Liber 1. *Apologia* sive defensionis Magis pro se ipso orationes 11. Postremo de Mundo Liber 1. Adjecta sunt insuper vita auctoria, quantum ex scriptis ejus colligere licet: singulorum librorum *Metamorphoseon* argumenta.—In fine: Basileæ excudebat Henricus Petrus mense Martis, anno xxxiii.—Hanc Editionem, quæ semper primis Edd. adheret, curavit Albanus Torinus, ut apparet ex epistola Nuncupatoria, ‘Dignissimis atque prestantissimis viris D. Mauritio Huterio, et Danieli Stibaro, equitibus auratis, et Herbipolensis ecclesiæ canonicis,’ inscripta.

1536. Parisiis, 8. L. Apuleii Madaurensis Philosophi Platonici *Metamorphoseos*, sive de asino aureo libri undecim, cum præfatione et argumentis Philippi Beroaldi, et Authoris vita; et in calce difficultum quorumque verborum interpretatio. Parisiis, ex officina Simonis Colinaei, 1536.

1560. Basileensis, sive, Henrico-Petrina 11. 8. L. Apuleii Opera omnia et inprimis de Asino aureo cum Comm. Phil. Beroaldi, adjecto indice copioso. 8. Basil. H. Pet. 1560. 3. voll.—Hunc titulum habet Catal. Bibl. Thuanæ rec. Hamburgi 1704. sed Bibl. Harscheriana an. 1769. in titulo hujus Edit. memorat etiam Stewechii notas, quæ an. 1586. demum editæ sunt apud Plantinum. Hujus Edit. non nisi partem ultimam vidi, in qua tamen Stewechii notæ ad Florida et Apologiam comparere debebant, si omnino in ea Ed. editæ essent, neque tamen comparerent. Sed confusa videtur Basileensis sec. cum Basil. tertia: quod facile fieri potuit, quoniam et in ea legitur Epistola Nuncupatoria ‘Marci Hopperi, Nobilibus,’ &c. ‘adoleſcentibus Stanislaſo et Joanni Pieniaszek’ an. 1560. scripta, et in quibusdam edit. tertiæ exemplaribus in fine deest notula: Basileæ Per Sebastianum Henric. Petri: Anno Salutis humanæ c1560xcvii. Elmenhorstius quoque citat nonnunquam Basil. sec. intelligens tertiam anni 1597. Sed hæc secunda anni 1560. in margine habet hic illic varias lectiones Juntinæ post. unde, et quia ea usus est Colvius, olim Apuleio haud parum profuit.

ÆTAS III. STEWECHIO-COLVIANA SEU VULCANI  
1586—1620.

